

COMMENT
IN SANC
JESU CH
EVANG
SECUNDUM M

Etiā collatum c
MARCUS LUCÆ

In iis quæ habet
NEC NON IN

JESU CH
EVANG
SECUN

MARCUM LUCÆ

Seigendo potissimū e
P. RESERTI

Et mirabilibus S. Augustini
gelitarum, Maldonate
tere inhzendo, cum q
verionibus in Hæreticis
inermiscendo quosdam
lentes, varias lectio

P. JACOB
Suetani Jesu Sacra



L O V
Typis MARTINI V
Cum Gra

COMMENTARIUS
IN SANCTUM
JESU CHRISTI
EVANGELIUM
SECUNDUM MATTHÆUM

Etiam collatum cum Evangelio

MARCI LUCAE ET JOANNIS

In iis quæ habent communia,

NEC NON IN SANCTUM
JESU CHRISTI
EVANGELIUM

SECUNDUM

MARCUM LUCAM ET JOANNEM

Seligendo potissimum ea, quæ hi habent propria,

PRÆSERTIM DESUMPTUS

Ex mirabilibus S. Augustini libris de consensu Evangelistarum, Maldonato, à Lapide, Tirino; Litteræ inhærendo, cum quibusdam è re nata animadversionibus in Hæreticos, exhibendo concordiam, intermiscendo quosdam sensus mysticos in littera latentes, varias lectiones, seriem Historiæ,

P E R

P. JACOBUM PIRES

Societatis Jesu Sacra Scriptura Professore.



LOVANIÏ,
Typis MARTINI VAN OVERBEKE 1747.
Cum Gratia & Privilegio.

BIBLTH-3B-68

COMMENTARIUS
IN
EVANGELIUM
SECUNDUM
MARCUM
ET IOHANNEM
MARCUM LUCAM ET IOHANNEM

Et in his quae habent concordantiam
in his quae non habent concordantiam
in his quae habent concordantiam
in his quae non habent concordantiam

VO 241 R 173V

JACOBI
J. O. VAN OOSTERKAMP
MARTINI VAN OOSTERKAMP



PREF



Et igitur Evangelium
per divinitus inspiratum,
& salutiferum
de quo S. Aug. lib.
gelista cap. 1. In
tates, quae sanctis Li
gelium veris exce
Propheta futurum e
redduntur & compl
prostat.



PRÆFATIO.



VANGELIUM, Græcè
 εὐαγγέλιον, lætum faustum-
 que nuntium dicitur, JE-
 SU CHRISTI, de quorum
 Venerabilium Nominum
 etymo, virtute ac digni-
 tate agetur Matt. 1. V. 21.

Est igitur Evangelium historia Hagiogra-
 phis divinitus inspirata vitæ, miraculo-
 rum, & salutiferæ doctrinæ Jesu Christi;
 de quo S. Aug. libro 1. de consensu Evan-
 gelistar. cap. 1. *Inter omnes divinas autori-
 tates, quæ Sanctis Litteris continentur, Evan-
 gelium meritò excellit. Quod enim Lex &
 Propheta futurum esse prænuñciaverunt, hoc
 redditum & completum in Evangelio de-
 monstratur.*

Porrò quatuor esse Evangelia, secundum
 Matthæum, Marcum, Lucam & Joannem,
 Fide certum tenetur, ex definitione Eccle-
 siæ, in Trid. sess. 4. post alia Concilia, ac
 Patres Latinos & Græcos, ea intra Cano-
 nem Scripturarum constanter numerantes,
 apud Frassenium lib. 3. cap. 1. Neque sic
 Ecclesiam supra Sacræ Scripturæ autorita-
 tem erigimus: non enim ipsa facit Ver-
 bum Dei; sed infallibili quasi digito de-
 monstrat: sicut lapis lydius non facit au-
 rum, sed verum aurum monstrat, & se-
 cernit à falso, ut nobis constet. Unde, &
 ex communi consensu, nec plura quàm
 Quatuor dantur Evangelia; utique præsig-
 nificata per Quatuor illa mystica animalia
 Ezechielis cap. 1. (currum Fidei Trium-
 phalem in *quatuor* orbis partes vehementia)
 scribente Hieron. proæmio in Mat. " Hæc
 " igitur Quatuor Evangelia multò antè
 " prædicta, Ezechielis quoque volumen
 " probat, in quo prima visio ità contexitur:
 " & in medio sicut similitudo quatuor ani-
 " malium; & vultus eorum facies homi-
 " nis, & facies leonis, & facies vituli, &
 " facies aquilæ. Prima Hominis facies Mat-
 " thæum significat, qui quasi de homine
 " exorsus est scribere: Liber generationis

P R Æ F A
 " Jesu Christi Filii David
 " cunde Marcum, in
 " etem regentis aufe
 " in dicit: parat
 " sic femitas eius
 " Evangelium Lucam
 " dote sumptisse in
 " Joannem Evangelium
 " penis Aquilæ ad
 " Verbo Dei dicitur
 " cunctis perspicue
 " debet Evangelium
 " Irenæus lib. 3. cap.
 " Scriptur., Aug. cit.
 " Rufinus ibid. Hier
 " Mattheus est pa
 " Levi, qui Evangel
 " sermone edidit
 " causam, qui in J
 " dzis, & nequaqu
 " cedente Evangelio
 " andas Marcus, i
 " & Alexandrinus
 " pus, qui Domin
 " ipse non vidit,
 " dierat prædicar
 " gestorum narra
 " tus Luca Medi

P R Æ F A T I O. v

” Jesu Christi Filii David, Filii Abraham. Se-
 cunda Marcum, in qua vox Leonis in
 ” eremo rugientis auditur: vox clamantis
 ” in deserto: parate viam Domini, rectas
 ” facite semitas ejus. Tertia Vituli, quæ
 ” Evangelistam Lucam à Zacharia Sacer-
 ” dote sumpfisse initium præfiguratur. Quarta
 ” Joannem Evangelistam, qui assumptis
 ” pennis Aquilæ ad altiora festinans, de
 ” Verbo Dei disputat., Et post: *Quibus*
cunctis perspicuè ostenditur, quatuor tantum
debere Evangelia suscipi. Eadem sentiunt
 Irenæus lib. 3. cap. 11., Anastas. q. 65. in
 Scriptur., Aug. cit. cap. 2.

Rursus ibid. Hieron. ” *Primus omnium*
 ” Matthæus est publicanus, cognomento
 ” Levi, qui Evangelium in Judæa Hebræo
 ” sermone edidit ob eorum vel maximè
 ” causam, qui in Jesum crediderant ex Ju-
 ” dæis, & nequaquam Legis umbram suc-
 ” cedente Evangelii veritate servabant. *Se-*
 ” *cundus* Marcus, interpret Apostoli Petri,
 ” & Alexandrinæ Ecclesiæ primus Episco-
 ” pus, qui Dominum quidem Salvatorem
 ” ipse non vidit, sed ea quæ magistrum au-
 ” dierat prædicantem, juxta fidem magis
 ” gestorum narravit, quàm ordinem. *Ter-*
 ” *tius* Lucas Medicus, natione Syrus, An-

"tiochenſis, cujus laus eſt in Evangelio ;
 "qui & ipſe diſcipulus Apoſtoli Pauli, in
 "Achaiaë Bæotiaëque partibus volumen
 "condidit, quædam altiùs repetens ; &, ut
 "ipſe in proœmio confitetur, audita magis
 "quàm viſa deſcribens. *Ultimus* Joannes
 "Apoſtolus & Evangeliſta., Et lib. de Scrip-
 tor. Eccleſ. : *Lucas igitur Evangelium, ſicut*
audierat, ſcripſit. Acta verò Sanctorum, ſicut
viderat ipſe, composuit. Similia habet Aug.
 lib. 1. de conſenſu Evangeliſtar. cap. 2. ad-
 dens : *horum ſanè quatuor ſolus Matthæus*
Hebræo ſcripſiſſe perhibetur eloquio, cateri
Græco : ejuſdemque ſententiæ ſunt Hieron.
 præfatione in Evangeliſtas ad Damaf., Druth-
 marus florens an. Chriſti 800., Jacob. Chry-
 ſopolitan., Maldon. præfat. in Matt., Franc.
 Lucas, à Lap. argumento in Marc. Et qui-
 dem pro Hebræa (ſaltem prout tunc erat
 uſitata) ſcriptione Matthæi, indubitata eſt
 Patrum autoritas, apud Salmeron. prole-
 gomeno 35. Nec obſtat, quòd Hebræa no-
 mina in Matthæo exponantur, ut *Emma-
 nuël*, id eſt, *nobiſcum Deus. Eli, Eli,*
lamma ſabachtani, id eſt, *Deus meus*, &c.
 1. Quia idem reperimus in Veteri Teſta-
 mento, ut Genef. 35. v. 18., Exodi 16. v.
 15., quæ tamen conſtat eſſe Hebraicè con-

P R Æ F
 ſcripta. Non eſt
 verbum ſcricarius
 cari. Quia non au-
 tems ſuſſimoc
 id quid de Evan-
 A quo Syriaca editi
 Mari, quod locuta
 Romæ Romæ: ſim
 vel quiſquis eſt aut
 tio 1. tom Conc
 li IV. Imperator
 25. Aprilis: qu
 parin Pragz fer
 non eſſe, ſi hoc
 quitas, ac nomina
 ſum Damafum;
 turium. Reſp. 2.
 poſſe, dicendo, M
 ſimpſile Romz;
 Græz uſus, præ
 vimateſ (qual
 S. videns, S. To
 tel Clemente
 Petri, quæ Petru
 cus contripſit:
 Evangelium, per
 Latinè veriff.
 Matthæus, ut

P R Æ F A T I O. vi

scripta. 2. Non est inconueniens, unum
verbum obscurius aliis clarioribus expli-
cari. 3. Quia non auctoris scribentis, sed in-
terpretis istiusmodi additiones esse possunt.

Sed quid de Evangelio Latino Marci?
De quo Syriaca editio : *Finit Evangelium
Marci, quod locutus est & euangelizauit
Romæ Romanè* : similiter S. Damasus Papa,
vel quisquis est autor, in vita S. Petri ini-
tio 1. tomi Concilior. Item litteræ Caro-
li IV. Imperatoris apud Henschenium ad
25. Aprilis : quodque partim Aquileiæ,
partim Pragæ seruari dicitur. Resp. 1. mi-
rum esse, si hoc ignorasset Patrum anti-
quitas, ac nominatim Hieron. cit. ad ip-
sum Damasum; ad quem ipsum tenet con-
trarium. Resp. 2. cum à Lap. cit. conciliari
posse, dicendo, Marcum Græcè primitus
scripsisse Romæ; ubi plurimus erat linguæ
Græcæ usus, præsertim inter nobiles &
optimates (quales & erant S. Clemens,
S. Pudens, S. Torpes) quorum rogatu,
teste Clemente Alexandrino in epist. 1. S.
Petri, quæ Petrus eis prædicabat, Mar-
cus conscripsit : ac dein Græcum suum
Evangelium, per se vel per amanuensem
Latinè vertisse.

Matthæus, ut volunt Euseb. & Baron.

apud Tirin. in Chron. cap. 50., anno post Christi mortem octavo (qui erat Caii Caligulæ Imperatoris tertius) scripsit. Incertum, quis verterit in Græcum: Athanas. in Synopsi S. Scripturæ opinatur fuisse Jacobum fratrem Domini; Theophylact. præfat. in Mat., Joannem; Sixtus Senensis, Barnabam Apostolum; Anastas. Sinaita lib. 8. hexameron, Lucam & Paulum. *Marcus*, natione Hebræus ex tribu Levi, juxta Bedam, & Autorem commentarior. in Marcum apud S. Hieron. addentes, eum fuisse Aaronicum Sacerdotem: *Filius meus*, inquit Petrus epist. 1. cap. 5. v. 13., nempe spiritualis, ejus à se conversione; Romæ, antequàm ad Alexandrinam Ecclesiam regendam mitteretur, scripsit, teste Papiâ cit. apud Eusebium lib. 2. hist. cap. 14., Hieron. in Catalogo Script. Eccles., Clemente Alexand. lib. 6. Strom. Anno nati Christi 45., Claudii Imperat. tertio, ait Euseb. in Chron., sive anno 13. à morte Christi, Tirin. cit. *Lucas*, non item unus ex 72. Christi discipulis, ut ipse cap. 1. indicat, se ex aliis audita narrare: tum quod, testibus Tertull., Hieron., Iren., Theodoreto apud Tirin. in præfatione ad Luc., conversus fuerit à S. Paulo, hujus exin comes, idque Troade,

PA A
 anno Christi 51., ut
 colligit Iren., qui
 scripsit Evangelium
 numerum 58.
 epistola secunda
 in 18. Apostolos
 in epist. in Evangelium
 adeoque jam antea
 legomeno in Lucam
 dicit & Salomon
 Ephesi Episcopo
 bionem hæretic
 gans, Evangelium
 Iren. lib. 3. cap. 1
 30., Hieron. pro
 cap. 1. Joan. lib.
 Euseb. & alii, E
 Patmos: bienn
 Christi anno 66.
 me 26., Nervæ
 rem vixisse annis
 Iohan., Hieron.
 Ulmus, aliq
 fuit annorum
 adstant; Tirin.
 Quod ad titulu
 geliorum corpor
 Jesu Christi Evan
 obam

P R Æ F A T I O. ix

anno Christi 51., uti ex Actis Apost. cap. 16. colligit Baron., quo proin anno nondum scripserit Evangelium : attamen ante annum Christi 58. : siquidem hoc anno data est epistola secunda ad Corinth., in qua cap. 8. v. 18. Apostolus habet de Luca : *cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias*, adeòque jam antea evulgato, à Lap. prolegomeno in Lucam. *Joannes*, filius Zebedæi & Salomes, frater Jacobi Majoris, Ephesi Episcopus, contra Cherintum & Ebionem hæreticos Christi Divinitatem negantes, Evangelium exaravit, secundum Iren. lib. 3. cap. 11., Epiphan. hæresi 28. & 30., Hieron. proœmio in Matt., Bedam in cap. 1. Joan. Idque, prout censent Iren., Euseb. & alii, Ephesi, redux ex Insula Pathmos : biennio ante mortem, à morte Christi anno 66., post excidium Jerosolymæ 26., Nervæ Imperat. primo : & Joannem vixisse annis 99. tradunt Iren., Euseb., Epiphan., Hieron., Isidor., Beda, Ado, Usuardus, aliique ; & horum quidam, eum fuisse annorum 31., cum Christo sub cruce adstaret ; Tirin. in fine chronici.

Quod ad titulos spectat à reliquo Evangeliorum corpore separatos, e. g. *Sanctum Jesu Christi Evangelium secundum Marcum* :

x P R Æ F A T I O.

hi non sunt Scriptura Sacra ; 1. quia id indicat similitudo inscriptionis , mutato dumtaxat nomine Evangelistarum. 2. Quia Marcus mox non incepisset suum Evangelium : *Initium Evangelii Jesu Christi.* 3. Probatur ex dissimilitudine tituli Græci , qui tantum sonat ; *Evangelium secundum Mattheum* : & Syriaci ; *In virtute Domini Deique nostri Jesu Christi incipimus scribere Librum Sacrosancti Evangelii* , primumque *Evangelium* , *Matthæi præconium* : & Arabici ; *Evangelium Jesu Christi* , ut scripsit *Dominus Mattheus unus ex duodecim Discipulis ejus.* 4. Quia juxta Maldonat. non est Sacrorum Scriptorum consuetudo , ut ante initium librorum titulos ponant ; sed ut omittant , vel prima libri verba titulum faciant , ut *Visio Isaia* ; *Apocalypsis Jesu Christi* : & titulos illos omnes , qui extra libros sunt , *Genesis* , *Exodus* , *Leviticus* , *Numeri* , *Deuteronomium* , & quicumque sunt similes , omnes confitentur , non à librorum autoribus positos , sed aliunde additos : ergo etiam hîc standum communi sententiâ ; cum & nil contrarium definiat Ecclesia , aut veteres autores doceant.

Tanta est autem quatuor Evangeliorum concordia , ut unum esse Evangelium , sed à quatuor Evangelistis quadruplici modo , or-

P R Æ
dine & libro confite
gor. lib. hom. 3.
" tuorum facies
" eu. Mattheus
" inat, hoc nim
" los, Lucas & Jo
" in uno inven
" mal quatuor reco
" ne uni : quia
" Dominum nob
" omnes concor
" nitatem ejus m
" ni contemplat
" una est fides lo
" par contemplat
" gulis, recte d
" & quatuor per
" cordare videbur
" mus, præferim
" ni, quos scripsit
" li Evangelistarum
" Aliquid brevi
" Scriptorum
" 3. cap. Serlus
" à Spm S. per v
" eralis, quem ver
" Litteram, alius
" proprietate con

dine & stylo conscriptum dicas. Audi Gregor. lib. 1. hom. 3. super Ezechiel. "Quatuor ergo facies uni sunt : quia si requiras, quid Matthæus de Incarnatione Domini sentiat, hoc nimirum sentit, quod Marcus, Lucas & Joannes.... quidquid enim in uno inveneris, hoc in omnibus simul quatuor recognoscas. Et quatuor pennæ uni : quia Dei Omnipotentis Filium Dominum nostrum Jesum Christum simul omnes concorditer prædicant; & ad Divinitatem ejus mentis oculos levantes, pennâ contemplationis volant. Quia itaque una est fides Incarnationis in omnibus, & par contemplatio Divinitatis ejus in singulis, rectè dicitur : quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. ,, Sicubi verò discordare videbuntur, suis locis conciliabimus, præsertim ex mirabilibus S. Augustini, quos scripsit quatuor, libris de consensu Evangelistarum.

Aliquid breviter inserimus de sensibus Scripturarum ex Bellarm. de Verbo Dei lib. 3. cap. 3. Sensus Scripturæ Sacræ est, Veritas à Spiritu S. per voces significata. *Sensus litteralis*, quem verba immediatè præ se ferunt. *Litteralis*, alius *simplex*, qui in verborum proprietate consistit : alius *figuratus*, quo

verba à naturali seu propria significatione transferuntur ad alienam : sic Christus *litteraliter figuratè* dicitur Agnus, Vitis, Lapis angularis. *Sensus Mysticus seu spiritualis* est, qui aliò refertur, quàm ad id, quod verba in sensu litterali significant : sic, quæ *litteraliter* sunt de Agno Paschali Exodi 12., *os non comminuetis ex eo*; de duabus uxoribus & filiis Abraham in Genesi; de veris bobus Deuteron. 25., *non alligabis os bovi trituranti*; de terra promissionis Psal. 94., *si introibunt in requiem meam*; *Mysticè* intelliguntur de Christo in cruce mortuo, Joan. cap. 19. v. 36. de duobus Testamentis ac duobus populis, *quæ sunt per allegoriam dicta*, inquit Paulus ad Galat. cap. 4. de operariis Evangelicis non prohibendis accipere victum à populo, 1. ad Corinthi. cap. 9. de vita æterna, ad Hebr. cap. 4. Porro sensus Mystici seu spirituales varii sunt; nempe *Allegoricus*, qui mediatè docet, quid sit credendum, ut suprà in duobus primis exemplis; *Tropologicus*, qui ad mores sic spectat, ut in 3. *Anagogicus*, seu sursum evehens, ubi sic agitur de cœlo ac vita æterna, ut in 4. Attamen non semper constat, an sint intenti à Spiritu Sancto. Dicit Hieron. in Mat. cap. 13. ad v. 13., Fidei dog-

P R Æ F A T I O.
mata ex sensibus
confirmari: sed
fuisse intentos à
exercenti supra
compon. cap. 2.
lib. 3. de doctr.
in eadem sententia
res sensus litterales
vangelicæ. cap. 3.
potuisse Dominum
FIGURATE, quæ
ceteris eius inspi-
temur atque in-
plum dabimus
Patres, nisi a-
citari ut in resp-
aut ceterum por-
Maldon. à Lap-
autores secutus
hærendo, cum qu-
versionibus in h-
vidiam, nec no-
seu Mysticos
Ictines, serien-
ctus commenta-
su Christi Evang-
nali dicitur in
sua Societatis;
nam revocamus

mata ex sensibus Mysticis non efficaciter confirmari : sed intellige , nisi constet fuisse intentos à Spiritu Sancto , ut in exemplis suprâ , &c. Docet Aug. lib. 12. confession. cap. 26. , lib. 11. de civit. cap. 19. , lib. 3. de doctrina Christiana cap. 27. , in eadem sententia interdum reperiri plures sensus litterales ; & lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 30. , *quisquis autem putat non potuisse Dominum in uno sermone quadam FIGURATE , quadam PROPRIE ponere eloquia , cetera ejus inspiciat , & videbit , quàm hoc temerè atque ineruditè arbitretur : exemplum dabimus Mat. 3. V. 11.*

Patres , nisi aliter signetur , censentur citari ut in respectiva loca Evangeliorum , aut cæterum potissimum , prout sunt apud Maldon. , à Lap. , Tirin. , quos plerumque autores secutus sum. Atque ità , litteræ inhærendo , cum quibusdam è re nata animadversionibus in hæreticos , exhibendo concordiam , nec non intermiscendo quosdam sensus Mysticos in littera latentes , varias lectiones , seriem historiæ , datur prædictus Commentarius in Sancta quatuor Jesu Christi Evangelia ; antea pro cursu bienniali dictatus in Scholis Lovaniensibus nostræ Societatis ; ac dein plùs semel ad litteram revocatus.

A P P R O B A T I O.

Attentè perlegi hunc Commentarium in quatuor Jesu Christi Evangelia, Autore R. P. *Jacobo Pires* Societatis Jesu Sacrae Scripturae Professore, magnâ curâ studioque elaboratum, depromptum ex SS. Patrum, aliorumque magnorum Virorum elucubrationibus, qui seculis proximè elapsis Sancta Dei Evangelia summa cum laude interpretati sunt: rejectis *Hugonis Grotii, Hammondii, Ligtfootii, Clerici,* aliorumque hæreticorum Commentariis, in quibus clarissimi SS. Evangeliorum textus ad pestilentes errores stabiliendos malitiosè detorquentur: quique omnis piæ & salutaris doctrinae expertes, ferè non continent, nisi profanam, sterilem, inspidam, rancidamque eruditionem, ex veterum Poëtarum, aliorumque ethnicorum scriptorum libris haustam. De *Hugone Grotio*, qui Commentarium suum in Evangelia, impiâ nefandâque *Socini* hæresi circa Christi Divinitatem, aliisque erroribus conspurcavit, non erubuit asserere *Joannes Barbeyrac*, Groningæ Juris Professor, & juratissimus Sanctorum Patrum hostis, quod ille solus plus luminis sive intelligentiæ, plus judicii, & plus eruditionis habuerit, quàm omnes Patres simul. Verba ejus sunt in libro, cui titulus: *Traité de la Morale des Peres de l'Eglise*,

Amstelodami typis edito, anno 1728. "Je loue
 „*Grotius*, comme un des plus grands hommes,
 „qui aient jamais paru, & qui lui seul a eu plus
 „des lumieres, plus de jugement, & plus d'érudi-
 „tion, que tous les Peres ensemble., Nescio
 quid in furioso illo Calvinista potissimum admi-
 rer, an turpissimam rerum sacrarum inscitiam,
 an execrandam, inauditamque calumniandi &
 blasphemandi impudentiam, an acerrimum, &
 plus quàm vatinianum odium, quo SS. Patres
morum exempla mundique magistros, à Deo parti-
 culariter ad Sacras Scripturas exponendas illumi-
 natos, sceleratè prosequitur. Quanti autem in-
 genii, judicii, & eruditionis fuerit *Hugo Gro-
 tius*, ostendit Illustrissimus J. B. Bossuet Mel-
 densium Episcopus, in Libello, qui inscribitur:
Dissertation sur la doctrine & la critique de Grotius,
 ubi homo ille, in rebus Religionis ad usque vi-
 tæ finem varius & inconstans, graphicè depingi-
 tur. Ut redeam ad laudatum Commentarium,
 declaro me nihil in eo observâsse, quod fidei Ca-
 tholicæ, pietati, aut bonis moribus adversetur;
 imò multa ad Scripturam Sacram intelligendam,
 hæreses refellendas, Catholicæque Ecclesiæ do-
 ctrinam confirmandam utilissima reperisse: ea
 propter eundem prælo & luce publicâ dignissi-
 mum censeo. Datum Mechliniæ 24. Aug. 1746.

H. STEWART *Ecclesiæ Metropo-
 litane Sancti Rumoldi Canonicus
 Grad. & Decanus Censor Libro-
 rum, &c.*

FACULTAS

R.P. Provincialis per Flandro-Belgium.

EGO infra scriptus Societatis Jesu per Flandro-Belgium Præpositus Provincialis, pro potestate mihi facta ab Adm. R. P. Francisco Retz Societatis nostræ Præposito Generali, concedo facultatem, ut Commentarius in Quatuor Sancta Jesu Christi Evangelia Patris *Jacobi Pires* è Societate Jesu, ab ejusdem Societatis deputatis Theologis examinatus & approbatus, typis mandetur. Mechliniæ 5. Septembris An. 1746.

PETRUS DOLMANS.

PRIVILEGIE.

LUDOVICUS DEN XV. By der Gratie Godts, Coninck van Vranckryck ende van Navarre &c. heeft toe-gelaeten aen **MARTINUS VAN OVERBEKE**, Boeck-drucker ende Boeck-verkooper in de Univerfiteyt van Loven, alleen, ende ter exclusie van alle andere Boeck-druckers te mogen drucken den Boeck genaemt ende geintituleert: *Commentarius in Sanctum Jesu Christi Evangelium &c. per R. P. Jacobum Pires, Soc. Jesu, &c.* Verbiedende aen alle andere Boeck-druckers ende Boeck-verkoopers den selven in negen toe-komende jaeren naerte drucken ten geheele oft ten deele, oft elders gedrukt in desen lande te brengen, ofte te verkoopen, op pene van confiscatie van de selve, ende daer-en-boven t'incurreren de Amende van dertigh Rins-guldens voor ieder Exemplair by elcken van de gene te verbeuren die bevonden sal worden t'contrarie daer af gedaen te hebben, d'eene hellicht daer af t'appliceren ten profyte van Syne Majesteyt ende d'ander hellicht ten behoeve van den voorfz. Suppliant, permitterende tot dien eynde, dat hy sal mogen doen aen-slaen allen d'Exemplairen die tegen ende sonder lynen wille ende consent sullen gedrukt wesen, willende voorts dat dese tegenwoordige ofte Extract der selve uyt-gedrukt staende in iederen voorfz. Boeck, sal gehouden worden voor behoorelyck geïnfinueert. Aldus gedaen binzen onse Stadt Brusselle desen 30. Augusti 1747. Gearapheert *Goch vt.* Onder-teeckent *J. H. Henricy.*

COM-



COMMENTARIUS
IN SANCTUM
JESU CHRISTI
EVANGELIUM
SECUNDUM MATTHÆUM
Etiam collatum cum Evangelio
MARCI LUCÆ ET JOANNIS

In iis, quæ habent communia.

CAPUT PRIMUM.

*Genealogia Christi, Lucæ 3. Incarnationis My-
sterium Josepho revelatum.*



Vers. 1. *Liber generationis.* Ità cum Latino & Græco, teste à Lap. legunt Syriacus, Arabicus, Ægyptius, Persicus. *Generationis Jesu Christi*; id est, ejus ortûs à progenitoribus: quia vox *generatio* sumitur sicut *ÿ. 18.*, adeoque specificè; & continud sequitur series generationum: sic Gen. 5. dicitur, *liber generationis Adam usque ad Noë*:

A

2 IN CAP. I. MATTHÆI.

& ab Isaia cap. 50. alludente ad libellum repudiij Deuteron. c. 24. *Liber repudiij* vocatur, etsi is esset parvus. *Filii David*, cujus Judæis gratior & recentior memoria præponitur, Chrysoptom. Theophylact. Euthym. *Filii Abraham*, id est utriusque (proût descendentes in linea recta filii nuncupantur) utpotè quibus potissimùm factæ erant de Christo ex ipsis nascituro promissiones; Abraham, Gen. 12. v. 3. & cap. 22. v. 18. proût explicat Apost. ad Galat. 3. Davidi, 2. Reg. 7. v. 12. Paralip. 17. à v. 11. Psal. 88. v. 4. Ità Irenæus lib. 8. cap. 8. Ambros. lib. 3. in Lucam cap. 3. Chrysopt. Hieron.

v. 2. *Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus*, quorum fit generaliter mentio, quia erant simul Patriarchæ populi Dei; Chrysopt.

v. 3. *Judas autem genuit Phares, & Zaram.* Ambos recenset, quia uno mirabili partu editi, quasi contenderunt de primogenitura in ipso partu, de quo Genes. 38. ubi & Cyril. & Chrysopt. mysterium agnoscunt designati populi Judaici & Gentilis. De Esau autem v. 2. tacetur, quia, etsi similiter uno fœcundo partu cum Jacob fusus, venditor primogenituræ, amissâ patris benedictione, quam Jacob arte matris & divinâ dispositione obtinuit, repræsentat potiùs reprobos; ex Malach. 1. v. 2. scribente Apost. ad Rom. 9. v. 13. *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* De *Thamar*, quæ cupida prolis ex Principe stirpe Judæ, huic socero suo habitu meretricis se exponens, uno vetito concubitu concepit gemellos, Gen. 38. observat Hieron. præter B. Virginem, nullas in hac genealogia mulieres recenseri, nisi quas Scriptura reprehendit. Ratio litteralis est, quod harum peccatricum mulierum extraordinaria esset cùm suis viris conjunctio: cùm de aliis mulieribus legitimis, & Judæis dubitari non posset,

IN CAP. I. MATTHÆI.

3

quin ex iis ordinario matrimonio junctis nati forent filii suorum maritorum.

ψ. 5. *Salmon autem genuit Booz de Rahab*, antea meretrice Hierichontinâ, Josuë 2. & alienigenâ, secundum communem cum Chrysof. potuit tamen unâ fuisse hospita, ad quam diverterint exploratores Israëlitarum: certè Septuaginta ubique *πόρνῆ*, meretricem vocant, uti & Apost. ad Hebr. 11. ψ. 31. & Jacob. 2. ψ. 25. Hæc itaque (& simile dicendum de Ruth Moabitide, quæ & ambiverat concubitum Booz ante matrimonium) falsæ religionis errorem reliquerit, confitens, Josuë 2. ψ. 11. *Dominus Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum*: unde non erat periculum perversionis, ob quod Judæis, Exodi 34. erat prohibitum copulari alienigenis. Adde, quod tam benè merita fuerit de populo Dei, & ideò tali digna conjugio, nec tunc ampliùs meretrix. Inter Salmonem autem & Davidem non censentur nisi tres personæ, Booz, Obed & Jesse Pater Davidis, qui & Isai vocatur 1. Reg. c. 16. & tamen inter captam Hiericho usque ad Davidem fluxêre anni 366. ut colligitur ex 3. Reg. 6. ψ. 1. nam ex 480. annis ab egressu ex Ægypto usque ad quartum annum Salomonis, quo cœpit ædificare templum, deme quatuor hos annos Salomonis, tum 70. vitæ Davidis 2. Reg. 5. ψ. 4., & quadraginta filiorum Israël peregrinantium in deserto, restant medii 366. anni; de quo Tirin. in Chron. cap. 18. Quare Lyran. putat, tres consequenter fuisse Boozos. Sed 1. sic non 14. sed 16. essent generationes ab Abraham usque ad David. 2. Non nisi unus Booz numeratur etiam lib. Ruth cap. 4. & 1. Paralip. 2. ac Lucæ 3. Itaque cum Maldonato, Abulensi, Serar. Cajet., Salmer., Barrad., dic, quatuor homines 366. annos æquâsse: ita

4 IN CAP. I. MATTHÆI.

ut Juvenis Salmon Juvenem duxerit Rahab, ex qua, circiter octogenaria, genuerit Booz; reliqui genuerint illos, qui hinc Christi progenitores ponuntur, filios, cum essent nonagenarii aut supra; fortè peculiari dispositione divinâ, & in isto tunc robore naturæ & longævitate; ut hæc probat Serar. in cap. 4. Ruth quæst. 19. quoniam & Moyfes, etsi tot laboribus fatigatus, vivebat 120. annos.

ψ. 8. *Joram autem genuit Oziam*, mediâtè videlicèt: nam inter utrumque intercedunt tres Reges, Ochozias, Joas, & Amazias, qui fuit pater Ozia, ut patet 4. Reg. 8. ψ. 24. cap. 11. ψ. 2. cap. 12. ψ. 21. & 2. Paralip. 26. ψ. 1. Item 1. Paralip. 3. ψ. 11. & 12. ubi, uti & 4. Reg. 14. ψ. 21. Ozias aliter dicitur Azarias. Porro tres isti Reges hinc prætermissi sunt, quod originem ducerent ab impio Achab, cujus ex Jezabele filiam Athaliam, vel, ut 70. habent, Gotholiam, Joram duxerat in uxorem 4. Reg. 8. ψ. 18. quæ ibid. ψ. 26. dicitur *filia Amri Regis Israël*, id est neptis: Amri enim erat Pater Achab 3. Reg. 16. ψ. 29. Achabo autem per Eliam 3. Reg. 21. ψ. 21. prædixerat Deus, ejus posteritatem, (quæ ad quartam usque generationem computari solet) esse delendam: quod hinc moraliter fit, dum ejus posteritas ex serie parentum Christi quasi ejicitur, Hieron.

ψ. 11. *Josias autem genuit Jechoniam & fratres ejus in transmigratione Babylonis*, de quibus in sequentibus. Observat Epiphanius lib. 1. de Hæresib. in Secta Epicuræor. unam generationem scriptorum vitio omisissam: Hieronymus, uno nomine *Jechoniae*, venire ejusdem nominis duos homines, Patrem & Filium: *Josias* enim non immediâtè genuit *Jechoniam* Patrem *Salathiëlis*, sed *Jechoniae* Patrem *Joakim*, Jeremiæ cap. 22. ψ. 18. & 24. & cap. 24. nec non cap. 37. quem & *Jechoniam* ap-

IN CAL
 vellet Hieron. Epiphanius. citat in 1. Par
 ut: Filii, & frater
 Joakim, & Salathiel &
 natus Joakim &
 non respondet ordi
 tum, quia Sal
 factus unus unicus
 Jechon. Præd. i. Ca
 Tit. in Jerem. cap. 22
 num. Porro primogen
 regis, forte, i. i.
 pralo contra Pharaon
 lam, qui, ut est Je
 Josia Patre Jos. i.
 cap. 36. vocatur Jo
 nis, cum 2. annor
 & natus i. Pharaon
 regis, Rex Ph
 fratrem eum; i. e. eor
 Elazar scribitur 4. R
 tatis eam nomi
 annorum 27. undecim
 ter in Babylonem, i.
 hinc successit Filius J
 ψ. 16. & Jerem. 22. J
 decem annorum Ju
 ni, & transfertur in
 4. Reg. cap. 24. E
 Jechonias, Mat
 impetavit nomen e
 norum annis ter
 in Babylonem, 4. R
 natu non vel uno
 buisset, non regnar
 35. Sedit enim 2
 cepit; Sed non tute

pellat Hieron., Euthym., Ambros. lib. 3. in Luc. & Epiphan. cit. Item 1. Paralip. 3. v. 15. & 16. habetur : *Filii Josia, primogenitus Johanan, secundus Joakim, tertius Sedecias, quartus Sellum; de Joakim natus est Jechonias & Sedecias.* Ubi tamen nota, non omnes poni ordine ætatis : *Sedecias* enim fuit natu minor, quàm *Sellum*; ut mox patebit conferendo annos utriusque cum tempore regni : & Theodoret., Prado, à Castro, à Lap. Sanchez apud Tirin. in Jerem. cap. 22. *Sellum* dicunt tertio genitum. Porrò *primogenitus Johanan* non legitur regnasse, fortè, inquit à Lap., cum Patre occisus in prælio contra Pharaonem Nechao. *Quartus Sellum*, qui, ut est Jerem. 22. v. 11. *regnavit pro Josia Patre suo*; idemque 4. Reg. 23. & 2. Paralip. 36. vocatur *Joachas*, à populo Patri substitutus, dum 23. annorum erat, regnat tres menses, & vincetus à Pharaone ducitur in Ægyptum, ibid. *constituitque, Rex Pharaon, pro eo Regem Eliakim fratrem ejus*; & *vertit nomen ejus Joakim*; qui & *Eliakim* scribitur 4. Reg. ibid. & à PP. suprâ citatis etiam nominatur *Jechonias* : hic dum erat annorum 25. undecim annos regnans ibid. abducitur in Babylonem, ibid. Paralip. tum Patri *Joakim* successit Filius *Joachin*, (idem 1. Paralip. 3. v. 16. & Jerem. 22. v. 24. dictus *Jechonias*) octo-decim annorum Juvenis, tribus mensibus regnavit, & transfertur in Babylonem, 2. Paralip. ibid. & 4. Reg. cap. 24. *Et constituit, Nabuchodonosor Rex Babylonis, Matthaniam patrum ejus pro eo; imposuitque nomen ei Sedeciam*, qui ætatis 21. annorum, 11. annis regnavit, ibid. & excæcatus ducitur in Babylonem, 4. Reg. c. 25. v. 7. Si igitur *Sedecias* natu major vel uno anno fuisset quàm *Sellum*, debuisset, dum regnare cœpit, habuisse annos ad minus 35. *Sellum* enim 23. annorum erat dum regnare cœpit; *Sedecias* autem, tanto tempore post regnare

6 IN CAP. I. MATTHÆI.

incipiens, annorum 21. Nota: *Joachim* sive *Jechonias* dicitur 2. Paralip. 36. ψ . 9. octo annorum cum regnare cœpisset; sed intellige unâ cum Patre, jam tum ab eo adscitus in Regni socium: at patre defuncto, solus regnavit mensibus tribus & decem diebus, dum esset annorum octodecim, ut habetur 4. Reg. 24. ψ . 8. itâ Hebræi, inquit Tirin.

His præmissis, concludo videri posse itâ legendum: *Jofias* autem genuit *Joakim* (seu *Jechoniam*) & fratres ejus in transmigracione *Babylonis* (nempe *Johanan*, *Sedeciam* & *Sellum*, qui, quia etiam horum duo ultimi regnârunt, hîc generaliter ponuntur) quod intellige circa vel sub tempus transmigracionis, Græcè $\epsilon\pi\iota$. Maldonatus inter natalem diem *Joakim* & hanc transmigracionem numerat 36. annos & tres menses: quia vigintiquinque annorum erat *Joakim* cum regnare cœpisset, & 11. annos regnavit; & transmigracio hæc facta est tertio mense exacto regni *Jechoniæ* filii *Joakim*, ut est suprâ: totum igitur hoc spatium generationis quatuor dictorum fratrum vocatur tempus transmigracionis; quia comparacione præcedentium annorum breve est, & quia jam tum nutabat regnum *Judæ*. Tum perge: *Joakim* autem (seu *Jechonias*) genuit *Jechoniam* (seu *Joachim*) & post transmigracionem &c.

Ratio autem dictæ lectionis est, quia aliàs videri possent non esse à *David* usque ad transmigracionem *Babylonis* generationes quatuordecim, ut tamen habet Evangelista ψ . 17. sed tantum tredecim: vel, ut scribit Hieron. hîc: *si voluerimus Jechoniam in fine primæ (id est prioris) tesaradecadis ponere, in sequenti non erunt quatuordecim, sed tredecim. Sciamus igitur, Jechoniam priorem ipsum esse quem & Joakim, secundum autem filium, non patrem. Verumtamen (ad mentem Hieronymi) quid ni teneatur immutabilis*

IN CAP. I. MATTHÆI. 7

Lectio Vulgata; in qua, etsi non exprimat^r secundus Jechonias fuisse filius prioris, at satis intelligitur ex præmissa voce *liber generationis*, & serie sequentium filiorum; & constat ex Scripturis suprâ, ubi & prior Jechonias seu Joakim legitur habuisse fratres tres, secundus tantum unum, nempe Sedeciam: sive id Evangelista non expresserit eò quod quater repetendum fuisset nomen *Jechonias*, sic; *Josias autem genuit JECHONIAM, & fratres ejus in transmigracione Babylonis. JECHONIAS autem genuit JECHONIAM. Et post transmigracionem Babylonis: JECHONIAS genuit Salathiël*; sive alia de causa ex divina inspiratione. Certè vel sic constat sibi *Liber generationis Jesu Christi*, etiam quoad numerum: suntque *ψ. 17. Ab Abraham usque ad David*, inclusivè, *generaciones quatuordecim*: uti & à David exclusivè, seu à Salomone, usque ad transmigracionem Babylonis, sive Jechoniam seu Joakim, inclusivè: nec non à transmigracione Babylonis, sive à Jechonia, filio prioris, usque ad Christum, in quo sistitur; quia ejus generatio quærebatur, ejusque regnum futurum erat æternum. Sunt ergo in linea generationis Christi (in qua & Hieron. Christum connumerat) progenitores 40., generati non generantes duo, nempe Josephus, qui utique non fuit pater Christi naturalis, sed legalis sive nutritius, & Christus; simul 42. Cur verò Evangelista Christi genealogiam dividerit in tres tessaradecades, juxtâ Hieron. ratio est, ut tres diversi temporum sive populi Judaïci status signentur; nempe 1. sub Patriarchis & Judicibus, quos in prima tessaradecade claudit *David Rex* primus inter progenitores Christi; sicut tertiam tessaradecadem inchoat Jechonias inter eosdem Rex ultimus, regno exutus, sine successore, ut mox dicitur, in signum mutationis status. 2. Sub succes-

8 IN CAP. I. MATTHÆI.

foribus Regibus. 3. Sub Ducibus & Sacerdotibus.

ψ. 12. *Et post transmigrationem Babylonis, in ipsa captivitate, Jechonias, seu Joachin, genuit Salathiel, qui inter octo ejus filios ponitur secundus 1. Paral. 3. ψ. 17. & 18. Non repugnat, quod Jerem. 22. ψ. 30. Jechonias dicatur vir sterilis; intelligitur enim tantum de sterilitate quoad successionem Regiam: quia subditur; nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David; qui habeat jus actuale, usumque regni ejus temporalis.*

ψ. 16. *Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus. Cum ergo Jesus ψ. 1. sit filius seu Nepos David, factus ex semine David secundum carnem, ad Rom. 1. ψ. 3. fitque verus Mariæ filius (non Josephi, sed, ut Lucas ψ. 23. studiosè addit, qui putabatur filius Joseph) patet, Mariam esse de regia stirpe Davidis.*

Quæritur 1. cur Christi genealogia non ad Mariam potius, sed ad Josephum deducta sit? R. Quia non fuit Hebræorum consuetudo genealogias texere per mulieres; & quia recensendo genealogiam Josephi, virtualiter datur genealogia Deiparæ; quæ nimirum tamquam hæres unica suorum parentum, & ejusdem cum Josepho familiæ (utpote qui & Lucæ 2. cum Maria concepitur in eadem Bethlehem Judæ, ut de familia David) si cui nuberet, tenebatur lege Num. 36. quam paulò clariùs quàm vulgata, sic expressit Hebræus: *Omnia FILIA HÆREDITANS HÆREDITATEM, uni de familia Patris sui erit in uxorem: ratio legis additur: ut possideant filii Israël unusquisque hæreditatem patrum suorum: ita Hieron. hìc, Iren. lib. 3. cap. 18., Tertul. lib. contra Judæos, Athanas. epist. ad Epictet.*

In Cal. 1.
Ambr. lib. 3. in Luc.
p. 47. & in N. T. 1.
Fulgent. 2. 4. & 4. E.
objice enim matrem
sa. tris. 4. juni De
Mich. 2. 1. 1. 1. 1.
tr. Levi, cum filio
de jura, per hanc
per tota suo legi;
liberatus, quis e
36. Tribus uten Lev
tem in Israel, per
& Joise 13. 1. 1. 1.
Quæritur 2. cum
filius Jacob; 1. Lu
na sententia est Al
secundum Justini
Hil. 1. 1. 1. 1. 1.
in Luc. 2. 1. 1. 1.
Retrac. cap. 7. qu
nuit Jacob et utore
pudum dunt
ita ut Jacob & He
so pare: mortuo
ejus uxorem accep
eque genuit Jole
vobis Jacob apud M
in hac sententia
Mat. qui ex S
vitate genuit D
Jum. S. verò
ein Joachim p
possidit
quæ Jacob, q
Secundum sentent
Palaci Galatini
Cano, Dominici

IN CAP. I. MATTHÆI. 9

Ambr. lib. 3. in Luc., Aug. in qq. in lib. Judic. q. 47. & in qq. N. T. q. 86., & lib. 23. contra Faustum cap. 3. & 4. Eucher. qq. in N. T. Nec objice quædam matrimonia inter personas diversæ tribûs, e. g. justi David tribûs Juda, cum Michol tribûs Benjamin, & Joiadæ Sacerdotis tribûs Levi, cum filiâ Joram regis ex tribu Juda: quia, juxta Ambr. cit. in iis non obtinet jam data ratio legis; quæ & erat de filiabus solis hæredibus, quales erant filiæ Salphaad Num. 36. Tribus autem Levi non habebat hæreditatem in Israël, præter Dominum, Num. 18. v. 20. & Josuë 13. v. 14. & 33.

Quæritur 2. quomodò Joseph à Matt. dicatur filius Jacob; à Luca autem filius Heli. R. Prima sententia est Africani Epist. ad Aristidem, quem secuti sunt Justin. q. 66. ad orthodox., Euseb. l. 1. Hist. Eccles. cap. 7., Hieron. hîc, Ambr. lib. 3. in Luc., Eucher. q. 3. in Matt. & Aug. lib. 2. Retract. cap. 7., quæ ità explicatur: Mathan genuit Jacob ex uxore sua; quam viduam vel repudiatam duxit Mathat, & ex ea genuit Heli; ità ut Jacob & Heli fratres sint uterini ex diverso patre: mortuo autem Heli sine prole, Jacob ejus uxorem accepit ex lege Deuteron. 25. v. 5. eique genuit Joseph, qui proin est filius *Naturalis* Jacob apud Matt. *Legalis* Heli apud Luc. In hac sententia dici posset Joachim fuisse frater Mathat, qui ex S. Anna sorore Mathan in senectute genuerit D. Virginem; vel fuisse frater Mathan, S. verò Anna fuisse soror Mathat. Si enim Joachim poneretur filius Mathat, tunc ipse potius suscitâisset semen germano fratri suo Heli, quàm Jacob, qui tantum erat frater uterinus. Secunda sententia est Dionys. Carthus., Cajet., Palacii, Galatini, Driedon., Canisii, Melchioris Cano, Dominici Soto, Suarez p. 3. q. 27. a. 1.

10 IN CAP. I. MATTHÆI.

disp. 2. sect. 3. apud & cum à Lap. in cap. 3. Lucæ, & Tirino Chron. cap. 46. tabellâ 4. nempe Heli eundem esse, qui Joachim Pater B. Virginis ex S. Anna filia Mathan sorore Jacobi; ac proin Joseph fuisse generum Heli seu Joachim, sicque vocatum ejus filium: in qua sententia Lucas stirpem paternam Mariæ recenset, Matthæus maternam. Tertia sententia addi potest; Jacob & Joachim fuisse fratres germanos filiosque Mathan, & utrumque duxisse duas filias Heli, ex quarum una Jacob provectæ ætatis genuerit Joseph, ex altera verò S. Anna Joachim senex genuerit D. V. ità ut Joseph rectè dicatur filius etiam Heli, utpotè ex ejus filia prognatus nepos: & hinc habetur, 1. Joseph & Mariam non tantùm legaliter, vel quasi fictione juris, sed verè naturaliter esse de stirpe seu semine David, tum lineâ Regiâ per Salomonem usque ad communem avum paternum Mathan, apud Matt. tum per Nathan (non illum notum Prophetam, juxta Aug. 2. Retract. cap. 16.) usque ad communem avum maternum Heli, apud Luc. Habetur. 2. Quomodò Joseph cognatione contingat Mariam, utpotè duorum fratrum proles, seu patruelus, eamque ex lege duxerit uxorem: cui simile conjugium Num. 36. inivêre filiæ Salphaad nubentes filiis patris sui. Quidquid sit, unâ ex dictis, vel simili viâ, vindicantur Evangelistæ à calumniâ Juliani Augusti, de quâ apud Cyrill. Alexandrin.

Quæritur 3. quò fiat, ut à Christo usque ad David à Matt. duæ tantùm ponantur tessaradecades; à Luca verò progenitores, præter Christum & Josephum, quadraginta? R. Cum Ambr. lib. 3. in Luc. & Aug. lib. 1. qq. in Genes. q. 121. eos, quos Matt. quàm quos Lucas enumerat, longioris fuisse vitæ (addo, &, saltem aliquos eorum, ætate provectiores matrimonium contraxisse, aut etiam

IN CAP. I. MATTHÆI. II

dein seniores genuisse illos, qui hîc memorantur) præterquàm quod Matt. v. 8. tres Reges consilio prætermiserit. Notandum etiam cum à Lap., Francisco Luca, Toletò aliisque, Salathiël & Zorobabel hîc (uti & reliquos progenitores à Joseph usque ad David) esse diversos ab illis Lucæ: quia pater Salathiëlis apud Luc. est Nerei, filius Zorobabelis Rhesa; apud Matt. autem pater Salathiëlis est Jechonias, filius Zorobabelis Abiud. Hoc autem ipsum, quod uterque Evangelista per diversam Lineam ex Davide Christi genus deducat, uti & quod Matt. ab Abraham descendendo, Lucas ascendendo usque ad Adam, *qui fuit Dei*, numeret genealogiam (& simile dic de aliis similibus locis quatuor Evangelistarum) facit ad decorem, diversitatem, modum, sedulitatem divinitus inspirata, fidemque historiæ.

v. 18. *Christi autem generatio*, conceptus singularis & partus, ad distinctionem præcedentium generationum, & ad excitandam attentionem, *sic erat*, prout sequitur: *cum esset desponsata*, intellige, nupta & tradita legitimo matrimonio; ita Ambros. lib. 2. in Luc., Autor oper. imperfecti Hom. 1., Chryf., Theophyl. cum communi, contra Orig. Hom. 1. in divers. Evangelistas, Hilar. hîc, Epiphani. Hæresi. 78., & quia Joseph Mox v. 19. vocatur *vir ejus*, & v. 20. Maria *conjux*, prout hoc urget Aug. lib. 1. de Nupt. c. 11. sic & Lucæ 2. dicitur Joseph ivisse in Bethlehem, *cum Mariâ desponsatâ sibi UXORE prægnante*: & aliàs (saltem si notabili tempore ante matrimonium concepisset) quomodò honori Virginis & Christi consuleretur, ne scilicet illa è stupro vel adulterio concepisset, & Christus spurius putaretur, & sic non facilè admitteretur tamquàm Messias; quæ una est ex causis, cur Patres, Ambros. cit., Ignat. epist. ad Philadelp., Basil. Hom. de humana Christi

12 IN CAP. I. MATTHÆI.

generat. Bernard. Hom. super *Missus*, Chrysoft., Theophyl. à desponsata conceptum natumque docent. *Martyr Ignatius quartam addidit causam*, inquit Hieron. hic, *ut partus ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum*. Verùm, cùm, ut notat Maldonat., alioquin diabolus naturaliter observare potuerit corporalem ejus virginitatem, dicendum esset, speciali Dei dispositione impeditum id ignorasse. Dicitur *desponsata* potius quàm *nupta*, ut significetur viro incognita, perinde ac est sponsa, Chrysoft. & divinitus mirabiliter concepisse, ut sequitur. Nec obstat vero matrimonio ipsique licito, quod, juxta PP. in Lucæ cap. 1. antea emisit votum castitatis; quod proin Josepho declaraverit, qui consenserit in ejus observationem, vel etiam similiter voverit, à Lap. in Luc. cit. Matrimonii enim essentia, non in ejus usu consistit, ut & probat Aug. lib. 5. contra Julian. cap. 9., sed in mutuo consensu, vi cujus acquiritur jus stabile utendi corpore compartis tamquam suo, in ordine ad generationem; etsi per votum juris istius usus impediatur. Unde & Joseph, teste Aug. lib. 2. de Consensu Evangelistar. cap. 1., magis dici potest Pater Christi, quàm pater adoptans filii adoptivi: quia per matrimonium dominium obtinuit in Corpus B. V. ergo fructus ex virginis corpore natus ad illum pertinuit: sicut seges, quæ Dei beneficio in agro sterili nasceretur, ad agri Dominum jure spectaret.

ANTEQUAM *convenirent*, non in domum, ut jam dictum, sed coitu maritali; ita Hieron. cum communi. Ex hoc, & *ψ. 25. Non cognovit eam, DONEC peperit filium suum PRIMOGENITUM*, insulse inferunt quidam hæretici; ergo postea carnaliter cognovit: Non enim sequitur; Judas non egit pœnitentiam *antequam* moreretur; ergo postea egit. Sic rectè dicitur: ille juvenis fuit ca-

IN CAP. I.
 ut antequam dicitur,
 in juvenis fuit ca-
 Arca emisit non re-
 ter aqua pennis post
 reverit, & et hinc
 tar hinc DONEC
 dicitur post moreretur
 dicitur ut postea
 per factum non fuit
 dicitur et virgine de S
 que docetur: manet
 Denam an p, &
 perit permansit, v
 orio, & PP. consen-
 tim Hieron. lib. c
 vor Primogenitum
 cap. 1. & 5. ubi n
 & dicitur Christi: no
 inquam scripturam
 essent parum frater
 mas natus est, five an
 que frater appen-
 etiam qui cognatione
 Etoli 11. & 12. cen-
 mogenis, licet esse
 vent donec forte ad
 Gen. 13. & 8. filius
 tim frater, & Lab
 in Gen. 28. y. 2.
 y.
 hinc Mytherion
 (cuius Josephus
 solus, id pro
 ter esset, in
 Joseph non per
 ris omnino
 venit dicitur c

nus antequàm senesceret, etsi contingat eum mori in juventute : item Gen. 8. de corvo à Noë ex Arca emisso, non revertebatur **DONEC** siccarentur aqua, quamvis post siccitas aquas non sit reversus : & ex Isaiæ 22. *Non dimittetur iniquitas hæc vobis DONEC moriamini*, ne inferas ; ergo dimittetur post mortem. Itaque, ut ait Hieron. *Non sequitur ut postea convenerint : sed Scriptura quod factum non sit ostendit* ; ut, quod hîc agitur, Christus ex virgine de Spiritu S. conceptus nature doceatur : manetque firmum Fidei Dogma, Deiparam ante, in, & post partum Virginem perpetuò permanisse ; uti constans in Ecclesia traditio, & PP. consensus semper defendit, nominatim Hieron. lib. contra Helvidium. Nec obstat vox *Primogenitum* ; nec quod cap. 12. ψ . 46. & cap. 13. ψ . 55. ubi vide, quidam vocentur *fratres & sorores Christi* : notat enim Hieron. *Morem esse divinarum scripturarum, ut primogenitum non eum vocent quem fratres sequantur, sed eum qui primus natus est*, sive ante quem non est alius : itemque fratres appellari non tantùm qui naturâ, sed etiam qui cognatione & affectu conjuncti sunt. Sic Exodi 22. & 23. certè debebat Domino offerri primogenitus, licèt esset unigenitus ; nec differri poterat donec fortè alii subnascerentur : sic Loth Gen. 13. ψ . 8. filius Aram fratris Abraham, Abrahami frater ; & Laban, cùm frater esset Matris Jacob. Gen. 28. ψ . 2. Jacobi frater dicitur Gen. 29. ψ . 15.

Maria Mysterium celans, Deoque committens (cui nec Josephus maritus, de sponsæ castitate sollicitus, id pro se affirmanti, ut fit, verosimiliter credidisset, inquit Chrysostr.) *inventæ est, à Josepho, non penè licentiâ maritali futuræ uxoris omnia noscente, ut vult Hieron., quod non convenit dictæ ejus continentæ ; sed tumorem ven-*

14 IN CAP. I. MATTHÆI.

tris visu pudicè deprehendente, *in utero habens de Spiritu S.* idest gravida, non de substantiâ, sed de virtute operativâ Spiritûs S. supervenientis, eamque obumbrantis, mirabiliter supplendo formam substantialem, quæ à viri semine naturaliter accedere debuisset; B. Virgine, absque tamen concupiscentia, sed retentâ virginitate, *totam* materiam seminalem, divinitus informatam seu vivificatam, ex purissimo sanguine, effectivo voluntatis concursu subministrante; sicut sol aut stella radios sine sua læsione emittit: quare & ipsa perfectiùs Dei Mater est, quam aliæ matres suorum filiorum. *Mysterium* hoc amoris Spiritui S. adscribi solet, sicut opera sapientiæ Filio, potentia Patri: non quod tota SS. Trinitas illud non sit operata, & quidem specialiter ipsum Verbum naturam humanam ad se solum intrinsecè terminando. *ò de Spiritu S.* referendum est ad, *in utero habens*, non verò ad, *inventum est*, à Josepho; ita omnes autores, teste Maldon. contra paucos: id enim si scivisset, nolisset utique eam dimittere, de quo mox: ergo ante Angeli revelationem nescivit concepisse de Spiritu S.

¶. 19. *Joseph autem vir ejus cum esset justus, justitiâ generali, seu virtuosus, Chryf. Dei & proximi amans; ut passim fumitur in Scriptura, e. g. ad Rom. 1. ¶. 17. Justus ex fide vivit; & ideo, nollet eam traducere, græcè παραδειγματισας, exemplum statuere, in veritatis experimentum cogendo eam ad aquas amaras; quod lex severior Num. 5. permittebat, non jubebat; anxius, fluctuans animo, hinc castos virginis mores considerans, illic certus gravedinis, non ex se, unde verò aut quomodò, nesciens; ne tamen, si fortè esset adultera, eam fovendo vel criminis particeps, vel nimis stultè patiens videretur, aut ne fortassis alienam, ex quo nempe antea concepisset, malè sibi*

IN CAP. I. MATTHÆI.
 cetera, cogit, quod
 dicitur invenit, vel
 vel ab eoque aliquo
 que invenit exadere
 Eodem. Epit. v.
 & de punitibus Jofeph
 fide reverentia cum
 qui illis confortio le
 dea tantum dicitur
 rum. 2. Quid justitia e
 eam suam esse la m
 angelus est, nisi tim
 ferens, sed bene: Q
 Spiritu S. est, sic
 vobis notitiam
 ¶. 2. Ad timore
 tam il est acceptu
 asperere peregrè ab E
 concepit ante vinitate
 foyum habuit com
 ti Nativitat Joann
 à conceptione Joann
 de terro cetero post
 irent fuerit gravida
 ten multum ante N
 Clavem, ibi manit
 ceta. 1. in verò
 An. 2. de con
 com post Vinitate
 domus occupat
 tus, sunt decem
 qui autem adven
 de. ad eam dimi
 ¶. 21. in VOCA
 dem verbi utz 1.
 tam. Norma. 2. 1.

retineret, cogitans, quod uxori minimè ignominiosum inveniebat, *voluit OCCULTE dimittere eam*, vel ad suos remittendo specioso prætextu, vel ab ea peregrè aliquò proficiscendo; quòcumque interim res evaderet. Cum Chryst., Theophyl., Euthym., Aug. Epist. 54. recedimus hìc ab Origine & Bern. putantibus Josephum divini mysterii consciùm reverentiæ causâ voluisse eam dimittere, quod illius consortio se putaret indignum. Quia 1. dein tantùm dicitur ab Angelo edoctus mysterium. 2. Quid justitiæ erat, nolle eam *traducere*, quam suam esse & innocentem scivisset? 3. Quia Angelus ait, *noli timere*, non illam causam adferens, sed hanc: *Quod ENIM in eâ natum est de Spiritu S. est*, sic omnem anxietatem adimens circa uxoris pudicitiam.

¶ 20. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam*, id est acceptam retinere, ob dicta: vel accipere peregrè ab Elisabeth redeuntem. Hoc si contigit ante visitationem Elisabeth, B. Virgo Josephum habuerit comitem, & certò præsens fuerit Nativitati Joannis Baptistæ; quia sexto mense à conceptione Joannis ipsa concepit Christum, & tertio circiter post mense, quo apparet uterus, inventa fuerit gravida, in quibus diebus, proin non multùm ante Nativitatem Joannis visitans Elisabeth, ibi mansit quasi mensibus tribus, Lucæ cap. 1. sin verò ob ibi dicenda, & ut ponit Aug. lib. 2. de consensu cap. 5. circa medium, contigit post Visitationem, Joseph, rebus fortè domesticis occupatus, illam non fuerit comitatus, sed, ut decebat, ancillula aliqua: quia aliqui audisset in adventu eam salutare Matrem Dei, &c. adedque dimittere nolisset.

¶ 21. ET VOCABIS *nomen ejus JESUM*. Eadem verba Lucæ 1. ¶ 31. dicit Angelus ad Mariam. *Nomen est, quod est super omne nomen, ut*

16 IN CAP. I. MATTHÆI.

in nomine Jesu, &c. ad Philip. 2. proprium, adorandum, divinitus datum, non casuale, non vacuum; sed simul appellativum, seu significativum ejus, quod Deus-Homo antonomasticè verè est *Salvator*, ut sequitur; *Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Hebraicè est *Jehoscua*, vel per contractionem *Jescua*, teste A Lap., unde Græci derivant *Ἰησους*, Latini *Jesus*. Quoad nomen *Christus*, Hebraicè *Messias*, juxta Joan. 1. *ψ.* 41. *Invenimus Messiam, quod est interpretatum Christus*; Græcè *χριστός*, id est *Unctus*, & ipsum haberi potest nomen proprium, *ψ.* 16. *De quâ natus est Jesus, qui vocatur CHRISTUS.* Nomen officii ac dignitatis esse, asserunt Maldonat. & A Lap. & significat substantivè, quasi ille *Unctus*, nempe à Patre per unionem Hypostaticam, Rex & Pontifex seu Sacerdos in æternum; Lucæ 1. *ψ.* 32. *Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, & Regni ejus non erit finis.* Joan. 18. *ψ.* 37. *Rex sum ego.* Psal. 109. *Tu es Sacerdos in æternum*; Quod de Christo intelligit Apost. ad Hebr. 5. *ψ.* 6. & Cap. 6. *ψ.* 20.

ψ. 22. *Hoc autem totum factum est.* Verba sunt, non Angeli, sed Evangelistæ, Maldonat. *Ut adimpleretur. rō ut non causam finalem significat, sed eventum, ita ut per conceptum partumque Virginis significetur impleta Prophetia Isaïæ 7. Ecce (tamquàm quid mirabile) VIRGO in utero habebit, & PARIET filium*; adeoque manens virgo in conceptu & partu: uti & ex Symbolo Apostolorum credit Ecclesia; *natus ex Maria VIRGINE.* De qua umquàm alia matre dicitur, quod *Virgo in utero habeat & pariat filium*? Item quodnam aliàs id esset signum admirabile, de quo tamen ibi Propheta, ut cum aliis antiquis PP. apud Maldon. rectè Chryst. hinc; etiam insinuans, dici hoc

In Cap. I.
 hoc signum datum,
 politer Dominus
 petis, ipsius
 non quodam
 fore, propitium
 bere, longe
 filium liber
 quod prophetia

Et vocant omnes
 interpretam, sub
 rationem, Corp
 Hic est Deus
 Et cum hominu
 Verbum Cor
 hic Emmanuel,
 sed re hinc, ut
 domo Lactantio
 Capitulo lib. de
 uteris Judas, &
 ces, Prophetam,
 sed qui futurus;
 futurus esse declar
 y. 16. predictat de
 ut, id est eris, Cor
 in sunt cap. 6. y. 14.
 y. 17, cap. 23. y. 6.

CAP.
 Aliqua adorati
 iam. h

V. Etiam Ciam er
 traditio, unit T
 Bethlehem ju,

hoc signum dandum, non tunc Regi Achaz, sed postea Domui David: quasi dicat; quia vos non petitis, ipse Dominus ultro dabit vobis signum, non quale nunc Regi obtulit, ad monstrandum fore, ut populum suum à Rege Assyriorum liberet; sed longè majus, fore, ut per *Virginis* filium Messiam liberet à peccatis & diabolo: sicque à prophetica prædictione majoris probat minus.

Et vocabunt nomen ejus *Emmannuël*, quod est interpretatum, nobiscum Deus, nempe per incarnationem, Chryf. juxta Baruch. 3. v. 36. & 38. *Hic est Deus noster. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est: & Joan. I. v. 14. Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis.* & sic *Emmannuël*, idem est quod *Jesus*, non sono, sed re & sensu, ut cum Justino q. 131. ad Orthodoxos, Lactantio lib. 4. de vera sapientia cap. 12., Chrysostomo lib. de Incarn. cap. 2. ait Tertullian. adversus Judæos, & lib. 3. contra Marcion. dicens, Prophetam, non qui vocandus Christus, sed qui futurus; Evangelistam, qui vocandus & futurus esset, declarare voluisse: quo modo Isaias 1. v. 26. prædixerat de Jerusalem; post hæc vocaberis, id est eris, *Civitas justæ, urbs fidelis.* Similia sunt cap. 6. v. 14., cap. 9. v. 6., Jerem. cap. 3. v. 17., cap. 23. v. 6., Zachar. cap. 8. v. 3.

CAPUT II.

Magorum adoratio. Fuga Christi. Cædes infantium. Reditus ex Ægypto.

Vers. 1. *Cum ergo natus esset Jesus, 25. Decemb. ut antiqua & constans est Ecclesiæ traditio, inquit Tirin. in Chronico cap. 48. in Bethlehem Juda, (non, ut habent Græca, Ju-*

18 IN CAP. II. MATTHÆI.

dææ) ad distinctionem alterius Bethlehem, quæ etiam in regione Judææ sita est, non sub tribu Juda, sed sub tribu Zabulon, Josuë 19. ut notat Hieron.

In diebus Herodis Regis. Tres in Scriptura memorantur Herodes: primus hic, & Lucæ 1. 5. qui cognomento *magnus*, & *Ascalonita*, ab Ascalone nativa civitate Philistæa, ex matre Arabica, teste Euseb. lib. 1. hist. cap. 6., Ambros. lib. de benedict. Patriarch., Aug. 18. de Civit. cap. 45., Ruperto in Genes. cap. 29. fuit filius Antipatri, à Josepho 14. Antiq. cap. 2. dicti *Idumæi*, ex posteris Esau; natione non Judæus, sed alienigena, religione profelytus, ut scribunt Hieron. in cap. 3. Osee, Euseb., Epiphan., Theodoret., Ambr., Origen. apud Salian. ad an. mundi 3989. num. 11. & 12., & ad an. 4017. num. 16. & 20. Justin. Martyr cum Africano ait, hanc fuisse sententiam apud Judæos & Christianos. Objectiones solutas vide à num. 21. Saliani. Hunc primum à Romanis creatum esse Regem Judææ & regionum adjacentium, testatur Joseph. cit. cap. 18., Hegesip. lib. 1. cap. 30., Euseb. lib. 1. cap. 6. ut proin rectè notent Chrysostr. & Theophyl., in eo impletam esse Prophetiam Genes. 49. 5. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est.* Et liquet ex hac historia, Herodem illum non fuisse Messiam; cum ipsemet mox cum tota Hierosolyma turbatus, ex Scribis inquirat de Messia; & nasciturum intelligat non tantùm ex tribu Juda, sed & in Bethlehem, cujus ipse non erat. Secundus Herodes dictus *Antipas*, fuit prioris filius, Tetrarcha Galilææ & Perææ, Luc. 3. occisor Joan. Bapt. Matt. 14., irrisor Christi in passione, Lucæ 23., Hieron. citans Josephum. Tertius vocatur *Agrippa*, secundi nepos, filius Aristobuli, juxta Ti-

rin. in Chronico cap. 45. Rex Trachonitidis, Galilææ, & Iturææ, occisor Jacobi, comprehensor Petri, divinâ ultione vermibus consumptus, Actor. 12.

Ecce Magi ab Oriente venerunt; tres numero, ut docet Aug. serm. 29. & 33. de Temp., Leo serm. 1. 4. 5. 6. de Epiphân., Rupert., & communis traditio etiam picturis expressa. *Magi* (quam vocem retinent Syrus, Arabic., Persicus, Ægyptius, Græcus apud à Lap.) id est Astrologi, Philosophi, Sapientes; ita Anselm. & Innocent. I. apud Crombâgh tract. 1. lib. 3. cap. 13., & Evangelista Magos, Magiâ nempe naturali Astrologicâ licitâ, vocare videtur honoris causâ, quia stellâ Duce venerant; & apud Persas, Arabes, Syros, Æthiopes aliosque Orientales, Astrologi & Sapientes Magi dici solebant, teste Plinio lib. 25. cap. 2. cum Tertul. lib. contra Judæos; uti & Philosophi apud Græcos & Chaldæos, teste Hieron. in cap. 2. Daniël., & Eugubino lib. 1. de perenni Philosophia cap. 3. Itaque Munsterus in Evangelio suo Hebraïco perperam ponit *Mechaschephim*, *præstigiatores*, nomen apud omnes gentes infame. *Magos* noster Interpres & Septuaginta eos vocant, quos Hebræi *Aschaphim*, id est, qui inspectione syderum futura prædicunt, sagacitate naturæ somnia interpretantur, ut Daniël. 1. 5. 20., cap. 2. 5. 2. 10. 27., cap. 4. 5. 4., cap. 5. 5. 7. 11. 15., inquit Maldonat. Scribit Aug. serm. 67. de diversis: *Magi colebant gentium Deos, hoc est demonia, quorum fallaci decipiebantur potentiâ*; fortè etiam plus nimium additi vel credentes quibusdam suis idolorum sacrificulis præstigiatoribus; non quòd ipsi fuerint præstigiatores.

Fuisse autem Reges (sicut Genes. 14. Bara, Bersa, Sennaab, Semeber, etsi minoris quisque

regni Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, Reges vocantur) cum communi fidelium censent Chrysof. hîc, Tertull., Cyprian., Hilar., Basil., Hieron. apud Maldonat., etiam fidem facientes illo Pſal. 71. *Reges Arabum & Saba dona adducent* : quod & literaliter dictum de Salomone typo Christi, de Christo autem mysticè, Ecclesia legit in Festo Epiphaniæ. Et sanè, quomodò nisi tantorum Principum virorum auctoritas, cum splendido comitatu, cum *Thesauris* seu Regiis muneribus, cum publica professione adorationis Novi Regis coram ipso Rege Herode, ipsum hunc totamque Hierosolymam adedò commovisset; ipseque Herodes horum exemplo adorare eum se velle astutâ malitiâ simulasset? Nec obest, quod Matt. illos non vocet Reges : quia ex stella Christum cognoscere, Magorum potiùs fuit, quàm Regum.

Ab Oriente venerunt Jerosolymam, utpote urbem Regiam, ubi natum Regem vel invenirent, vel certius discerent locum ejus nativitatîs; Deoque sic disponente, etiam disparatione stellæ, de qua *ÿ. 2.*, à Magis nunciaretur, ut Judæi ignorare non possent, secundùm Chryf., Theophyl., Hieron. hîc. Græcè est, *ab Orientibus*, id est diversis sibi propinquis partibus vel provinciis Orientis. Patres, Justin. in Triphone, Tertull. adversus Judæos, & lib. 3. contra Marcion., Cyprian. ferm. de stella, Epiphan. in epitome, moti illo Pſal. 71. *Reges Arabum & Saba dona adducent*, (cui addi potest Prophetia Isaiæ 60.) censent fuisse Arabes orientales, venisseque ex Arabia felice, quam, teste Tacito lib. 5. histor., Judæa habet ab Oriente; sive quæ sita est inter Orientem & Meridiem : quales regiones mediæ solent nunc Orientales, nunc Meridionales appellari. Sic, etsi Regina Saba Matt. 12. *ÿ. 42.* vocetur *Regina Austri*;

In Cap. II.
Abraham tunc dicitur
Medan, & sicut et co
ad plagam orientalem
colas fuisse dicitur i
sine nati. hos Mo
Abraham Ceterum
Abraham & Myr
conturbat abundant
sicut est dicitur tunc
Tara prater Arabum
cuius fuisse sicut
hic. Vindicat e
in Moab, qui est
de locis Hebræic
intervallo, qui
habere possunt,
qui, cum occurr
dicunt : longinqu
vel cito, sive divi
suo propinquior
via stelle invenit ac
eti conceditur, con
Inque ad iter part
nis, cum Regem
convocat, contin
tate, putant Chry
sostom. lib. 4., in li
Magnum Gaspas
tum natiata Peris
miserandi sine mo
aque Peris po
ternus fuerit
etura in Pſal. 7
Etiâ qui n
illa Abia, sed
cina est hinc,
et qua etiam Reg

Abraham tamen Genes. 25. dicitur filios Saba, Madian, & Epha ex concubina Cetura separasse ad plagam Orientalem, id est Arabiam, cujus incolae fuisse scribit à Lap., notatque Epiphanius in fine panarii, hos Magos successores fuisse patris Abraham ex Cetura. Probaturque ex muneribus, Auro, Thure & Myrrha, quibus juxta historicos Arabia abundat; scribente etiam Virgilio: *Solis est thurea virga Sabæis*. Et Plinius lib. 12. *Thura præter Arabiam nullis*. Item quia Balaam, *cujus successores erant hi Magi*, ut ait Hieron. hic, Vaticinium de hac stella Num. 24. edidit in Moab, quæ erat in Arabia, ut docet Hieron. de locis Hebraicis. Denique ex minori locorum intervallo, quo commodius breviori spatio iter facere potuerint, nisi Camelis seu Dromedariis, qui, etiam onerati, quotidie 40. leucas conficere dicuntur: longinquiore Magorum ob negotia, vel casu, five divinâ dispositione tunc existente apud propinquiorem, aut ad eum, jam pariter ex visu stellæ itineri accinctum, accedente: idque etsi concedatur, eos duobus circiter diebus se, suos, suaque ad iter parasse, & uno hæsisse Jerosolymis, dum Regem adeunt, dum hic Sacerdotes convocat, consulit, & Attamen è Persia venisse, putant Chrysol., Theophyl., Cyril. Alexandrin. lib. 4., in Isai., Juvenus Poëta: & quia Magorum Gaspar, Melchior, Baltasar, nomina sunt usitata Persis; quibus & lex erat, Reges non adeundi sine muneribus. Verùm hæc Arabibus æquè ac Persis potuere esse communia. Quòd autem unus fuerit Æthiops, habent traditio & pieturæ: & Psal. 71. legitur, *coram illo procident Æthiopes*: qui nempe venerit ex Æthiopia, non illa Abyssia, sed ex Æthiopia Orientali, quæ vicina est Arabiæ, ejusque pars secundum à Lap. ex qua etiam Reginam Saba 3. Reg. 10. venisse,

ait Anselmus lib. de Imagine Mundi cap. 19. & uxor Moyſis Medianitis in Arabia vocatur Æthiopiſſa Num. 12. ob nigrum vel fuſcum colorem.

¶ *ſ. 2. UBI eſt, qui NATUS eſt Rex Judæorum?* Dubii, ubi ſit, rogant; certi de nativitate, tamquam & iſtis Judæis nota; cujus dant indicium: *Vidimus enim ſtellam ejus. Oritur in Oriente ſtella, quam futuram, Balaam, cujus ſucceſſores erant, vaticinio noverant*, inquit Hieron. hic: & ſimile habent Orig., Ambroſ., Chryſ., Epiphan., Baſil. apud Maldonat. at inſuper peculiariter illuminati à Deo, ſcribente S. Leone ſerm. 1. de Epiphan. *Dedit aſpicientibus intellectum, qui præſtitit ſignum.* Cùm ex viſa ſtella *Natum Regem* aſſeverent Magi, patet conſideranti, eam non aliquantò antè, ut Chryſoſt., Theophyl., Euthym.; ſed, uti melius habet Aug. ſerm. 4. de Epiphan. (quidquid antè ſenſerit ſerm. 36. de temp.) ipſo die Chriſti nativitate iſtis apparuiſſe ſiderum obſervantiſſimis; quam & ſtatim fuerint ſecuti, ut indicat Evangeliſta, *cùm natus eſſet Jeſus, ecce Magi venerunt*; ubi connexio verborum & particula *ecce* innuit, poſt Chriſti natalem mox ſecutum eſſe Magorum adventum. Nil repugnat, quòd prædicta à Propheta *oritura ſtella ex Jacob, & Davidem* ſignificet, ut volunt Rabbinii, qui fuit figura Chriſti; & Chriſtum, qui & ſibi ſubjiceret omnes gentes, ut exponunt Chaldæus, & ſerè omnes SS. PP. inquit Tirin. in Num. cap. 24. & hanc ſtellam, ſignum Nativitatis Chriſti.

Vidimus ſtellam ejus in Oriente. Chryſoſtom., Theophyl., S. Leo, Chryſolog. ſerm. 156., S. Thom. *in Oriente* referunt ad ſtellam, quæ proin ipſos fuerit inde Jeruſolymam comitata, dux & ſolacium difficilis longique itineris. At Procopius in Num. cap. 24., & Autor lib. de Mirabilib. S. Script. lib. 3. cap. 4. referunt ad *vidi-*

In Cap. II.
 non ad
 parens Pal
 quam ſic
 ubi Re
 oritur
 tam
 que de
 Nulle
 ſtella
 et mag
 ſer om
 hic, Ba
 Maldon
 rum, ve
 efform
 die prop
 Magi p
 ob ſimil
 ſis voc
 lymam
 Aug., Ba
 don.; &
 ſus ſelle
 ſm.; &
 iſtello
 quoniam
 la re
 ſus. Cum
 ſti m
 rum ſer
 minan
 via ha
 Spiritus
 paratione

mus, non ad *stellam*, quæ in Occidente apparet Palæstinæ immobiliter imminebat, tamquam sic certius signum, quò eundem, & ubi Rex natus esset quærendus: & quia dicitur oritura *stella ex Jacob*: item *ψ. 9. Et ecce*, tamquam quid novi & mirabilis, *stella, quam viderant in Oriente*, ANTECEDEBAT eos Jerosolymis in Bethlehem; quasi tunc primùm cœperit moveri. Hanc autem unam fuisse è stellis fixis, quæ descenderit ad aëream regionem, putat Greg. Nyssen. hom. de Christi incarn. Verùm, cum stellæ fixæ majores sint orbe terræ, tam immensâ magnitudine, aut æquans lumen solis, debuisset omnibus apparere, &c. Itaque cum Chryf. hic, Basil., Ambros., Aug., Fulgent. apud Maldon. fuit similitudo stellæ; intellige meteorum, lucens etiam de die, ab Angelo in aëre efformatum & directum, loco, luce, magnitudine proportionatum & conveniens isti obsequio Magis præstando; quod stellam appellavit Matt. ob similitudinem; prout hodieque Cometas stellas vocare solemus. Porrò stellam prope Jerosolymam disparuisse, censent Chryf. hic, Ambros., Aug., Basil., Theophyl., Bernard. apud Maldon.; & quia *ψ. 7. Herodes dicitur didicisse TEM- PUS stelle*, à quo apparuit eis, non stellam ipsam: & *ψ. 9. Ecce stella antecedebat eos*; quasi à discessu ab Herode iterum videre cœpissent, & quidem, saltem tunc, antecedentem.

Et venimus adorare eum, cultu latriæ, de qua *ψ. 11. Cum autem ex dictis, stella in ipsa Christi nativitate orta, statim apparuerit Magis, fiderum observantissimis, ac divinitus motis & illuminatis, quam ipsi mox sint secuti, nec diu in via hæsitaverint; quia & nescit tarda molimina Spiritus S. gratia; ac 13. diebus, unà cum præparatione, & mora Jerosolymis, iter conficere*

24 IN CAP. II. MATTHÆI.

potuerint, Christumque certè in Bethlehem inveni-
nerint, ubi ultra 40. dies Purificationis, juxta
legem Levit. 12. non mansit, quin & in ipso sta-
bulo, de quo *ŷ. 11.*, in quod compulsus fuerat,
ob concursum multitudinis & tenuitatem paren-
tum; qui nec tam difficili loco verosimiliter diu-
tius manserint, quàm erat necesse, donec quam-
primùm cessaret concursus; dicendum ex fide-
lium & Ecclesiæ sensu illo die festum hoc cele-
brantis, ac Patribus, Aug. serm. 1. 2. 3. de Epi-
phan., & S. Leone serm. de eadem, Magos 13.
die à Nativitate, id est 6. Januar. in Bethlehem
venisse, Christumque adorasse. Est contra Epi-
phan. hæresi 30. & 31., cum Euseb. Cæsareënsi in
chron. adventum perperam statuentem biennio
post nativitatem, dicentemque, Joseph & Mariam
singulis annis eo die ex Ægypto venire consue-
visse; cùmque post duos annos rediissent, Ma-
gos eos invenisse. Etenim quem in finem tam
longum difficileque iter, iniquo tempore, quo-
tannis instituisse probantur? Item, quis credat,
Joseph contra naturalem charitatem, & manda-
tum Dei *ŷ. 13. Fuge in Ægyptum, & esto ibi
usque dum dicam tibi*, infantem in illum ipsum
locum, ubi ab Herode quæri, & periculum esse
sciebat, reducturum fuisse? Cùm etiam mortuo
tyranno, & ab Angelo monitus ut reverteretur,
ausus non fuerit in Judæam redire, sed in Gali-
læam diverterit *ŷ. 22.* quod autem Herodes *ŷ. 16.*
dicatur occidisse pueros à bimatu, ibi vide expli-
catum.

*ŷ. 6. Et tu Bethlehem terra Juda, &c. Mi-
chæ 5. habetur: Et tu Bethlehem Ephrata par-
vulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur
qui sit dominator in Israël.* Non hîc vitium est
Evangelistæ, nec Scribarum, utpote qui Regi
non verba Prophetiæ retulerint, sed sensum & in-

IN CAP. II.
interpretationem
Juda (olim
vitas et cum populo
numerus
millibus
vitas
Jans propolis
fo multum
horum civitas)
aut in Principatu
um expositis
ex te cum
Viti: locque
d, parvulus
u, ut Mathias
tur: scilicet
prohibita
vitas
Christi pueri
der, Remig.
deam Arguit
tuerint, quod
o ratio, à
cebat ad
Christi
ŷ. 10. & 11.
fuit super
finites
mano gudio
bim. in
Eura. Justin.
de Ep
spelunca
in quo
vis Her
multicana
re; quæ
et apud

interpretationem, qui sunt: *Et tu Bethlehem terra Juda* (olim dicta *Ephrata*, Genes. 48. v. 7., *Parvulus es* quidem populus vel vicus, sive spectes numerum, sive ambitum loci, domos, &c. *in millibus Juda*, id est inter Chiliarchias, vel Chiliarchas Juda, qui erant Principes mille viris beliatoribus præpositi, aut etiam inter alias magnificas multorum millium hominum pluriumque Principum civitates) attamen, *nequaquam minima es in Principibus Juda* (sive *in millibus Juda* jam explicatis) si respectus habeatur ad Messiam; *ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israël*: sicque, *parvulus es*, ut habet Michæas; & *parvulus non es*, vel, *nequaquam minima es*, ut Matthæus, sibi invicem non contrariantur: scribente etiam Nazianz. orat. 19. *Nulla res prohibuit, quo minus Bethlehem simul & parva civitas esset, & totius terræ metropolis, utpote Christi parens & nutrix*: & ita Hieron., Theodor., Remig., Albert. & alii apud à Lap. in Michæam. Arguit Chrysof. Sacerdotes, quod subticuerint id, quod addit Michæas; & *egressus ejus ab initio, à diebus æternitatis*: verum id non faciebat ad quæstionem ab Herode propositam, *ubi Christus nasceretur*; Maldonat.

v. 10. & 11. *Videntes autem stellam*, stantem scilicet supra ubi erat puer, ut præcedit; & quia simpliciter stellam videre assueverant; *gavisi sunt* maximo gaudio; & *intrantes domum*, id est stabulum, in quo natus fuerat, ita Hieron., Chryf., Euthym., Justin. in Tryphone, Aug. serm. 1. & 2. de Epiphani., alique passim. Putat Hieron. fuisse speluncam, more Hebræorum quemlibet locum, in quo degitur, domum vocantium: sic Psal. 103. *avis Herodii domus*, id est nidus. Fortè domus rusticana seu stabulum fuerit adstructum cavernæ; quæ & erat sub urbis muris forinsecus, ut est apud à Lap. in Michææ cap. 5.

26. IN CAP. II. MATTHÆI.

Et procidentes adoraverunt eum, quamvis pauperem, at divinum quid spirantem, animosque Magorum speciali gratiâ moventem, *adoraverunt* cultu latriæ, ut est communis Patrum, Athanas. lib. de Incarnat., Irenæi lib. 3. cap. 10., S. Leon. & Fulgent. de Epiphan. &c. cum Ecclesia canente, *Deum fatentur munere*. Et confirmatur: *obtulerunt ei munera, Aurum Regi, Thus Deo, & Myrrham* Homini mortali: hoc enim mysterium in his muneribus Patres agnoscunt, Iren. & S. Leo cit., Cyprian. serm. de stella & Magis, Orig. lib. 1. cont. Celsum, Basil. hom. de humana Christi generatione, Gregor. Nyssen. hom. de Christi nativitate, Chrysof. hom. 1. in varios Evangelistas, Ambros. lib. 1. de fide cap. 2., Aug. serm. 1. de Epiphan. Hieron. hîc dicens: *Juvençus Presbyter munerum sacramenta uno versiculo comprehendit: Thus, Aurum, Myrrham Regique, Hominique, Deoque dona ferunt*. Adedque singultria hæc munera è regione sua allata obtulerunt in protestationem singularem fidei in Christum Regem, Deum, Hominem; & quidem non in exigua quantitate, sed quæ & se digna esset, & tali tantoque puero; & quia dicuntur aperuisse *Thesaurus*; & venerant adoratum Regem Judæorum, diviti illorum orientalium more Reges adeuntium: etsi fortè non omnia acceptata, vel retentis aliquibus necessariis, omnia juxta Maldon. Deo fuerint consecrata.

ÿ. 12. Et *RESPONSO accepto in somnis ne redirent ad Herodem*: videntur ergo prius Deum esse precati, quid sibi agendum; ex turbatione Herodis & totius Jerusalem, anxiâ convocatione Sacerdotum & scribarum, ac inquisitione quoad Messiam & tempus stellæ, mali aliquid etiam puero metuentes; circa quem cæterum ignorabant consilium Dei. *In somnis*, Somnio spirituali (si-

IN CAP. II.
 miteat y. 13. In cap.
 rurs) ubi magis cum
 mit, cor cum sca me
 lat.
 y. 14. In cap. II.
 Magis) cor;
 quoniam heremus v
 ium: non cum
 ipse Dominus apert
 quater eum habere
 Hierodolymitano; &
 tem, non in hoc
 laz, ut habetur et
 hinc juxta Ammon
 getica, & Eubim
 tum; contra Aeg
 se. Factum hoc m
 factum eodem, u
 mior cum suspic
 FUTURUM qd enim
 et perendum; & ob
 labois cæcis in
 y. 14. Et Ange
 tue, Judæorum in
 et y. 6. lib. 4. Res
 Herodis; sicque fa
 Oia 11. Ex Aegy
 linciter de popo
 Cuius intelli, h
 telum in Oia
 bram impoz
 70. vitem, f
 ta obtenta, & a
 Herodem perfec
 quantummen at
 viori via Huius
 poterat metue pe

mile est ψ . 13. & 19. cap. I. ψ . 20. & alibi in Scripturis) ubi corpus cum sensibus exterioribus dormit, cor autem seu mens divinitus excitata vigilat.

ψ . 13. *Qui cum recessissent* (clauditur historia Magorum) *ecce*; vox hic est indicans novi aliquid, etiam sternens viam ad narrationem cædis infantium: non enim statim à recessu Magorum *Angelus Domini apparuit in somnis Joseph*; sed post interjectam historiam Purificationis in templo Hierosolymitano; & immediatam inde reversionem, non in Bethlehem, sed in Nazareth Galilææ, ut habetur ex Lucæ 2. ψ . 22. & 39. Atque hinc juxta Ammon. ac Tatian. in Harmon. Evangelica, & Euthym. contigit fuga Christi in Ægyptum; contra Aug. putantem è Bethlehem fugisse. Factum hoc medio anno & ampliùs ante infantium cædem, ut tutiùs Christus evaderet & minori cum suspitione: idque indicant verba, *FUTURUM est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum*; & ob rationes ψ . 16. dicendas dilationis cædis infantium, ac Christi tunc ætatem.

ψ . 14. Ex Angeli monitu, *secessit in Ægyptum*, Judæorum in adversis refugium, ut Genes. 46. ψ . 6. lib. 4. Reg. 25. ψ . 26. ut esset extra tela Herodis; sicque fieret, ut impleretur Prophetia Oseæ 11. *Ex Ægypto vocavi filium meum*: quod litteraliter de populo Israël dictum, mysticè de Christo intelligi, hic patet ψ . 15. ubi & Matth. teste Hieron. in Oseæ 11. citans *filium meum*, Hebraïca Prophetæ verba secutus est, non Græcam 70. versionem, *filios meos*. Secessit nocte, promptâ obedientiâ, & ad celandam fugam (licet enim Herodianam persecutionem intelligeret *futuram*, quantum tamen abesset, ignorabat) idque breviori viâ Philistinorum, non per Hierusalem, ubi poterat metuere periculum.

28 IN CAP. II. MATTHÆI.

ŷ. 16. *Et mittens, ministros ac milites, occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu, id est masculos qui tunc erant bimuli, & infra, id est minoris ætatis, SECUNDUM TEMPUS, quod exquisierat à Magis; sicut locum crudelitatis, si fortè Christus fugisset in fines Bethlehemiticos, ità juxta Bedam, Glossam, Dionys., Barrad. tempus extendens supra & infra tempus apparitionis stellæ; occidens natos octo circiter mensibus ante, & totidem post nativitatem Christi ortumque stellæ; usque ad circiter octimestres, (hos proin non occisos) ad quos putare poterat stellam moraliter non pertinere, & ne proin nimis ultrà sæviret. Atque ità computando commodè explicatus invenitur bimatus & infra secundum tempus, quod exquisierat à Magis. Ratio extensionis erat 1. ut Christum certiùs occideret: 2. quia suspicacium natum erat cogitare, se à Magis delusum, etiam quoad stellam, quæ vel aliquantò ante dictum tempus fuisset orta, aut ipsis apparuisset, vel esset signum proximè nascituri Regis. Tradunt Aug., Thom., Anselm. alique apud à Lap. Christum tunc fuisse 15. circiter mensium puerum.*

Cur autem Herodes tamdiu distulerit occidere infantes, ratio apud Interpretes est, 1. quia notabili tempore quievit, Magos fortassis etiam lufos existimans; donec rumore gestorum in Templo Lucæ 2. die 40. ab ortu Christi postea inaudiit, & ulterius in facti veritatem indagavit: 2. dum sensim magis de Christi ortu, parentibus, loco inquirat, juxta Glossam, ut ipsum inventum solum occideret, uti & innuit Matt. ŷ. 13. ad quod, teste Aug. lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 12., modos omnes quærebat ad evadendam crudelitatis invidiam: 3. quia, dum id non

IN CAP. II.
 occidit, de
 & cruciatis
 occidi, per
 investigat
 infans
 modo
 his die
 ho auto
 matris,
 den alle
 det occidit
 lreano, Ju
 Chrysof.
 cit coluq
 vobete
 lunt. Par
 norum: s
 amia
 eiv, d
 non numer
 cin mille
 ŷ. 17. &
 tus S. Hier
 tue Tribus
 hi in
 vera. vertit
 qui, usque
 pntis, &
 biant; qu
 dem Hebr
 quis Ubs
 Hierum, ve
 nificam
 venerit, q
 & matra
 quasi in
 in Bethle

succederet, dein Romam scribens veniam petiit, & artificiosè ab Augusto obtinuit pueros occidendi, juxta Rupert. apud à Lap. 4. dum diu investigans, modum certum inveniret, ne quis infans absconderetur aut evaderet: qui denique modus, ad conciliandas diversorum sententias, hic fuisse dici potest, ut, omnibus illis infantibus, tecto nefario consilio, priùs per ministros conscriptis, alios quosdam præcipuos per fraudem allectos, alios, præsertim plebejos, vi illatâ occiderit. Cæterùm tenellos hos cum PP. Irenæo, Justino, Cypriano, Origene, Hilario, Chrysoft., Aug. apud Maldon. Martyres agnoscit colitque Ecclesia, cum Epiphanio canens, *salvete flores Martyrum*; quia pro Christo occisi sunt. Porrò occisos 14000. habet Missa Abyssinorum: sed què est credibile, in non ità magno ambitu oppiduli Bethlehem & omnium finium ejus, dicto sexdecim mensium spatio (præter non numeratas puellas) natos fuisse quatuordecim mille pueros, qui hìc sint occisi?

ψ. 17. & 18. *Tunc adimpletum est*, quod Spiritus S. Hierem. 31. litteraliter de cæde & captivitate Tribûs Juda & Benjamin, mysticè verò de his infantibus dixerat: *Vox in RAMA audita est.* Hieron. vertit *in excelso*, per nomen appellativum, quasi, usque ad cælum. Meliùs Chaldæus Paraphrastes, & 70. Interpretes nomen proprium urbis faciunt; quarè Græcus & Latinus textus videntur Hebraicum nomen *Rama* integrum reliquisse. Urbs est in Tribu Benjamin non procul ab Hierusalem, verosimiliter in excelso posita. Significatur magnitudo ululatus, qui eò usque pervenerit; ad quam etiam exprimendam loco urbis & matrum Bethlehem, & omnium finium ejus, quasi in scenam emphaticè inducitur ipsa Rachel in Bethlehem sepulta, Genes. 35. ψ. 19. inconsto-

30 IN CAP. II. MATTHÆI.

labiliter *plorans filios suos*, etiam Benjamitas, qui erant in finibus Bethlehem Judæ sitæ juxta Tribum Benjamin, ut indicetur luctus utriusque Tribui communis. Magorum hoc cap. adoratio, & crudelitas Herodis, insigne dant testimonium Messæ contra Judæos.

ψ. 20. 21. & 22. *Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri*, Herodes nempe, & quidam præcipui ejus in hoc scelere fautores, etiam Scribæ & Sacerdotes, ut notat Hieron. *Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Judæa, &c.* Innuitur Josephum meditatam fuisse eò ire, tamquam templi & primariam Religionis sedem: *Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ*, habitans in Nazareth; quia minùs ab Antipa Tetrarcha Galilææ, quam ab Archelao Rege, & si qui fortè adhuc Jerosolymis superessent, Christi persecutoribus, erat timendum. Nota: Herodes 10. cum Mariamne habuit uxores; ex quarum octo quinque genuit filias, & novem vel decem filios: variat enim Josephus antiq. lib. 14. cap. 21., ubi tres, cum lib. 17. cap. 1. in fine, ubi duos ponit ejus filios ex Mariamne, & duas filias. Ex his Alexandro & Aristobulo strangulatis, lib. 16. c. 17., tertium nomine Antipatrum quinque ante mortem suam diebus occidit lib. 17. cap. 9. & 10. unde, tribus quatuorve insuper mortuis, non nisi tres patri defuncto fuere superstites, Archelaus, Antipas, qui & ipse cognominatus est Herodes, & Philippus. Duo primi de regno contenderunt post mortem patris: litem diremit Cæsar (cujus beneplacito testamentum suum Romam missum Herodes subjecerat) & Archelaum quidem Ethnarcham, id est gentis suæ Principem creavit, non concessio ei Regis nomine (quamvis hic regnasse dicitur in Judæa, scilicet quia à militibus Rex fuerat salutatus, &

quasi regiâ potestate potiebatur ;) Antipam verò Tetrarcham Galilææ & Perææ ; Philippum Tetrarcham Iturææ & Trachonitidis , de quibus Lucæ 3. & Josephus antiq. lib. 17. cap. 10. 11. 13. Ex dictis colligimus apparitionem Angeli ̄. 19. & reditum ex Ægypto ̄. 21. contigisse notabili tempore , post mortem Herodis ; dum interim hujus testamentum , & contentio duorum fratrum ab ipsismet Romam defertur , &c. Fatetur Maldon. , omnium ferè sententiam esse, Christum duobus annis ; Tirin. docet, sesquianno fuisse in Ægypto , puta à Julio circiter anni sui primi , usque ad 7. Januar. anni tertii ; quo etiam die reditum ex Ægypto consignat Martyrolog. Roman.

̄. 23. *Dictum est per Prophetas : quoniam Nazaræus vocabitur* , ab oppido Galilææ Nazareth vel Natfareth , à Judæis quidem per contemptum ; altiori verò Dei consilio ad honorem. Rectè Hieron. hîc ; " Si fixum de Scripturis posuisset exemplum , numquàm diceret ; *Quod dictum est per Prophetas* ; sed simpliciter , *quod dictum est per Prophetam* : nunc autem pluraliter per Prophetas vocans, ostendit se non verba de Scripturis sumpsisse , sed sensum. Nazaræus sanctus interpretatur : Sanctum autem Dominum futurum , omnis Scriptura commemorat. Possumus & aliter dicere , quod etiam eisdem verbis juxta Hebraicam veritatem in Isaia scriptum est : *Exiet virga de radice Jesse , & Nazaræus de radice ejus ascendet.* , Quod in Vulgata est *flos* , unde Christus Natfaræus , id est *floridus* vocatur , quando scribitur per *tsadé* ; *sanctus* vel *sanctificatus* , quando per *zain*. Utroque autem modo hîc intelliguntur Prophetiæ , ut rectè Evangelista dixerit *per Prophetas* , in plurali : quia , inquit à Lap. " Hæ duæ litteræ *tsadé* & *zain* , uti caractere , ità & sono sunt vicinæ , & in-

ter se subinde commutantur. Quocircà utrumque
que conjunxit Psalter Psalmo 131. *Super ipsam
autem effloret* (ecce Nazareus seu floridus)
sanctificatio mea (ecce Nezer, id est sanctitas.)

CAPUT III.

Joannis Baptiste Prædicatio, Baptismus Christi,
Marc. 1. Luc. 3.

Vers. 1. *In diebus autem illis*, id est annis vel tempore (ut Genes. 24., Exod. 13., Judic. 18.) quo habitabat adhuc Christus in Nazareth; unde Marcus v. 9. eum venisse ait ad Baptismum Joannis. Et sic particula *autem* indicat connexionem cum versu ultimo cap. præcedentis. Lucas ad veritatem historiæ tempus addit, ac Principes sæculares & Ecclesiasticos, *anno quintodecimo Imperii Tiberii Caesaris, &c. Venit Joannes Baptista*, sic dictus ab officio baptizandi cum prædicatione divinitus sibi commisso, dicente Lucâ: *Factum est verbum Domini super Joannem in deserto*: & vide Marci 1. *Prædicans in deserto Judææ*, quâ erat prope Jordanem; quodque interius Joannes, extra urbes & patriam domum, à puero incoluerat, usque ad diem ostensionis suæ ad Israël, ut habet Lucas 1. v. 80., & censent Ecclesia, ac PP. Græci & Latini fusè apud Canis. de corrupt. Verbi Dei cap. 2., probatque asper ejus victus & vestitus: unde & Hieron., Chryf., Theophyl., Euthym., Cassian., eum vocant Principem Monachorum apud à Lap. Fuit autem tunc annorum 30., neque enim antè Judæi Prædicatoris aut Sacerdotis munere fungebantur, ut habetur ex Num. cap. 4. v. 3., & 1. Paralip. 23. v. 3. Ratio tenendi eremum fuit tum propriæ perfectionis studium, tum præparationis ad prædicandum: sicut & Christus, etiam

etiam ad exemplum, in deserto propriè dicto 40. dies jejunavit.

In deserto Judææ. Lucas ψ . 3. scribit; venit in omnem regionem Jordanis, prædicans Baptismum pœnitentiæ: ergo diversis locis. Certè baptizavit in *Ænnon juxta Salim*, Joan. 3. ψ . 23. quæ erat non longè à Mari Tiberiadis: item in *Bethania* sive *Bethabara*, Joan. 1. ψ . 28., ubi & Joannes monstravit, ecce *Agnus Dei*: quæ *Bethabara* erat non longè à mari mortuo; in quod, ut habetur ex Josuè 3. ψ . 16., se exonerat Jordanis. Cùm ergo ex Matthæo teneamus, *desertum Judææ*, in quod primùm scribitur venisse Joannes baptizatum in Jordane, ac dein nectatur Baptismus Christi; concludimus, Christum fuisse à Joanne baptizatum, non in *Ænnon*, sed in *Bethania* sive *Bethabara*: idque 1. quia circa hanc & *Jericho* est istud *desertum Judææ*, situm in ipsa terra *Judææ*, se extendens versùs mare mortuum, vocatum etiam *desertum Quarentanæ*, de quo *Adrichomius* in descriptione *Terræ S.* pag. 19. ubi habitavit Joannes, & Christus fuit tentatus. 2. Quia Christus statim post Baptismum ingressus est eremum, & in ea 40. dierum Jejunium inchoavit, adeòque propinquâ: *Ænnon* autem, juxta tabulam *Tirini*, distat ab ipso ingressu hujus deserti leucis ad minus sexdecim.

ψ . 2. *Pœnitentiam agite*, quæ quid sit, tractant Theologi contra Hæreticos. APPROPINQUAVIT enim *Regnum Cœlorum* (non terrenum, quale *Judæi* expectabant) quod hætenus clausum, nunc per adventum Christi significatur aperiendum.

ψ . 3. *Hic est enim*, &c. verba sunt, non, ut putat *Euthym.*, *Baptistæ*, sed *Evangelistæ* scribentis Prophetiam *Isaiæ* de Joanne; ut habetur etiam *Marci* 1. ψ . 1. & *Lucæ* 3. ψ . 4.

34 IN CAP. III. MATTHÆI.

ψ. 4. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum; id est cilicium de pilis Cameli contextum, Hieron., Chryf., Anselm., Emissen. hom. 1. de Joan. Baptista: ac Christus ipse indicat Matt. 11. *Quid existis in desertum videre? Hominem mollibus vestitum?* Sic verbo & exemplo convenienter prædicans pœnitentiam populo, ut ad virum sanctum confluenti: unde & Evangelistæ hunc, tamquam singularem & insolitum vestitum victumque studiosè describunt. Est contra hæreticos mentientes fuisse vestem undulatam, vulgò camelot.

Esca autem ejus erant locustæ, ut est etiam in Græco textu, ἀκρίδες, quod depascantur plantarum τὰ ἄκρα, extremitates; Animalia sive insecta saltando-volantia, munda Levit. 11. ψ. 12.; ita Orig., Hilar., Ambr., Chryf., Aug. apud Canis. cit., & Hieron. contra Jovin. *Orientalis & Libyæ populos, quia per desertum & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est. Hoc verum esse, Joannes quoque Baptista probat. Durus victus. Quo sensu de ipso est Matt. 11. Venit Joannes neque manducans, neque bibens, nisi aquam in eremo parabilem; & Lucæ 1. Vinum & siceram non bibet.* Non igitur hic intelliguntur pyra sylvestria ἀκράδες; nec bellaria ex melle & oleo confecta, ἐκκριδες; nec, ut volunt hæretici nostri, osores delectus ciborum in Ecclesia, cancri, ἀκρίδες vel κρίδες, à piscatoribus in ripam Jordanis ejecti: quia & erant lege prohibiti, Levit. 11. ψ. 10., cujus certè Joannes, sicut & Christus, & Petrus Act. 10. ψ. 14. fuit observantissimus: & quomodò à populo vir sanctus fuisset habitus legem transgrediens?

Et mel sylvestre, ab agrestibus apibus, in arboribus vel lapidum scissuris mellificantibus; Chrysof., Theophyl., Euthym.

In Cap. III.
 ψ. 6. Baptista
 veteri peccatorum; in
 interioris hominis:
 cit., comens se pecc
 cata in vultu de
 noscuntur, ad
 si. Equil. 188. brevis
 est communis: ad
 iant, nos hinc prob
 remem. Iustitiam
 riora. Num. 1. ψ. 7.
 cas distincta potum
 pro naturali habitum
 ψ. 7. Delecta
 inter Judæos fer
 lib. 5. cap. 11. H
 Matt. 11. ψ. 12. A
 Act. 10. ψ. 14. quib
 dentes eterna, ad
 spocrite, ferenti
 nardis, Matt. 11.
 Scribis) quibus au
 cum severa sanctio
 Progenes viperar
 progenes venenata
 venenos, mentio
 mudo. Quis dem
 va re? Quod
 à pueri pœnitentia
 promiss. Et assum
 tum mudo, ut
 sacos à hœreticis
 crepantibus ad
 secundum legem in
 fertim in nos;
 Chryf. & variis
 publicanis, mudo

IN CAP. III. MATTHÆI. 35

ŷ. 6. *Baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua*; in signum & excitamentum interioris Pœnitentiæ: vide ad ŷ. 11. Non dicit, confitentes se peccatores, generatim, sed peccata ipsa; quod & tamquàm singulare quid hîc notat Evangelista, adedque in specie; & ità Basil. Regulâ 288. breviorum, Salmeron, Maldon. cum communi: aded ut, etsi falsò, hæretici dicant, nos hinc probare Confessionem Sacramentalem. Istiusmodi Confessio in ipsa V. L. fuit usitata, Num. 5. ŷ. 7., tum Levit. 5. diversis peccatis distincta ponitur expiatio; & quidem cap. 15. pro naturali infirmitate immunditiæ.

ŷ. 7. De secta Pharisæorum & Sadducæorum inter Judæos scribit Sigonius de Rep. Hebræor. lib. 5. cap. 11. *Hi dicunt non esse resurrectionem, Neque Angelum neque spiritum*, Act. 23. ŷ. 8. quibus vitâ liberioribus, nec credentibus æterna, adhærebant optimates. Illi erant hypocritæ, superbi, *intus pleni rapinâ & immunditiâ*, Matt. 23. (ubi eadem habentur de Scribis) quibus adhærebant populares ob speciem severæ sanctitatis.

Progenies viperarum; venenatorum parentum progenies venenata. Dura, ad movendum tam perversos, meritò increpatio, & sequens comminatio. *Quis demonstravit vobis fugere à ventura ira?* Quod Christus Matt. 23. ŷ. 33. ait, *à judicio gehennæ*: item ab ira Dei Judæos reprobaturi, & assumpturi gentes. Cùm verba hæc tum ad turbas, ut patet Lucæ 3., tum ad Pharisæos & Sadducæos dirigantur, partim sunt increpantis fictè ad suum Baptismum accedentes, secundùm Orig. in Joan., Chryf., Theophyl. præfertim inter hos; partim laudantis, secundùm Chryf. & admirantis tantam, præcipuè in turbis, publicanis, militibus, Lucæ 3., vel tam subitam

conversionem, non nisi potente Dei gratiâ demonstratam.

ψ. 8. *Facite ERGO fructum dignum; Lucas, Fructus dignos pœnitentiæ, id est veram pœnitentiam & itâ efficacem, ut evadatis iram istam: prout indicat particula connectens ergo.*

ψ. 9. *Et ne velitis dicere intra vos, vel, ut Lucas, quod in idem venit, ne cœperitis dicere, stultâ fiduciâ, Patrem habemus Abraham, unde liberemur à dicta ira: Quoniam Deus potens est de lapidibus istis (quos proin Joannes præsentis demonstrabat) suscitare filios Abraham: Græcè τῶ ἀβραάμ, in dativo: intellige physicè (sicut Adam de terra) formare de saxis homines sectatores fidei & operum Abraham, sicque filios promissionis Abraham per Christum filium Abraham naturalem (Hieron., Ambr., Theophyl., intelligunt de gentibus moraliter saxeis convertendis) vobis filiis ejus carnalibus Judæis reprobatis, excissis, & in ignem missis: quo sensu sequitur connexa metaphora.*

ψ. 10. *Jam ENIM securis ad radicem arborum posita est, ad illas à radice, Patre Abraham, abscindendas. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Ubi & significatur instans seu brevî ventura dicta illa ira; & Græcè est in præsentî, exciditur, mittitur: item ψ. 12. per aliam similis sensûs parabolam, cujus ventilabrum in manu sua, jam nunc est sumptum ad permundationem areæ, seu separationem tritici servandi à paleis æternum comburendis.*

ψ. 11. *Ego QUIDEM baptizo vos IN AQUA in pœnitentiam. Marc. ψ. 4., & Luc. ψ. 3. vocat Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: nempe, qui sit actus externus, aut in signum tantum & incitamentum internæ pœnitentiæ, quæ est*

In Cap. III.
 remissionem
 Aug., Greg. etc.
 intelligendâ
 missile
 vestim
 quâdam
 sequitur
 PORTIOR
 SPIRITU S. E.
 Act. 19. quoniam
 los Baptismo Joann
 no Christi. Dicit
 can. 1. Si quis dicit
 hujusmodi
 de. Can. 3. vocat
 in genere Can.
 opere grati. De
 Can. non san
 Marc. & Luc. Solu
 Diversi Evangelist
 missis in re illi
 Magistro dicitur
 bonum, aliter ingredi
 niscet, non se d
 non utrumque à J
 in Aug. lib. 2. de co
 hie vos baptizat
 tunc; id est est
 quibus est. Deu
 gram de dona a
 mo in per aqua
 præ, h. e. quo
 ex aqua Spiritu
 etiam unguatur
 linguis que in
 pœniticè præterit
 las Act. 1. Jo

in remissionem peccatorum: & sic Basil., Chryf., Aug., Greg., Beda, Theophyl. apud Maldon. intelligendi sunt dixisse, baptismum Joannis remississe peccata: nam hi ipsi cum antiquis universim PP. ibidem citatis, hunc distinguunt à tamquam altioris virtutis Baptismo aquæ Christi; ipseque Joannes subdens: *Qui AUTEM post me venturus est, FORTIOR me est.... ipse vos BAPTIZABIT IN SPIRITU S. ET IGNI.* Distinguit Apostolus Actor. 19. quosdam Ephesi discipulos baptisatos Baptismo Joannis, jubens baptizari Baptismo Christi. Definit Trident. sess. 7. de Baptismo can. 1. *Si quis dixerit, Baptismum Joannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi, anath. sit.* Can. 3. vocat *Sacramentum.* De Sacramentis in genere Can. 8. docet, conferre gratiam *ex opere operato.* De quibus plura Theologi.

Cujus non sum dignus calceamenta portare. Marc. & Luc. *Solvere corrigiam calceamentorum.* Diversâ Evangelistæ phrasi idem significant, vel vilissima in re illi servire: ut si quis venerabili Magistro diceret, non sum dignus portare tibi librum, alter, ingredi tuam scholam, uterque significaret, non se dignum ejus discipulatu: nisi tamen utrumque à Joanne fuisse dictum putetur: ità Aug. lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 12.

Ipse vos baptizabit in Spiritu S. & igni, metaphorico; id est effundendo Spiritûs S. Dei (qui quasi ignis est, Deuter. 4. v. 24., Jerem. 23. v. 29.) gratiam & dona animas emundantia, in Baptismo suo per aquam, juxta Patres & Trident. supra, & de quo Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S.* Si autem cum Maldon. etiam intelligatur de Baptismo metaphorico sublinguis igneis in Pentecoste, quem & hîc propheticè prædixerit Joannes, & quò respexerit Christus Actor. 1. *Joannes quidem baptizavit aquâ,*

vos autem baptizabimini Spiritu S. non post multos hos dies : tunc litteraliter vos baptizabit, ratione Baptismi Christi in aqua, sumitur propriè; ratione Baptismi in Pentecoste, metaphoricè : in quo est jucunda fœcunditas Scripturæ. Hæc hæretici Hermiani & Seuleuciani de Sacramento Baptismi in igne materiali conferendo intelligebant, teste Aug. hæresi 59., ferro candenti stigma inuidentes.

ŷ. 13. *Tunc*, sextâ Januar., anno ætatis 31. per 13. dies inchoato, à Lap. in Lucæ 3. ŷ. 23. de die 6. Januar. autoritate multorum probat Tiri- nus in Chronico cap. 48. conclus. 4. Quoad illa verba Lucæ ŷ. 23. *Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta* : *et incipiens* non refertur ad, *annorum triginta* : sed sensus est; Jesus factus quasi, id est circiter, *annorum triginta* (ætatis nimirum requisitæ, ut suprâ ŷ. 1. dictum de Joanne) *erat incipiens*, è vita privata, se manifestare ad instantem prædicationem, in Baptismo adeò mirabiliter à Patre declaratus Filius Dei & Doctor publicus; ità Tirin. cit. cap. 47. ad finem, ex Justino, Tertull., Clem. Alexandrino, Epiphani., Augustino. *Venit Jesus à Galilea in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.* Marcus, à Nazareth Galileæ; ubi privatus, subditus Matri ac Josepho, Lucæ 2. fabrilem artem exercuerat, nimirum *Fabri filius*, Matt. 13. ŷ. 55. & *nonne hic est faber*, Marc. 6. ŷ. 3. Causæ Baptismi erant, 1. impletio omnis justitiæ, ŷ. 15. 2. manifestatio Christi Filii Dei, ŷ. 16. & 17. 3. verosimiliter institutio sui Baptismi, de quo hic in fine cap.

ŷ. 14. *Joannes autem*, ex revelatione agnoscens de facie, quem antea sic non noverat, de quo vide in Joan. cap. 1. ŷ. 33., *Prohibebat eum*, præ modestia animi & reverentia *dicens* : ego, utpote

minor, servus, non dignus qui portem calceamenta tua, à te debeo baptizari. Debebat, opus habebat, non quidem absolutè, aut ex præcepti necessitate, sed ad majorem gratiam animæque munditiem, etiam à levioribus nævis. *Et tu venis ad me*, ut baptizeris à servo, debili meo Baptismo pœnitentiæ, qui peccatum non habes?

ÿ. 15. *Sine modo*, ita fieri: sic enim decet nos, te obedienter dando, me humiliter suscipiendo Baptismum, implere omnem justitiam, omne iusti seu virtuosi viri officium, etsi non obligans. *Tunc dimisit eum*; acquievit Joannes.

ÿ. 16. *Baptizatus autem Jesus*, toto, vel magnâ parte Corporis in aqua existens, uti alii Judæi; *confestim ascendit de aqua*, in ripam fluminis. *Confestim ascendit*, ut vix interstitium esset inter Baptismum & sequentia. *Et ecce aperti sunt ei cœli* (Lucas addit Oranti) sensibili hiatu aëris radiantis lucidas inter nubes, Euthym. *Et vidit*, Christus genuflexus orans, & in altum aspiciens, *spiritum Dei descendentem sicut columbam*: aptè, quia hæc est symbolum reconciliationis, amoris, simplicitatis, mansuetudinis, innocentiae, humilitatis. Non fuisse veram columbam (ut tamen vult Hieron.) indicat apud omnes Evangelistas *vox sicut, tamquam, quasi*: multò minùs fuit hypostaticè unita Spiritui S.; sed nec merè imaginaria, sed reale corpus ex vicino aëre efformatum in similitudinem columbæ, scribente Luca, *corporali specie sicut columba*: ità Aug. epist. 102. ultra medium, Ambros. lib. 1. de Sacramentis cap. 5., Chryf.

ÿ. 17. *Et ecce vox*, in persona patris, in aëre efformata, *de cœlis dicens: hic est Filius meus dilectus*: Græcè energicè gemino articulo; *Filius ille meus ille dilectus*; scilicèt mihi consubstantialis, Ambr. in Lucæ cap. 3. Marcus & Luc.

directè ad Christum habent, *tu es Filius meus*, Rectè Aug. lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 14. *Variant locutionem, salvâ tamen sententiâ*. Nisi tamen ad extensiolem manifestationem utrumque fuerit dictum, *hic est, &, tu es filius*: nam & Joannes vidit & audivit, Joan. cap. 1. & alii, qui aderant, propter quos in testimonium hæc fiebant.

Quæritur, an Christus hîc instituerit suum Baptismum.

℞. 1. Negativè quantum ad necessitatem & præceptum, expressam declarationem, promulgationem, plenissimam efficaciam aperiendi mox regni cœlorum, perfectissimamque significationem mortis Christi: quæ tantum accesserunt post ejus mortem & resurrectionem.

℞. 2. Cum D. Tho. p. 3. q. 66. a. 2. affirmativè, quantum ad ipsum Sacramentum, virtutemque producendi gratiam. Prob. 1. quia Ambros. lib. 2. in Lucae cap. 3., & serm. 15. & 20., Hieron. Dialogo contra Luciferian., Nazian. orat. in S. Nativit., Maximus hom. 7. de Baptismo, aliique apud Suarez. disp. 21. sect. 1. asserunt, Christum in suo baptismo aquas consecrâsse in Baptismum & sanctificationem. 2. Quia Autor, oper. imperf. hom. 4. cum Hieron., Chryf., Theophyl., Euthym. apud Maldon. dicunt, Joannem hîc à Christo fuisse baptizatum Christi baptismo. 3. Quia tunc adfuit signis visibilibus SS. Trinitas, Pater in voce, Filius in natura humana, Spiritus S. sub specie columbæ; sic ut simul cum aqua materia Baptismi, ejus quoque forma in nomine trium personarum proferenda efficaci Christi voluntate ipso facto designaretur. Adde, quòd post initium suæ prædicationis Christus per discipulos, eos ipsos baptizatos baptizârit, uti vide in Joan. cap. 3. v. 22. ergo jam Baptismus ejus erat institutus, quem privatim Apostolos docuerit.

CAPUT IV.

Jejunium, Tentatio, Prædicatio Christi, & vocatio quorundam Apostolorum, Marci I. Lucæ 4. & 5.

Versu I. *Tunc Jesus (Marcus v. 12. & statim, à Baptismo, eodem die) ductus est in desertum, dictum hinc Quarentana, de quo cap. 3. v. 1. à spiritu; Syrus habet sanctitatis, & censent Hieron., Chryf., Gregor. Marcus ait; spiritus expulit eum in desertum, actum scilicet libero instinctu suo interno vehementer impellente, ut permittens dæmonis tentationes, homines, præsertim ad magna destinatos, doceret eas vincere, seque, ipsius exemplo, ad opus Evangelicum oratione & jejunio præparare; & Christianis ex Apostolica traditione servandum, quasi consecraret Quadragesimale jejunium, juxta PP. apud à Lap.; quod proinde, aliaque jejunia rectè instituit Mater Ecclesia: etenim, convenitne fœderatis Hollandiæ Magistratibus indicere dies jejunii & orationis; & non conveniat Ecclesiæ Dei? si Princeps vel Magistratus sæcularis legem queat statuere, cui sub peccato obtemperandum, ut docet Apostolus ad Rom. 13. v. 1. 2. 5.; quantò magis Christi Vicarius & sponsa Ecclesia? *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, Lucæ 10. idque etiam in honorem & aliqualem imitationem jejunii Christi, in re sancta, & ab ipsis usquè Apostolis continua traditione ad nos transmissa. Certè veteres scriptores Quadragesimæ meminerunt, S. Ignat. epist. 7., Gregor. hom. 16. in Evang., Ambr. serm. 34. de quadrages., alique: prædicente etiam Christo Matt. 9., Venient dies, cum auferetur ab eis spon-**

*ſus, & tunc jejunabunt, mei discipuli, & eorum laudabiles imitatores Chriſtiani. Vide Bellarmin. de bonis operibus lib. 5. cap. 3. Si 40. dies jejuna- re ſuperſtitioſum putant Hæretici, jejurent 50. Si, quod intrat in os, non coinquinat hominem, quomodo ergo peccavit Adam? Quomodo Actor. 15. peccâſſent fideles ab Apoſtolis juſſi abſtinere à ſanguine & ſuffocato? Utique, quia mala eſt præcepti tranſgreſſio. Si arrogantia eſt, Chriſti- que meritis injurioſum Chriſtum imitari, bonis operibus velle mereri, ſatisfacere; arrogans Pau- lus & injurioſus, qui ſe Chriſti imitatoreſ vocat, & ad Coloff. 1. dicit: *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore ejus quod eſt Eccleſia.* Et 1. ad Corint. cap. 9. *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne, &c.* Arrogantes nos Chriſtus eſſe jubet, Matt. 16. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* An non Chri- ſtus, *reddet unicuique ſecundum OPERA SUA,* ibid. v. 27. &c. Quantum ergo à Chriſto ab- ſunt molles hæretici!*

v. 2. *POSTEA eſuriit, poſt 40. dierum & 40. noctium, (quale & fuit illud Moyſis & Eliæ) hominis ſani jejunium miraculoſum; &, ut Lu- cas ait, conſummatis illis diebus; quibus proin non adeo, vel non ſenſit eſuriam, Hieron., Hil- lar., Chryſ. dicens, non jejunantem tentat, ſed eſurientem. Lacertis, ſtelligionibus, ſimilibuſque, totâ hyeme latentibus, & nihil manducantibus, aliam condidit Deus naturæ temperiem, nativo calore & vi nutritivâ in iſtis quaſi tunc ſopitis. Hoc jejunium inchoatum fuit poſtridie Baptiſmi, 7. Januar., finitum 15. Februar.*

v. 3. &c. *Et accedens tentator, Lucifer ipſe, juxta Aug., illudque Joan. 14. Venit Princeps mundi hujuſ, id eſt malorum, & in me, Priu-*

cipe bonorum, *non habet quidquam*. Finis tentatoris erat, secundum Hilar. & Ambros., ut exploraret, si filius Dei esset naturalis (quod suspicabatur ex testimonio Joannis, voce cælesti, oraculis Prophetarum &c.) in hujus testimonium quærens ex ipso miraculum; & simul, ut ad peccatum induceret, si non esset. Porro formâ aliquâ corporeâ & spectabili Christum accessit, ut est communis PP., & quia multa cum illo est collocutus, veram conversionem lapidum in panem, præcipitium in ostentationem Sanctitatis & Divinitatis, veram adorationem petiit; quodque Christus, carens omni concupiscentiâ, internè tentari non potuerit, sed tantum extrinsecâ suggestionem & operationem. Et 1. quidem verosimilius se hominem finxerit, qui esurienti velut compatiens, suaserit subvenire infirmitati, cum istic deserti loci cibi non adessent: *si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant*; Lucas, *lapidi huic, cumulo ibi cuidam lapidum, ut panis fiat*. Uter Evangelista sensum, uter verba dederit, nescimus. Dein, post discessum aut disparitionem, & aliquantam requiem, audacior factus, in secunda tentatione, dæmonem se occultans, ad decipiendum & persuadendum præcipitium, transfiguraverit se in Angelum lucis. In tertia tentatione finxerit se filium Dei, utpote ambiens adorari & mentiens, *hæc omnia tibi dabo*, &, ut Lucas addit, *quia mihi tradita sunt*, & *cui volo do illa*; simulque quo Christum tentaret, an titulum illum, tamquam injustè usurpatum, sibi vindicaret, si esset.

Dicendumque consequenter, *assumptiones* has ad pinnaculum seu summitatem templi Jerosolymitani, & montem dicto deserto vicinum, *diaboli* appellatum, ut est apud Adrichom. fuisse, non imaginarias, sed veras: nec tantum ita, ut Chri-

44 IN CAP. IV. MATTHÆI.

Itus pedes præeuntem aut comitantem eò dæmonem sit secutus, ut vult Euthym. ob verba Lucæ, *duxit illum*; in quo & supra decem horarum tempus debuisset fuisse infumptum: sed ita ut verè (omnibus invisibilem se reddens, præterquam ipsi dæmoni id ignoranti, ut habet Autor oper. imperf.) eò fuerit per aëra translatus à diabolo; quomodò ab Angelo raptus est Abacuc, & Actor. 8. Philippus inventus in Azoto; Ita Hieron., Greg., Beda, S. Tho. 3. p. q. 41. a. 4. ad 7. Nec id Christo fuit magis indignum, quam permittere se ab impiis crucifigi, ut rectè Gregor. hom. 16. Hinc nota, quanta, permittente Deo, possit dæmon, etiam in justos; prout & habetur in quibusdam vitis Sanctorum, & ex ipso Evangelio in energumenis.

Quomodò verò diabolus Christo ostenderit, quæ mentiens dicebat: *Omnia regna mundi, & gloriam eorum*, idque, ut addit Luc. *in momento temporis*: Resp. quamdam universitatem, & in confusò multitudinem significari regnorum, quæ exhibuerit, non imaginariè, ob dicta, internis Christi sensibus illudendo (etsi Cyprian. serm. de jejuniò Christi putet, omnes has tentationes fuisse phantasticas) sed visibiles rerum corporearum species oculis Christi objiciendo, partim, ope haud dubiè aliorum dæmonum, has remotiores aëri inhærentes à diversis partibus advehendo (sicut ventus perflans vocem longiùs producit) partim aut potissimùm, quæ est sententia Theophyl., pictoris instar regnorum imagines in aëre variè condensato, temperato, infecto, per varias fulgoris solis refractiones, ut fit in iride, repræsentando.

¶ 4. *Scriptum est: non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, Deut. 8.*; id est ex omni re, quam Deus voluerit;

ut filii Israël manna in deserto; imò sine ullo cibo, humore & calore naturali divinitus conservato aut suffecto.

¶ 6. *Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim: quia Angelis suis mandavit de te &c.* Psal. 90. quod ad falsum sensum detorquet diabolus: quia, 1. si filius Dei erat, Angelorum illâ mandatâ custodiâ non egebat: 2. si non erat, eam Deus non promisit illum tentantibus per sui præcipitium, Ambr., Remig., Bernard. apud à Lap. Rectè Hieron. *Falsas de Scripturis diabolz sagittas veris Scripturarum frangit clypeis.*

¶ 10. *Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis: sensum, non verba, citat Christus, Deut. 6. ubi est, timebis; quod & idem est Hebræis ac adorabis: colentes enim Deum timentes Deum vocantur, Job. cap. 1. ¶. 1. 8. 9. Psal. 21. ¶. 24. 25. 26., inquit Maldon. & illi solz servies, non falsis diis. Frustrâ ergo sint hæretici, qui hinc vel aliunde extundant, illicitum esse Cultum SS.; non enim eos Catholici ut deos habent, aut latriæ cultu venerantur, sed inferiori, Dulciæ; quem laudabilem esse, de Fide habetur ex Trid. Sess. 25., ubi & agit de Reliquiis SS. & Sacris Imaginibus, juxta Concilior. Decreta, SS. PP. consensum, & perpetuum ab initio Ecclesiæ usum. Et fanè, hæreticis fatentibus, laudabiliter invocamus SS. in hac vita degentes, ut ipsi nobiscum & pro nobis orent Deum, ad Coloss. 4. *Orationi instate, orantes simul & pro nobis.* 2. ad Thessal. 3. *Fratres orate & pro nobis.* Jac. 5. *Orate pro invicem ut salvemini: ergo à fortiori sanctos in cælo viventes, qui plus possunt, & majori charitate prodesse cupiunt; dicente etiam Petro epist. 2. cap. 1.: Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. Si SS. in cælo non possint**

46 IN CAP. IV. MATTHÆI.

audire preces nostras, quomodo ergo Lucæ 13. Angeli in cælo cognoscunt internam conversionem peccatoris gaudentes? Noscunt itaque preces nostras in Verbo, ut vult S. Tho., vel per novas quotidianas revelationes, sicut Prophetæ diffita scientes, ut Cyril. Catech. 16., Aug. de cura pro mortuis cap. 15. Confugere ad Sanctos non est diffidere de Dei benignitate per Christum: quia aliàs nec hîc viventium liceret preces implorare: & quia SS. vim omnem intercedendi & impetrandi habentes ex meritis Christi unici Principis Mediatoris, quibus hæc tamquam primo fundamento innititur, adhibentur ut Mediatores minùs principales (sicut aulici apud Regem per merita filii Regis) quod non cedit in injuriam, sed in honorem Dei ac Christi, qui suos amicos taliter, uti & per miracula, sæpe vult honorare. Licet Deus omnia possit immediatè per se præstare, multa tamen efficit per creaturas, e. g. per Angelos, ut variis Scripturæ locis habetur, & per viventium orationes pro invicem: & in naturalibus, e. g. calefactionem per solem, sanitatem per medicamenta, quibus aliisque medijs rectè utimur. Objiciunt Apoc. c. 19. v. 10., & c. 22. v. 8. & 9. Respondent Athanas. serm. 3. contra Arian., & Aug. lib. 20. contra Faust. cap. 21., quòd Joannes voluerit Angelum adorare cultu latriæ, ob insolitum splendorem Christum putatum; quod admittere recusavit Angelus addens, *Deum adora*. Verùm, inquit à Lap. ibi, cum Joannes Angelicis his visionibus affuetus, Angelum esse sciret: & enim cap. 22. dicit: *cecidi ante pedes ANGELI ut adorarem*; rectiùs dicitur voluisse adorare cultu tantùm Dulciæ, quem, quamvis non illicitum, Angelus non admisit rationem addens, *conservus enim tuus sum*, qui es dilectus ille discipulus Jesu, Apo-

IN CAP. IV. MATTHÆI.
 solus, Prophetæ
 atque in fervore
 y. 11. Tm. Luc.
 omni tentatione, eo
 servavit mente,
 secutus est Hieron.
 dicitur, post primam
 ad mundum tempore
 a sua vice, in mona
 restitit, ad qua, vel
 fectus non videtur,
 ultima tentatione. Lo
 tempore, scilicet post
 his speculissime te
 menta nempe Job
 bibus in specie
 cum inter tentat
 Caerion in his
 diabolum, ut ante
 Hic item memero
 qua Mat. dicit,
 servatorem, ergo
 colendo Evangelicis
 tarent, Carv
 in tentationes palm
 eis seu concupis
 in mente vite;
 omnia ut notat
 Quia hoc, Chri
 & la. statum,
 ctes tuum.
 Et angelus,
 firmus, demonstrat
 virtutem propria
 gelorum. Hic r
 restituro, ut Lap.
 to loco, tamen
 vide Christus dicit

folus, Propheta, Pontifex, Virgo, Martyr, antea in ferventis olei dolium Romæ missus.

ψ. II. *Tunc*, Luc. ψ. 13. addit, *consummata omni tentatione*, eo nempe (quem Lucas non servavit) ordine, quo est apud Matt., quemque secutus est Hieron., Chryf., Hilar. & fati indicat, *tunc*, post primam tentationem, *assumpsit*, ad pinnaculum templi; & *ITERUM assumpsit*, 2. dein vice, in montem; & *vade satana*, adversarie, ad quæ, teste Chryf. perterritus, confusus mox aufugit, quod utique contigit in hac ultima tentatione. Lucas ait, discessisse *usque ad tempus*, scilicet passionis, quando Christum rursus specialissimè tentavit, saltem per sua instrumenta nempe Judæos, Chryf. nisi & dicatur diabolus in specie visibili soli Christo tunc apparuisse; cum internè tentari nequiverit.

Cæterum in his Christus, non se manifestans, diabolum, ut antè fuerat, dubium reliquit, Chryf. Hæ item numero tantum tres fuere tentationes: quia Matt. dicit, post 40. dies jejunii *accessisse* tentatorem, ergo antè (ut tamen cum Aug. de consensu Evangelistar. quidam PP. volunt) non tentaverat, Chryfost. suprâ, ψ. 2. & quia tres hæ tentationes palmæ sunt & universales; 1. gulæ seu concupiscentiæ carnis; 2. ostentationis & superbiæ vitæ; 3. concupiscentiæ oculorum & avaritiæ; ut notat Ambr. hom. 16. in Evangel. Orig. in Luc., Chryf. Dicunt simpliciter, Marc. & Luc. tentatum, non verò antea, vel per 40. dies tentatum.

Et ecce Angeli, pariter in specie visibili, *accesserunt, & ministrabant ei*, cibos: Christo vel per virtutem propriæ Divinitatis, vel ministerio Angelorum, subito raptu in priorem deserti locum restituto, ait à Lap. Nisi ministrârint eodem montis loco, tamquam completæ victoriæ campo, unde Christus dein descenderit.

48 IN CAP. IV. MATTHÆI.

ŷ. 12. *Cum autem audisset Jhesus, quod Joannes traditus esset, sub Decemb. anni 31. Christi.*
 Nota: Marthæus, item Marc. 1. ŷ. 14. & Luc. 4. ŷ. 14. omittunt omnia quæ habet Joan. à cap. 1. usque ad cap. 4. orsi solemniorem hinc cœptam Christi prædicationem à carcere Joannis Baptistæ, à Phariseis acri ejus prædicatione, vocantis eos *genimina viperarum, &c.*, exacerbatis, Herodi ut colligitur ex Matt. 17. ŷ. 12., traditi; quem & Joannes, ex Lucæ 3. ŷ. 19. & 20.; videtur offendisse, etiam ante incarcerationem. Quarè & Christus, invidorum sibi Phariseorum manus declinaturus, ex Judæa *secessit in Galilæam*, tam inferiorem, ob dicenda Joannis 4. ŷ. 43., quàm superiorem sive gentium, ut habetur ex ŷ. 13. & 15.; cujus, teste Josepho, Tetrarcha erat Herodes, quem Christus non offenderat. Est autem hic idem reditus in Galilæam cum illo Marci 1. ŷ. 14., Lucæ 4. ŷ. 14., Joan. 4. ŷ. 3. & 43. juxta à Lap., qui contigit sub Decemb. anni 31. Christi, ut colligitur ex Joan. 4. ŷ. 35., *adhuc quatuor menses sunt, & messis venit*: Judæorum enim messis incipiebat à die manipulorum, altero die Sabbati Paschalis, Levit. 23.

ŷ. 18. *Ambulans autem Jhesus juxta mare Galilææ, alio nomine Tiberiadis, Joan. 6. ab adjacente Civitate dicta Tiberias, in gratiam Tiberii Cæsaris condita ab Herode Tetrarcha, teste Josepho 18. antiq. cap. 3., item stagnum Genesareth, Luc. 5. Hic jam sequitur à ŷ. 18. ad ŷ. 23. vocatio Simonis, qui vocatur Petrus, & Andreae fratris ejus, item Jacobi & Joannis filiorum Zebedæi: circa quam nota 1. hanc esse distinctam ab illa priori Joan. 1., ubi tantum fuit sequela temporanea, ipsis dein ad propria reversis, quæque contigit diu ante captivitatem Joannis Baptistæ. 2. Cum Chryf., Theophyl., Euthym., hanc esse*

esse eandem vocationem cum illa Lucæ 5. v. 11. tum quia Lucas & Marc. æquè ac Matt. dicit, eos, relictis omnibus, secutos esse Christum, quod sanè absolutè intelligendum videtur: nec verisimile est, eos semel plenè vocatos, & Christum secutos, rursùm ab eo defecisse, ut 3. apud Luc. vocari debuissent: tum quia apud nos omnia re- è explicantur: hæc est enim historiæ series: Christus è navi Petri docuit turbas, & post capturam piscium appulit ad littus, ut est apud Lucam: ibi ambulans vocavit Petrum & Andream, *mittentes rete in mare*, ad lavandum à captura piscium; mox paulò ulteriùs progressus Jacobum & Joannem socios Petri & Andream, *reficientes retia sua*, seu, quod idem est, ut habet Marcus, *componentes retia in navi*; etiam dicens, *venite post me*: quâ voce exciti, & miraculo capturæ piscium, cui interfuerant, commoti, & exemplo Petri & Andream invitati, illis se adjungentes, illico, relictò patre & omnibus, *cum mercenariis*, ut addit Marcus, secuti sunt Christum; ità Aug. lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 17. Itaque quam vocationem Lucas in unum convolvit, de omnibus dicens: *Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus, secuti sunt eum*, Matthæus & Marcus capturam piscium omit- tens, particulatim enarrat, assignans priorem Pe- tri & Andream vocationem, dein alteram Jacobi & Joannis.

v. 23. *Docens in synagogis eorum*, locis in sin- gulis civitatibus lectioni, explicationi Legis, præ- dicationique destinatis, Lucæ 4. v. 16, Actor. 15. v. 21.



CAPUT V.

Sermo Christi in Monte. Lucæ 6. à v. 12.

Versu 1. *Ascendit in montem.* Hieronym. ex precedentibus & sequentibus in Galilæa monstratur fuisse locus, quem putamus fuisse vel Thabor, vel quemlibet alium excelsum montem, dictum, montem Christi, prope Capharnaum, Tirin. in tabula Chronograph.

Sermonem hunc, Evangelicam perfectionem & varia præcepta complexum, eundem esse cum illo Lucæ 6. negat Gregor. hom. 9. in Ezechiël., Autor. oper. imperf. hom. 9., Chromat. hic, ob apparentem multarum circumstantiarum differentiam: affirmant Orig. tract. in Matt. 24., Tatian. in Harmonia, Hieron., Chryf., Theophyl., Euthym. etenim utrobique idem est sermonis finis, ac mox descensus in Capharnaum, ut notat Hieron., in qua probabiliori sententia dicimus, esse saltem moraliter unum eundem sermonem, habitum sub medium Maii, eodem mane, ætatis Christi an. 32., prædicationis 2. à Lap. in Chronotaxi num. 21. & Evangelistas conciliamus sequenti ordine: 1. *Videns Jesus turbas, ascendit in montem, eas declinandi, & simul, ut habet Lucas, orandi causâ, ibi pernoctans in oratione Dei, & postridiè ea præstandi, quæ sequuntur apud Evangelistas.* 2. *Ut est apud Lucam, cum dies factus esset, vocavit Discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominavit.)* Hanc Electionem omittit Matt. nam & cap. 10. non eorum Electionem, sed antea electorum, additis singulorum nominibus, actualem ipsam missionem ad prædicandum narrat, & instructionem. 3. *Secundùm Matt. sedens, in vertice montis do-*

cet Apostolos, reliquosque, ex quibus eos elegerat, Discipulos; *aperiens os suum*, quod additur, juxta Hilar. & Strabum, ad significandam sublimitatem futuri longioris sermonis. Adedque, cum Matthæum huic sermone interfuisse constat, quod de Matthæi vocatione cap. 9. habetur, hysterologicum est. 4. Videns turbas accedentes, descendit cum Discipulis in locum aliquem campestrum circa vel infra medium montis, ibique, post signa curationum, de quibus Lucas, *stans in loco campestri*, ad Discipulos & turbas interruptum sermonem est profecutus; ubi & fortè repetierit contractas quatuor Lucæ Beatitudines. Vel cum Aug. lib. 2. de consensu cap. 19. post dictum descensum & curationes, ubi stetit, dein ibidem sedens, ad propiùs accedentes Discipulos & circumfusam multitudinem totum eundem sermonem habuit, prolixiorum apud Matthæum, apud Lucam breviorum. Etenim hunc sermonem habitum fuisse etiam ad turbas, patet in fine ejusdem, Matt. 7. *ψ. 28.* & Lucæ 7. *ψ. 1. 5.* Sicut alibi, ita & in hoc sermone, quædam sunt ab uno scripta, ab alio omissa; neque enim Evangelistæ dant semper omnia; sicut nec omnia eo præcisè ordine, quo à Christo facta vel dicta sunt, scripserunt. 6. Aliqua, etiam hujus sermonis, aliis iusuper locis & temporibus fuere dicta, e. g. quæ sunt *ψ. 25.* & cap. 6. *ψ. 22.* & 24., ita habentur Lucæ 12. *ψ. 58.*, Lucæ 11. *ψ. 34.*, Lucæ 16. *ψ. 13.* &c. quæ & hinc manebunt explicata. Pleraque hinc dicta sentit & Aug. citat.

ψ. 3. *Beati*, spirituali felicitate & beatitudine viæ, ac spe infallibili regni cœlorum, quod, si cætera adsint requisita, singulis Beatitudinibus variis terminis promittitur, tamquàm per se certam salutis viam incedentibus, Augustin. *Pauperes spiritu*: Hilar., Chryf., Ambros., Aug., Nyssen.

Epiphan., Leo apud Maldon. *humiles intelligunt: meliùs Tertul. contra Marcion., Cyprian. lib. de 12. abusionib. Hieron. pauperes propriè & redummodò spiritu & ex virtute; quibus Lucas v. 24. opponit, vae vobis divitibus. Pauperibus spiritu August. accenset etiam divites, cor divitiis non apponentes, quales fuere Abraham, David, similesque; quæ virtus rara est, quin & mundo despecta divitiis insatiabiliter servienti.*

v. 4. *Beati mites, non reddentes malum pro malo, sed vincentes in bono malum: quoniam ipsi possidebunt terram, viventium, cælum, Orig. hom. 26. in Num., Basil. in Psal. 33., Cyril. in c. 58. Isaia, Nyssen. lib. de Beatitudinib., Hieron., Aug. & quia sæpe videmus mites de hujus terræ contemnendæ possessione deturbari.*

v. 5. *Beati qui lugent, sua peccata, Hieron., Chryf. item peccata aliena, exemplo Christi flentis super Jerusalem, Hieron. item in mundi calamitatibus patientes, de quibus Joan. 16. v. 20. Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Omnibus Lucas v. 25. opponit, vae vobis, qui ridetis nunc.*

v. 6. *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam; quasi diceret, propter justitiam, inquit Maldon. esurie & siti metaphoricâ (quos & mundus spernit studens iniquitati) Ambros. lib. 6. in Luc., Hilar. can. 4., Leo. hom. de omnibus SS., Nyssen. cit., Cæsar. Arelat. hom. 22., Hieron., Chrysof., Aug., Theophyl., Euthym. item corporali ex virtute tolerata; ut Apostoli in fame & siti, 1. Corint. 4. & quales, ut habet Rupert., sæpe sunt Viduæ & Pupilli injustè oppressi. His, præscindens à prioribus, Lucas v. 25. opponit, vae vobis qui saturati estis, corporaliter, sicut dives Epulo. Utrisque promittitur saturitas spiritualis & cælestis.*

v. 7. *Beati misericordes, misericordiâ proin*

IN CAP. V.
 de corporali...
 resat pauperes...
 abas, Hieron. Cyril.
 v. 9. de Pauperib.
 spiritibus...
 quodam, S. L.
 de: imperi., T.
 primus pacem habere
 general, quod mone
 con concilium, Mal
 Deus pacis, Rom. 15.
 v. 13. 14. 15. 16.
 il est esse...
 lar mundi, homi
 run, Aug. civit
 bus spectabilis:
 (sicut occasione Lu
 vae vobis...
 at dicit...
 fove & acri vi co
 ipim sal, sine doct
 eum et sal salu
 al occasione dicit
 sal, sal nemp, em
 in co...
 v. 17. Non veni
 quod apicem obse
 v. 18. v. 19. v. 20.
 v. 21. v. 22. v. 23.
 v. 24. v. 25. v. 26.
 v. 27. v. 28. v. 29.
 v. 30. v. 31. v. 32.
 v. 33. v. 34. v. 35.
 v. 36. v. 37. v. 38.
 v. 39. v. 40. v. 41.
 v. 42. v. 43. v. 44.
 v. 45. v. 46. v. 47.
 v. 48. v. 49. v. 50.
 v. 51. v. 52. v. 53.
 v. 54. v. 55. v. 56.
 v. 57. v. 58. v. 59.
 v. 60. v. 61. v. 62.
 v. 63. v. 64. v. 65.
 v. 66. v. 67. v. 68.
 v. 69. v. 70. v. 71.
 v. 72. v. 73. v. 74.
 v. 75. v. 76. v. 77.
 v. 78. v. 79. v. 80.
 v. 81. v. 82. v. 83.
 v. 84. v. 85. v. 86.
 v. 87. v. 88. v. 89.
 v. 90. v. 91. v. 92.
 v. 93. v. 94. v. 95.
 v. 96. v. 97. v. 98.
 v. 99. v. 100.

sive corporali, sive spiritali, quæ maximè conveniat pauperibus Apostolis, horumque Sectatoribus, Hieron., Chryf., Theophyl.

ψ. 9. *Beati Pacifici*, quoad se inter carnem & spiritum Deo subditum in bona conscientia, Aug. quoad Deum, S. Leo; meliùs cum Chryf., Autore oper. imperf., Theophyl., Euthym. inter proximos pacem habendo, & faciendo, Græcè *σηνωποιοι*, quod propriè eos significat, qui pacem conciliant, Maldon. *quia filii Dei*, qui est Deus pacis, Rom. 15. ψ. 33. *vocabuntur.*

ψ. 13. 14. 15. *Vos, Apostoli, estis*, ex officio, id est esse debetis, metaphoricum *sal terræ, lux mundi*, hominum terrestrium & mundanorum, Aug. *civitas supra montem posita*, omnibus spectabiles: *lucerna accensa, non sub modio* (aliâ occasione Lucas 8. ψ. 16. habet, non sub vase aut lecto recondita) *sed super candelabrum, ut luceat omnibus.* Quod si sal evanuerit, perditò sapore & acri vi conservativâ, *in quo salietur*, ipsum sal, sive doctor errans & perversus; non enim est sal salis; & optimi corruptio pessima; aliâ occasione dicente Marco 9. ψ. 49. *in quo illud, sal nempe, condietis?* Et Lucâ 14. ψ. 34. *in quo condietur?*

ψ. 17. *Non veni solvere, sed adimplere* 1. Legem ad apicem observando: 2. præcepta moralia Legis explicatiùs & perfectiùs docendo & facièndo, Nyssen., Theophyl., Euthym. etiam contra malas quasdam Phariseorum praxes & doctrinas, ut dicetur: 3. Legi V. quæ erat figura, substituendo Evangelicam, quæ erat figurata, perfectior, ornata novis, veteribus incognitis, Evangelicis consiliis (quorum & aliqua sequuntur à ψ. 39.) Iren. lib. 4. cap. 27. & 67., Tertul. lib. de patientia, Hilar. cap. 4., Athan. serm. contra hæreses, Aug. in qq. N. T. q. 69. sicut pi-

ctor, inquit Theophyl., rudibus lineamentis adumbratæ imagini dum colores adhibens extremam manum apponit, priorem abolet, non dissolvendo, sed absolvendo, non delendo, sed perficiendo, novamque inducit.

ψ. 18. *Amen quippe dico vobis; id est verè, in veritate*, Hieron. epist. ad Sophron. *Donc transeat cælum & terra, jota unum, aut unus apex non præteribit à lege*, id est ne minimum quidem, donec omnia fiant, scilicèt, ut dicit Lucæ 24. ψ. 44., *Quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me*; omniaque ψ. 17. dictis modis impleantur.

ψ. 19. *Qui ergo solverit, opere vel doctrinâ, unum de mandatis istis minimis*; quales erant Pharisei, intus superbi, impuri, solam justitiam externam sectantes, inter alia docentes, minima seu nullius vel parvi momenti esse peccata interna iracundiæ, concupiscentiæ, de quibus & ψ. 22. & 28. (cùm tamen Exodi 20. ψ. 17. cautum esset, *non concupisces uxorem proximi tui*) Aug. lib. 1. de serm. Domini; *Minimus vocabitur in regno cælorum*, id est nullus, illo indignus, æternum damnandus in justo Dei judicio, Chryf., Theophyl., & habetur ex cohærente ψ. 20.; *Dico ENIM vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra plus quàm Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum*: atque illud etiam est, quod ait Christus Matt. 16. ψ. 6. *Cavete à fermento*, id est doctrina, *Phariseorum*, ubi vide, uti & in cap. 23. Quid nî regnum cælorum etiam præsentis temporis Ecclesia hîc intelligatur, cum Aug. cit., & Gregor. lib. 19. moral. cap. 5.?

ψ. 22. *Ego AUTEM dico vobis, qui irascitur fratri suo, irâ deliberatâ, occisionem, vel notabilem vindictam spirante, reus erit iudicio, divino, tamquàm de capitali & lethali crimine, re-*

præsentato per 23. virorum tribunal apud Judæos judicantium de capitalibus : corrigit enim Phariseos errantes, quasi solus occisor, (quod lex non dicebat) divino reus esset judicio; ut indicat connectens vox præcedens *autem*. *Qui autem dixerit fratri suo, raca* : vox est & interjectio irascentis, Aug. lib. 1. de serm. Dom., Rupert. sicut apud Latinos *heu* est signum dolentis. Quasi dicat; si gravis illa ira in talem vocem erumpat, *reus erit Concilio*, dicto *Sanedrin*, 72. Judicum de gravioribus capitalibus judicantium, ut repræsentante gravioris criminis gravius Dei judicium. *Qui autem dixerit, fatue*; grandi convitio vel contumeliâ verbali iram istam manifestans, quale & est viro honorato dicere, *tu fatue; reus erit gehennæ ignis*; quâ voce, teste Hieron., Christus ipsum jam infernum significat; ab Hebræo *gehinnom*, vel *ennom*, id est *vallis Ennom*, viri cujusdam, qui erat Dominus istius vallis, quæ hîc infernum repræsentat; in qua pueri vivi concremandi inter brachia candentis idoli Moloch offerebantur, pulsato tympano *Toph*, ne vagitus exaudiretur; unde & Isaïæ 30. locus ille Hebræicè *Tophet* appellatur; Tirin.

ŷ. 23. & 24. *Si ERGO offers munus tuum ad altare, &c.* Præcepti affirmativi, etiam naturalis hîc est reconciliatio cum proximo, intellige cum Aug., Hieron., Chryf. à nobis graviter læso; habeturque ex voce *ergo* connectente cum ŷ. 22.; consilii autem tantum est reconciliatio cum nos offendente, sufficitque remissio iræ & vindictæ, Aug.

ŷ. 25. & 26. *Esto consentiens adversario tuo citò, &c.* Idem explicat hâc parabolâ ad hominem: acsi dicat; sicut satiùs est, damno alicui illato, illicò cum illo convenire & reconciliari, quàm expectare sententiam Judicis; ità meliùs est cum

56 IN CAP. V. MATTHÆI.

fratre offenso prius in gratiam redire, quàm incidere in supremi iudicis sententiam damnationis, Hilar. can. 4., Ambr. lib. 7. in Luc., Hieron.

ŷ. 29. & 30. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, &c.* non imperat membrorum mutilationem; sed sub metaphora, quævis, etiam charissima, si opus est ob animæ salutem, esse abijcienda, Hilar. can. 4., Athanas. q. 70., Cyrill. lib. 12. in Joan., Hieron. in cap. 18., Theophyl. Nec obstat primò, quòd liceat membrum abscindere contagiosum, ne totum corpus inficiatur; civem occidere noxium Reip.; quia pars per se ordinatur ad bonum totius; quarè & ipsa se exponere quandoque debet morti pro toto: membri autem abscissio vel occisio sui non ordinatur per se ad evasionem peccati & salutem, nec ad hanc est necessaria; quia alia sunt media; unde & est illicita. Nec obstant 2. quædam SS. exempla; quia illa excusanda ob bonam fidem ex ignorantia, vel ex peculiari Dei instinctu facta, miranda potius, non imitanda.

ŷ. 31. & 32. *Dictum est autem, Deut. 24. Qui-cumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii, de quo vide Matt. cap. 19. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam mœchari, dat ei occasionem mœchandi.* Leges matrimonii ad primævam perfectionem revocat, abrogato pro N. L. veteri repudio. Hanc autem solam causam hîc & Matt. 19. exprimit, nempe tamquàm directè repugnantem fidei matrimonii, ex qua justa fiat dimissio, etiam perpetua: aliæ autem causæ, ut hæresis, veneficium, sævitia, tantùm per accidens opponuntur societati conjugali, nec eam dividunt speciali titulo, sed communi cuivis societati, tantùmque causant divortium temporale, usque dum corrigatur pars nocens. Videri potest Sanchez lib. 10. de divort. disp. 2. & 3.

Et qui dimissam duxerit, mœchatur, dimissam nempe quacumque ex causa, etiam fornicationis: ex neutra enim parte solvi vinculum matrimonii, de fide est, contra Lutheranos & Calvinistas: quia Scriptura generaliter loquitur, Marci 10. ψ . 11., Lucæ 16. ψ . 18., ad Rom. 7. ψ . 3., 1. ad Corint. 7. ψ . 10. & 11.; & quod sufficit, ita definit Ecclesia, legitima Scripturæ Interpres, Trid. sess. 24. can. 7.: adde can. 47. Apostolorum, Evarist. epist. 2., Clem. Alexandrin. lib. 2. Stromat., generaliter docentes. Adstipulantur Concil. Milevit. can. 17., Forojulienſe can. 10., Nannetense can. 10., Orig., Chryſ., Hieron., Beda hic; item Innoc. 1. epist. ad Exuperium cap. 4., Aug. de adulterin. conjug., Isidor. lib. 2. de officiis. Itaque Concil. Eliberitan. & 1. Aurelianense c. 10. faventia secundis nuptiis partis innocentis ob viri adulterium, vel apocrypha sunt, vel mutilè & imperfectè citantur à Gratiano, inquit à Lap. in Cap. 19. Matt., vel ab his, uti & à Tertull. lib. 4. contra Marcion. est recedendum.

ψ . 33. usque ad 38. *Iterum audistis, quia dictum est antiquis: non perjurabis*, Levit. 19. ψ . 12.: *Reddes autem Domino juramenta tua*, Num. 30. ψ . 3. *Ego autem dico vobis non jurare omnino*, etiam per creaturas, ob additas hic rationes, idque non tantum si fiat *sine veritate*; sed vel *sine justitia*, ut qui malum jurat vel injustum, vel *sine judicio*, id est sine notabili utilitate aut necessitate, & conveniente reverentia. Tacitè enim redarguit Phariseos putantes, juramentum per creaturas, per templum, per altare, ut est cap. 23. à ψ . 16. nihil esse, aut non obligatorium; sicque inducentes falsa aut mala juramenta in populum; qui &, teste Hieron. & Chryſ., multum per creaturas jurare assueverat, unde nascuntur similia juramenta. Et hoc sensu sequitur ψ . 37.

58 IN CAP. V. MATTHÆI.

Sit autem sermo vester, est, est; non, non: quod autem his amplius est, additione scilicet talis iuramenti, vel assuetudine jurandi, à malo est, sive malum, aut à mala radice, vel diabolo. Dicunt Clem. Alexandrin., Chryf., Basil., Ambros., Aug., Hieron. apud Maldon., vetari hinc consuetudinem jurandi, ne trahat in perjurium. Item, ut habet Aug. de mendacio cap. 15., ut quantum in te est, non affectes, non ames, nec quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas iusjurandum: quia, etiam debitis circumstantiis vestitum, ipsumque in se non malum, lib. 1. de serm. Domini docet tamen esse à malo, id est à supposito peccato originali, & vitio naturæ fallacis, incredulæ, diffidentis, in cuius remedium adhibetur iuramentum, proinde non perse appetibile; sicut pœnitentia est medicina peccati, pharmacum morbi.

Errant igitur Wicleffistæ & Anabaptistæ hinc inferentes, illicitum esse Christianis jurare per Deum, sanctos, vel creaturas: quia, si fiat *in veritate, & in iudicio, & in iustitia*, Jerem. 4., contrarium monstrat perpetuus Ecclesiæ usus, & exempla SS. Juravit enim Paulus Rom. 1. v. 9., 2. Corinth. 1. v. 23., Philip. 1. v. 8., 1. Thessal. 2. v. 5. & 10., Angelus Apoc. 10. v. 6., item Joseph per salutem Pharaonis, Genes. 41., Paulus 1. ad Corinth. 15. v. 31. per gloriam Corinthiorum, ut ostendit Aug. epist. 157. aliàs 89. cap. 5. quare & monet correctio Romana, ne rō permutetur in *propter*. Qui jurat per creaturas, per templum, per cœlum, jurat etiam per creatorem, per Deum, ut dicit ipse Christus, Matt. 23. v. 21. & 22., & innuit hic: nec creaturis idolatricè affingit numen: & consequenter Christiani jurantes per sanctos, jurant & per illorum sanctificatorem. Patres quidam duriùs, vel cum exaggeratione loquentes, explicandi sunt ut suprà, vel deserendi.

IN CAP. V. MATTHÆI. 59

ŷ. 38. *Audistis quia dictum est : oculus pro oculo, dentem pro dente, Exodi 21. ŷ. 24. Lex talionis iuxta iudicibus regula, & ut rectè Chryf. & Aug. notant, ad terrendos subditos à simili malo inferendo. Jus autem prosequi, etiam nunc, non tamen vindictam, privatis licet; à qua ut longiùs absint;*

ŷ. 39. *Sequuntur consilia Evangelica usque ad ŷ. 43.*

ŷ. 43. &c. *Audistis quia dictum est; diliges proximum tuum, sive, quod idem hìc est, amicum, Levit. 19. ŷ. 18., & patet ex ŷ. 46. Et odio habebis inimicum tuum : hoc lex non dicit, sed malus Phariseorum intellectus, quasi liceat privatum odium inimicorum (cùm lex ibi tantùm exprimat diligendum amicum) quod utique constat esse illicitum; ità Hieron., Aug., Theophyl. apud à Lap. Ego autem dico vobis : diligite inimicos vestros, præstando communia beneficia, orationes, salutationes, quod est præcepti, etiam naturalis; quin &, quod perfectius est, & consilii, peculiaria exhibendo officia dilectionis, munerum, invitationum, &c. ut sitis perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est : rò sicut, non æqualitatem, sed qualitatem imitationis, similitudinemque significat. Verus amor proximi non stat cum odio inimicitiae, stat cum odio abominationis, quo vel nos ipsos, nostra peccata, sanctè odio habemus; de quo Theologi.*

CAPUT VI.

Continuatio ejusdem Sermonis.

Vers. 1. *Attendite ne JUSTITIAM vestram faciatis.* Ità etiam legunt Syrus, Orig. hom. 2. in Exod., Hilar., Hieron., Aug. lib. 2. de ferm.

60 IN CAP. VI. MATTHÆI.

Dom., Greg. lib. 8. in Job. scilicet, ut mox tres Justitiæ illius generalis partes, Eleëmofynam, Jejunium, & Orationem, in quibus, teste Chryf., vana gloria maximè habitare solet, aptè exequatur. Non igitur cum græcis lege eleëmofynam.

ŷ. 2. *Cùm ergò facis Eleëmofynam, noli tubâ canere ante te, sicut Hypocrytæ faciunt.* Alludit ad morem Pharisæorum, qui tubam inflari curabant prætextu pauperum convocandorum ad eleëmofynam, sed reipsâ ut plures beneficentiæ suæ haberent laudatores: vel cum Maldon. generaliter ad morem convocandi tubâ populum, dum quid publicè fit.

ŷ. 3. *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua:* id est, hyperbole parabolicâ, à recto opere eleëmofynæ omnino absit sinistra intentio & captatio vanitatis, Chryf., Theophyl.

ŷ. 6. *Tu autem cùm oraveris, intra in cubiculum tuum,* non physicè præcisè, sed moraliter: parabolico enim loquendi modo, intentionem corrigens, damnat ostentationem publicè orantium Pharisæorum, Chryf. hom. 8. in epist. 1. ad Timoth., Theophyl. Non verò improbat orationes ipsas publicas, utpote usu antiquitatis firmatas, 3. Reg. 8., A&. 1. ŷ. 24., 3. ŷ. 1., 4. ŷ. 24., 6. ŷ. 6. & cultum Dei continentem. Quin, ipsi Calvinistæ publicè cantant Psalmos.

ŷ. 7. *Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici,* hinc redarguti, quia fiduciam in inani garrulitate aut elegantia verborum statuebant; putabantque, quòd plura clarioreque voce loquerentur, faciliùs se exaudiri; ut colligitur ex 3. Reg. 18. ŷ. 27. Græcè est βαττολογεῖν, id est multum futiliter loqui. Non igitur orationes longas & repetitas arguit Christus, qui ipse Lucæ 6. erat *pernoctans in oratione Dei*; Lucæ 18. perpetuas orationes commendavit; Matt. 26. tertio eam-

IN CAP. VI. MATTHÆI. 61

dem orationem repetiit. An ipsi rursus hæretici non multum loquuntur in cantu Psalmorum?

¶ 9. *Sic ergo vos orabitis.* Dat suis omnibus compendium omnium rectè petendorum, Cyprian. lib. de orat. quo primò bona nobis aliisque *universim* petimus, dein mala deprecamur. Idem alià occasione, teste Ruperto, est Lucæ 11. namque hìc sponte docet Discipulos & turbas; ibi rogat *unus ex Discipulis*, qui huic sermoni fortè non interfuit, *Domine, doce nos orare, sicut docuit & Joannes Discipulos suos*: ubi & Lucas omittit quidem, sed non negat dicta, *noster qui es in Cœlis*; item, *fiat voluntas tua, sicut in Cœlo, & in terra*; item, *sed libera nos à malo. Amen.*

Pater noster: vox blanda & fiducialis, *filiorum* adoptivorum ad omnium *Patrem*, Chryf., Aug. lib. 2. de ferm. Domini. *Pater noster*, non hìc personaliter, sed meliùs essentialiter, Deus qui es trinus & unus, qui nostrùm omnium Fratrum *Pater*, seu principium & causa es creatione ad imaginem tuam, & elevatione ad eundem finem, & recreatione per Christum, præsertim fidelium. *Sanctificetur nomen tuum*: non quasi non Sanctum sit nomen Dei, seu Deus; sed ut sanctum habeatur, ab omnibus cognoscatur, colatur, glorificetur, Aug. cit., Hieron., Chryf.

¶ 10. *Adveniat regnum tuum*, nobis in Cœlo, Tertul., Cypri., Aug., Chryf., Aut. oper. imperf. apud Maldon. intellige, etiam quoad corpora resurrectione. Item cum Theoph. & Ruperto, *Regnum tuum*, tibi, quo planè devictis omnibus hostibus, à die Judicii, æternâ pace regnes in Cœlo: neque enim sine causa restringendæ sunt sententiæ Scripturæ. Et proin similiter generaliter, *Fiat voluntas tua*, tam à nobis, quàm in nobis, tam obediendo & agendo, Hier., Aug., Chryf., Theoph., Euthym. quàm patiendo, Tertull. *sicut in Cœlo*,

perfectissimè, nil mali patiendo, pro ratione felicis statûs; ità & *in terra*, pro ratione miseri statûs peregrinationis. Ambros. lib. 5. de Sacrament. cap. 4., Nyssen. lib. de orat. Domin., Hieron., Euthym. illud, *adveniat regnum tuum*, intelligunt de regno Dei, per verbum Dei, gratiam & virtutes, quibus Deus regnare dicitur in cordibus hominum. Non repugnat eandem vocem sumi litteraliter propriè & metaphoricè.

ÿ. 11. *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie*: Hebræâ synecdoche sub nomine panis, petimus quidquid ad necessarium convenientemque quotidianum hodiernum infirmi corporis victum pertinet, Aug., Basil., Chryf., Aut. oper. imperf., Nyssen., Theodoret. apud Maldon. scilicèt tamquàm à Deo adveniens, vel, prout notat Aug., quoad divites, conservatum; ut sic Deo expeditiùs serviamus, &, (de quo in sequentibus) inordinatum ad divitias affectum, unde multa peccata proficiscuntur, sollicitudinemque in futurum deponamus. Itaque non videtur litterale, quod piè sentiunt Hieron. aliique antiqui PP. apud eundem, agi hìc de Sacra Eucharistia: quod tamen, si ità est, to *panem nostrum*, habebit sensum litteralem, similiter simplicem, & translatum.

Supersubstantialem: ità ex Græco ἐπιούσιον, vertit Hieron, quod derivatum ab ἐπι, id est *super*, ad, & ὄσια, *substantia*, panem super vel ad substantiam pertinentem, eique quotidie supervenientem significat: unde & Ambros. lib. 5. de Sacrament. caput 4. vertit, *panem advenientem*, Syrus, *panem indigentia nostræ*, qui scilicèt quotidie substantiæ nostræ sustentandæ necessarius est & conveniens; ità Basil. q. 152., Cyril. Catech. 5., Chryf., Euthym., Theophyl., sicque idem est quod quotidianum, prout potiùs est legen-

In Cap. VI
 amram qui in
 carità hic veniens
 ra. eum bene con
 chrid. c. 17. agunt
 ali. ipse Ecclesi
 ter amicum. ve
 docet. Man. Mal
 1. Et dicitur m
 Concil. Milve
 cap. 16. Anathema d
 nico à pulis protem
 cte hoc pro le ducan
 tem Pelagian. erro
 peccator. merit. c.
 nentati c. 10. Sa
 nois, à quibus
 pietate dicitur
 forum ignit, q
 can. dicitur: p
 omni petimus, q
 conuocem. sine qu
 duntur, ut e
 dicit gratiam p
 figur. y. 14. non
 ficit ad remission
 de civit. cap. 22
 1. Et ne nos
 et. spernitus no
 re, hoc. epist. 121
 nos tunc, ob no
 Cyprian. orat. D
 lev. c. 1. Chryf
 pellem, mem, b
 tiones, apostol
 auferretur se tem
 venientibus untra
 bus patienti, &

dum; tum quia vox *ἰπὶσσοίον* ita est apud Luc., tum quia ita hinc vertit vetus interpres, ut patet ex Hieron. eum nolente corrigere; & cum Aug. Enchirid. c. 115. legunt PP. Cypr., Ambr. Cit., & alii, ipsaque Ecclesia in Officio & Missa ex veteri ante Hieron. versione legit, fidelesque orare docet ex Matt., Maldon., à Lap.

ψ. 12. *Et dimitte nobis debita nostra*, culpæ & pœnæ. Concil. Milevit. 2. can. 1., & African. cap. 76. Anathema dicit iis, qui ita volunt hæc verba à justis proferri, ut humiliter, non veraciter hoc pro se dicant, sed pro aliis tantum. Eundem Pelagian. errorem confutat Aug. lib. 2. de peccator. merit. c. 10., & lib. 2. contra epist. Parmeniani c. 10. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, à quibus læsi sumus, irâ, & vindictæ cupiditate sepositâ. *Tà sicut*, non regulam vel mensuram significat, quam Deus in dimittendis peccatis sequatur; plura namque debemus, & à Deo dimitti petimus, quàm alii debeant nobis; sed conditionem, sine qua absolutè peccata nostra non dimittuntur, ut est ψ. 15. &, quâ positâ, Deus dabit gratiam pœnitentiæ & remissionis, ut intelligitur ψ. 14.: non enim sola remissio injuriarum sufficit ad remissionem peccatorum, ut rectè Aug. 21. de civit. cap. 22. & 27.

ψ. 13. *Et ne nos inducas in tentationem*; id est, ne permittas nos consentiendo vinci tentatione, Aug. epist. 121., Theophyl. item, ne finas nos tentari, ob nostram infirmitatem, Tertul., Cyprian. de orat. Dom., Aug. lib. de dono persever. c. 6., Chryf. sic Ecclesia rectè deprecatur pestem, famem, bellum, tempestates, tribulationes, & Apostolus 2. ad Corint. 12. ψ. 8., ut auferretur à se tentatio: cum quo, adhibitis convenientibus contrariis mediis, simul stat in similibus patientia, & cum Apostolo gloriari in in-

firmitatibus, & Jacobi 1. in Domino gaudere, ob exercitium virtutis ac meritum. Sicut fortis miles in prælio, &c.

Sed libera nos à malo, generaliter, corporis & animæ, interno & externo, diabolo, gehenna, &c., Cyprian. cit. sicque hæc septima petitio universalior à præcedenti distinguitur. *Amen* : hoc, ait Hieron., signaculum est Dominicæ orationis, approbantis & optantis, ut ita fiat. Verba hæc; *quoniam tuum est regnum, & potestas, & gloria in sæcula*, non sunt de textu; nec enim legunt Vulgata, Græcus Vaticanus, & Roberti Stephani, Tertull., Cyprian., Hieron., Aug., Ambros. aliique veteres. Quamvis legant Chryf., Euthym., Theophylact., item Græci codices, in quos irreperunt, & hos secutus, qui nunc est Hebræus, & Syrus. Et quia, inquit Arias Montanus, Græci etiam hodie dicunt, Sacerdoti tantum licere hæc verba proferre, ita respondere solito in Missa, quando Chorus dixit, *sed libera nos à malo* : sic & Psalmis addunt, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. & Angelicæ salutationi, quia tu peperisti Servatorem nostrum*, inquit Maldonat.

ψ. 16. & 17. *Exterminant enim facies suas*, obscurant, affectando & induendo tristem vultus severitatem & sanctitatem, Hieron. *Tu autem cum jejunas, unge caput tuum*; fuge ostentationem, hilarem potius te præbe; sicut qui unguunt caput, Hieron., Chryf., Theophyl., Euthym., Rupert.

ψ. 22. & 23. *Lucerna corporis tui est oculus tuus*; est instar lucernæ, quâ reliqua membra & facultates corporis illustrata disponantur ad bene suo munere fungendum. Per oculum parabolicè intelligit Hieron. & Chryf. intellectum practicum seu conscientiam, quæ voluntatem dirigit in operationibus : meliùs Aug., Greg., Beda intentionem mentis : quia hucusque Christus egit de vana gloria

IN CAP. VI. MATTHÆI. 65

gloria fugienda, & de recta intentione in Eleemofyna, oratione, & jejunio, omnique opere bono, seu *justitia* generaliter, de qua *ψ. i.*, & de thesauro cordis : ut sensus sit : *si oculus tuus*, intentionis, cordis, amoris, fuerit simplex, & rectus, *totum corpus tuum lucidum erit*, id est anima ejusque potentia ex eo quasi illuminata & disposita ad rectè operandum, ipsaque operationes : tenebrosæ verò & malæ, si ille oculus fuerit nequam, malarum cupiditatum humoribus vitiatus, sicque offuscans intellectum, inde facilè dictantem bonum malum, & malum bonum. *Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt*, id est oculus intentionis sit tenebrosus, nequam, perversus, *ipsa tenebræ*, animæ, ejusque potentiarum & operationum inde secuturarum, *quantæ erunt?*

ψ. 24. Nemo potest duobus Dominis servire. Quod mox explicat, *Deo & Mammonæ*, Chryf., Aug. lib. 2. de serm. Dom. *Mammona*, Syriacè divitiæ sunt, teste Hieron. rationem addit; quia, cum sint Domini contrarii, Deus & mundi divitiæ, vel illum diliget, & hunc odio habebit; aut inordinato amore adhærens divitiis, has tamquam duri pungentisque imperii Dominum sustinebit & patietur, & Deum contemnet; Chryf., Theophyl., Aug. cit.

ψ. 25. Ne solliciti sitis animæ vestræ, id est vitæ vestræ conservandæ, *quid manducetis*: sic more Hebræo anima pro vita ponitur Joan. 10. *ψ. 11.*, Cap. 13. *ψ. 37.*, Cap. 15. *ψ. 13.* Non hic moderatam rerum curam vetat Christus, qui ipse Judam præfecit Loculis & curæ familiæ suæ apostolicæ; & sapientia Dei mittit nos ad formicam, quæ æstate congregat, unde vivat hyeme; & laudatur factum Josephi condientis frumentum in horrea pro secuturis 7. annis famis;

& Apostoli, Act. II. v. 29., annonam parandam curaverunt ad futuram famem: sed malam sollicitudinem prohibet, & quæ obsit fiducia in Deum; ad quam fiduciam hortatur septem argumentis. *Nonne anima plus est quam esca?* &c. quasi dicat, nonne Deus, qui dedit animam & corpus, dabit minus & accessorium, victum & vestitum? Hieron., Aug. cit., Chryf. Si volucres & lilia omnino non laborantia Deus nutrit, & naturâ superante artem etiam cooperimenti Salomonis, sic vestit, quantò magis vos, missa nimia sollicitudine? Lucas 12. v. 24. Specificè corvos inducit, quibus nec est cellarium nec horreum.

v. 27. *Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?* Si id quoad partem adjiciendam non potes (quæ utique vana esset sui excruciatio) ergò corpus, in quod *totum* minùs potes, Deo committe, Autor oper. imperfect. ; & hoc sensu Maldon. intelligit id, quod Lucas addit 12. v. 26., *si ERGO neque quod minimum est potestis*, sive istud minus, imò, ut Matthæus cap. 5. v. 26. dixerat, ne unum quidem capillum album facere aut nigrum, *quid de cæteris solliciti estis*, de majoribus, toto corpore & anima? idque indicat præcedens dicta vox illativa ergò.

v. 33. *Quærite ergò primùm*, id est, præ his omnibus, Chryf., Euthym., (neque enim, ut diximus, horum moderata cura prohibetur) *Regnum Dei*, cælum, Aut. oper. imperf., Beda, Euthym., & *justitiam ejus*, nempe Dei; quia in Græco est *ἀρετή*, quod ad βασιλείας referri nequit. *Et hæc omnia adjicientur vobis*, instar auctarii supra mercedem supernaturalem, Aug. Adjicientur, quasi de jure, & cursu ordinario, quin & quandoque specialiori Dei providentia: quamvis nihilominùs fieri potest, ut justus quis fame

IN CAP. VI.
 Genes. e. g. in
 Deus semper
 v. 34. Non ergo
 crastinum est in
 Genes. v. 31. H
 dies sabbati
 solentem, Chryf.
 est melius cura
 de Job Genes. 47. P
 natum meo 130. ann

CAP.
 Continuat

V. Erf. 1. Nihil
 ut in judic
 Chryf. Aug. B
 Lucas v. 37. legi
 que, nisi cadema
 tentam, se judic
 neque venitur
 Chryf. Joan. 7. Nihil
 sed ipsum judicium
 v. 2. In quo enim
 palamini, ad per
 firmamen prover
 videtur) in qua
 manifestat, aut
 lum, quoniam, et
 betur item Luca
 v. 3-4. Argu
 hores, viates al
 sunt; qui terra a
 nis & charnis, et
 tucant, & vultu
 non vident la

IN CAP. VI. MATTHÆI. 67

pereat, e. g. in communi caritate : neque enim Deus semper præstat miracula.

ŷ. 34. *Nolite ergò, inordinatè, solliciti esse in crastinum*, id est in futurum, phrasi Hebræâ, Genes. 30. ŷ. 33., Hilar., Hieron.; *crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi*, suam adferet curam & sollicitudinem, Chryf. *sufficit diei malitia sua*, id est molestia, cura, afflictio, Hieron., Aug., Chryf.; sic Jacob Genes. 47. Pharaoni ait : *Dies peregrinationis meæ 130. annorum sunt parvi & mali.*

CAPUT VII.

Continuatio ejusdem sermonis, Lucæ 6.

Vers. 1. *Nolite judicare, temerè & injustè, ut non judicemini*, severè in hoc à Deo; Chryf., Aug., Beda, Euthym. Eodem sensu Lucas ŷ. 37. legit, *& non judicabimini* : additque, *nolite condemnare*, quasi pronunciando sententiam, sic judicare aliquem pœnâ dignum. Non itaque vetantur judicia fundata & justa, dicente Christo Joan. 7., *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.*

ŷ. 2. *In quo enim, judicio malè, judicaveritis, judicabimini*, ad pœnam. *Et* (sequitur in confirmationem proverbialis locutio, adedque universalior) *in qua mensura mensi fueritis, aliis, mala scilicèt, aut bona, remetietur vobis, malum, aut bonum, & quidem supereffluens, uti habetur in textu Lucæ ŷ. 38.*

ŷ. 3. 4. 5. Arguuntur hypocritæ, id est simulatores, volentes alii melioresque videri, quam sunt; qui leviora aliorum peccata sub specie virtutis & charitatis, sed reverâ malitiosè judicantes accusant, & volunt corrigere; & abscondunt, aut non vident sua delicta graviora, quæ jubentur

tur prius emendare, ut sic valeant in virtute & dilectione eicere festucam ex oculo fratris sui.

ŷ. 6. Per *Sanctum & Margaritas* rectè Aug. & Clem. Alexandrin. 2. Stromat. c. 1. intelligunt sancta & pretiosa Evangelicæ veritatis documenta & mysteria, non danda canibus & porcis, id est oblatratoribus, & ea conculcaturis; ipsosque, perditâ operâ, Evangelii ministros conviciis lacerando, verbis factisque persequendo dirupturis.

ŷ. 7. & c. *Petite & dabitur vobis*; si bona benè petatis. *Petite, querite, pulsate*, quæ tria, teste Aug. 1. retract. c. 19., idem significant, instantiam & perseverantiam docent in oratione, quam Christus hîc commendat; Chryf. Si autem bonum, quod petimus, non datur quandoque, æquivalens aut melius concedetur; dicente Aug. ad Paulin. epist. 43., *Negat Dominus saepe quod volumus, ut tribuat, quod malleamus*. Sic 2. Corint. 12. Paulo ter Dominum roganti non est ablatu stimulus carnis, sed data gratia, quâ virtus in infirmitate perficitur.

ŷ. 12. *Omnia ergo, & c.* Chryf., Theophyl., Euthym. circa proximum dictorum quasi epilogum esse existimant.

ŷ. 13. & 14. *Intrate per angustam portam, & arctam ad cœlum viam fidei & mandatorum*, Chryf., Euthym., quæ vitia & cupiditates arctant & constringunt; unde arcta est via, & difficilis naturæ corruptæ, & pauci eam inveniunt & sectantur; pluribus idololatriæ, infidelitatis, cupiditatum viam sequentibus toto orbe, ac laxantibus. Certè idololatræ, infideles, hæretici, schismatici, hîc signantur inter eos, qui non inveniunt eam, dictam nempe viam salutis. At, quomodò ergò jugum Dei suave? R. Gratiâ & unctiōe Spiritûs S. lætâ benefactorum conscientiâ, & cum Chryf. brevitate honesti laboris, ac spe æterno-

rum bonorum : quia, teste Paulo, *non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam.* Imò, quid non duri devorat amor divitiarum, & gloriæ mundanæ? Et, *qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet : & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam.* 1. Corint. 9. v. 25.

v. 15., 16., 17. *Attendite à falsis Prophetis, id est Doctoribus, Hæreticis, Hieron. ; quia Prophetarum est etiam populum docere : sub his hinc sunt & Jansenistæ : qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, sub larva pietatis, veritatis, charitatis : à fructibus eorum, suo tempore erumpentibus, mendacii, calumniæ, schismatis, pertinacis & superbæ inobedienciæ universalibus Pontificum, totiusque Ecclesiæ definitionibus in causa fidei & morum, cognoscetis eos, intrinsecus esse lupos rapaces, malas arbores, fundatos, non supra Petram, sed super arenam : de quibus & Christus agit in sequentibus.*

v. 18. *Non potest... arbor mala bonos fructus facere : id est, sicut arbor mala physica, quæ est causa naturalis & necessaria, physicè nequit absolutè umquàm bonos fructus facere, e. g. spinæ uvas, ut est v. 16.; sic arbor metaphorica mala, seu præsertim doctor malus, qui est causa moralis & libera, ordinariè agens ex malo Thesauro cordis : ex abundantia enim cordis os loquitur, ut est Lucæ v. 45., & intelligunt Aug., Chryl., Theophyl., non potest ordinariè bonos fructus facere, sed malos, ex quibus suo tempore dignoscatur. Et ità contrà intelligitur de arbore bona. Est contra hæreticos apud Maldonat., ubi & ità redarguit Calvinistas : si justis operibus non efficimur justis, sed declaramur ; quia arbor bona, non fit ex fructu bono bona, sed bona esse cognoscitur : ergò injustis operibus non*

efficimur iniusti; quia arbor mala non fit ex fructu malo mala, sed mala esse cognoscitur: ergo Adam, qui bona arbor à Deo factus erat, peccare non potuit; quia non potuit arbor bona malos fructus facere; &, si peccavit, non fuit tamen injustè agendo factus iniustus; quia arbor ex malo fructu mala esse cognosci potest, mala fieri non potest. Discant igitur distinguere inter causas naturales & morales. Imò, an homo, habens in se à Deo principia scientiarum, exercitio fit doctus & doctior; & sub principio gratiæ ac fidei, non fiat exercitio seu operibus justitiæ justus & justior?

ŷ. 21. *Sed qui facit voluntatem Patris mei.* Non dicit *meam*, quæ una est cum voluntate Patris: quia id gratius auditoribus, & invidiæ odiique ab adversariis declinandi causâ, Chryf., Theophyl.

ŷ. 22. *Multi dicent MIHI* (insinuat, se esse illum reprobatores & iudicem malorum) *in illa die*, iudicii, Chryf., Hieron. antonomasticè dicta *ILLA*, nempe terribilis, extrema; uti & est cap. 24. ŷ. 36., Marci 13. ŷ. 32., Lucæ 21. ŷ. 34., 1. ad Thessal. 5. ŷ. 4., 2. ad Timoth. 1. ŷ. 12., & ŷ. 18., & c. 4. ŷ. 8. *Domine, Domine*, sic eum tunc vel invitæringentesque agnoscentes, & tamquàm iniusto exprobrantes: quid nos rejicis? etenim, *nonne in nomine tuo prophetavimus*, futura vel occulta pandendo, populumve docendo, &.... *dæmonia ejecimus*, &.... *virtutes multas fecimus*, id est miracula? Sic Ariolus, vel teste Chryf., infidelis Balaam, Num. 24., malus Saul, 1. Reg. 19., iniquus Caiphas Joan. 11., prophetaverunt: Judas fur, Joan. 12. dæmonia expulit Lucæ 10., & potestatem faciendi miracula cum aliis Apostolis communem accepit Matt. 10. ita Chryf., Hieron. Hinc patet, miracula non semper esse certa signa sanctitatis ea patrantis:

quæ tamen fieri non possunt ad probandam fidem falsam; quia sunt quasi figilla divina veritatis, & in honorem Dei de se tendentia.

¶. 23. *Numquàm novi vos*, operarios iniquitatis, etsi miraculorum patratores, tamquàm meos, per approbationem & affectum; etsi noverit simpliciter, qui omnia certò cognoscit; Aug. serm. 23. de verbis Domini, Greg. hom. 12. in Evangelia.

¶. 24. *Omnis ergo qui AUDIT verba mea hæc, & FACIT ea, &c.* Epilogus est totius sermonis, docens, etiam fidem sine operibus non sufficere ad salutem, & esse sicut domum super arenam stultè ædificatam, Chryf., & insurgente tempestate divini judicii magnâ ruinâ collapsuram. Quamquàm & pro hac vita Hieronymo sint *pluvia* diabolus, *flumina* anti-Christi, *venti* spirituales nequitia in cœlestibus, à quibus ædificata domus impetatur, *Petra* Christus, & Petrus per & post Christum; Chrysofomo omnia sustinenda à mundo, carne, & dæmone.

¶. 29. *Erat enim docens, sicut potestatem habens*, propria autoritate, *Ego autem dico vobis, &c.* & non sicut *Scribæ eorum & Pharisei*, ex alterius præscripto, nempe legis & Prophetarum: accedebat verbis Christi efficacia interiùs animos permovens, & externa miracula, quibus illa confirmabat.

QUÆRITUR ratione ¶. 13. & 14., aliorumque Scripturæ locorum de numero reprobatorum & salvandorum.

Affertio I. si comparatio fiat inter omnes homines, qui à principio mundi usque ad finem fuerint, multò plures sunt damnandi, quàm salvandi.

Prob. I. Quia idololatræ, infideles, quibus adde Judæos, Hæreticos, Schismaticos, Apostatas, semper faciunt immensè majorem numerum, nu-

mero ipso fidelium ; ut patebit universa tempora, & orbis partes percurrenti. Istorum pereuntium numerum auget non paucorum fidelium mala mors.

Prob. 2. ex ψ . 13. & 14. ut supra ad litteram explicato : & similiter ex sequentibus (de quibus & vide suis locis) nempe Matt. 22., ubi ψ . 14. *multi*, id est omnes homines, *sunt vocati* ad nuptias filii Regis, qui vult omnes homines salvos fieri, salvator mundi, dans media, non jubens impossibilia, ut est certa sententia contra Jansenium, contra quem, & cap. 11. ψ . 28., cap. 26. ψ . 28., cap. 23. ψ . 37., Joan. cap. 1. ψ . 9., *pauci vero electi*, id est eas nuptias, seu veram Christi Ecclesiam ingressi ; è quibus etiam unus carens veste nuptiali mittitur in tenebras exteriores. Similis de omnium hominum vocatione parabola est Lucæ cap. 14. Tum Lucæ 12. ψ . 32. *Nolite timere pusillus grex*, fidelium, cum Euthymio, pusillus scilicet respectu infidelium &c. & à fortiori, si cum Theophylacto, *grex* discipulorum intelligatur. 4. Esdræ 8. ψ . 1. & 3., *Hoc seculum fecit altissimus propter multos*, haud dubiè etiam ethnicos, &c. *futurum autem propter paucos. Multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur.* Hic liber, etsi non canonicus, pollet tamen autoritate. Denique solus Loth cum duabus filiabus evadit incendium Sodomæ, Noë in arca cum 7. animabus diluvium terræ : utrumque, paucioribus salvis, orbis totius impiorum æternum interitum aptè repræsentat.

Affertio 2. Si comparatio fiat inter omnes omnium temporum Christianos, computando omnes Hæreticos, Schismaticos, Apostatas, qui nempe ratione baptismatis sunt sub jurisdictione & castigante virga Matris Ecclesiæ tamquam rebelles filii, positi extra communionem bonorum

IN CAP.
quidem Matris
predestinati
Prob. Quod
numerus
mandos.
Affertio 3.
fidei
quod perire
Prob. 1. Quia
tu et fides
ciores sunt,
quibus facilius
non preparatus
morbi peccatorum
pore, nihil
peccato mori
les, deo in
medium con
nem. Adde in
corde devoto
lus Deo, pi
tum manet,
vesari, tim
ne in peccato
tum etiam est
peccata redun
que magnis,
quod nihil temp
le vita, fuit
um i. Petri
inquit pecc
san tribuitur
sermone D
to nulli m
miseratione
Prob. 1.
lorum, Lva

ejusdem Matris, plures etiam sunt reprobi, quàm prædestinati.

Prob. Quia horum maximus vel superans est numerus : quibus adde fideles Christianos damnandos.

Affertio 3. ex omnibus adultis in vera Christi fide morientibus verosimiliùs plures salvantur, quàm pereunt. Suarez lib. 6. de prædestin. cap. 3.

Prob. 1. Quia communior horum sæcularium vita est sæpius cadere & surgere ; tandemque pauciores sunt, qui in fine vitæ per Sacramenta, quibus faciliùs justificantur, de peccatis dolentes non præparentur ad mortem ; jam justificati, illo morbi peccatum castigantis ac mortificantis tempore, instante æternitate, perseverantes sine novo peccato mortali. Plures, etsi in juventute fragiles, dein intra honesti matrimonii, quod est remedium concupiscentiæ, limites passim se continent. Adde innumeros viros fœminasque Deo sacros ac devotos ad perfectiora adspirantes ; tot item, laus Deo, pias personas sæculares. Attamen certum manet, uniuscujusque salutem in ambiguo versari ; timendumque esse præsertim prioribus, ne in peccato mortali fortè subitò moriantur. Certum etiam est, in multis Christianis continua peccata redundare, usurariis, concubinariis, aliisque magnis, excœcatis, obduratis peccatoribus, qui, nisi tempestivè resipiscant, videant, ne, *qualis vita, finis ita, &, pœnitentia sera rarò vera;* item 1. Petri 4. v. 18. *Si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt ?* Id est, si tunc tam districtum erit judicium in justos, ut, nisi misericordiâ Dei, non salventur ; injusti, in peccato mortali mortui, extra statum omnis gratiæ & misericordiæ positi, ubi parebunt ?

Prob. 2. Matt. 13. v. 47. *Simile est regnum cœlorum, Evangelium, vel Ecclesia Christi, sagena*

74 IN CAP. VII. MATTHÆI.

missæ in mare, hujus sæculi, & *ex omni genere piscium*, id est fidelium, *congreganti*, Aug. atqui rete piscatorium solet plures habere pisces bonos, quàm malos : ergò pauciores erunt mali fideles Christiani in iudicio separandi de medio justorum, & mittendi foras : nam ethnici similesque, cum numquàm fuerint intus, non sunt mittendi foras justorum & Ecclesiæ, sed semper manent separati & damnati. Matt. 22. ex ingressis ad nuptias filii Regis, sive Ecclesiam Christi, tantùm unus ejicitur; teste Aug. lib. contra Donatistas post collat. cap. 20., repræsentans omnes Christi fideles damnandos. Ex servis Matt. 25 & Lucæ 19. accipientibus à Domino pecuniam ad negotiandum, tantùm unus, revertente Domino, reprobatur. Illud 1. Corinth. 9. ità explicat Anselm. apud à Lap., *omnes quidem currunt*, ab initio in stadio mundi, etiam ethnici, hæretici, quamdam naturali instinctu felicitatem firmam quærentes, ipsique peccatores, dum actu peccant, secundùm illud Philip. 3. *quorum Deus venter est*, quo, tamquàm suprema salute, fruuntur : *sed unus accipit bravium*, unus scilicèt fidelis populus Christianus; ità Anselm., quæ propositio cum sit indefinita, à majori saltem parte sumit denominationem. Hic est ille pusillus grex secundùm Euthym., cui complacuit Patri dare regnum : (in grege plures etiam sunt oves quàm hædi) hæc Ecclesia, cujus typis arca Noë, in qua salus vitæ in interitu mundi. Si autem parabola intelligatur de currentibus fidelibus in stadio Ecclesiæ Christi, Apostolus respicit bravium, quod ipse expectabat, id est excellens præmium virtutum heroicarum; ubi Chryf. dicit, quisque conari debet, ut in cælo primum referat bravium. Solent enim & aliis currentibus & certantibus dari præmia inferiora, ut est apud Virgil.

IN CAP. VII. MATTHÆI.
 Ovi. 1. Mar. 13.
 nicola sementi
 li. 2. In quibus
 in area Emma Ch
 Permanet
 con. 1. in h
 ni. 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1. 1.
 Hæretorum Egv
 les ingressu
 perierunt in Ecc
 tonus lib. de
 millibus eoc
 vos, S. Bernar
 niensem, us
 damnos.
 R. ad 1. 1. 1.
 verum Regni;
 gni, sive credun
 ad illis seme
 2. credentium,
 seatione; 3. eor
 fessocatur sollici
 sacri; 4. fruct
 verum, sexag
 suu. 1. 1. 1.
 & un potius pr
 rous in vera fid
 infides, judic
 R. ad 1. 1. 1.
 diti, ubi non v
 esse palea com
 Christo Matt.
 natione senti
 & colligent te

IN CAP. VII. MATTHÆI. 75

Obj. 1. Matt. 13., Marci 4., Lucæ 8., in parabola sementis, quarta tantum pars fructum tulit. 2. In area plus paleæ, quàm tritici: ergò & in area Ecclesiæ Christi, de qua Mat. 3. v. 12. *Permundabit aream suam; & congregabit triticum suum in horreum; paleas autem comburet igni inextinguibili.* 3. Isaia 24. *Quomodo si pauca oliva, quæ remanserunt, excutiantur ex olea?* 4. Psalm. 13. v. 1. & 3. *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* 5. Num. cap. 14. ex 600000. Hebræorum Ægypto egressis solus Josué & Caleb ingressi sunt terram promissionis. 6. Plures perierunt in Ecclesia Judaica. 7. Jacob. Carthusianus lib. de peccatis mentalib. narrat, ex 30. millibus eodem tempore judicatis duos fuisse salvos, S. Bernardum nempe & Decanum Lincolnensem, tres missos ad purgatorium, reliquos damnatos.

R. ad 1., ibi distingui quatuor classes audientium verbum Regni; 1. est eorum, qui non intelligunt, sive credunt, diabolo confestim auferente ab illis semen verbi, ne credant &, salvi fiant; 2. credentium, sed apostatantium insurgente persecutione; 3. eorum universim, in quibus verbum suffocatur sollicitudine, divitiis & voluptatibus sæculi; 4. fructum ferentium, & quidem centesimum, sexagesimum, trigesimum, *tribus classibus distinctum.* Quid autem hæc contra nos, & non potiùs pro nobis, qui agimus de morientibus in vera fide? Cùm in prima ista classe sint infideles, Judæi, Hæretici, in 2. apostatæ?

R. ad 2., in permundanda area *mundi* à Deo conditi, ubi boni malis permixti vivunt, multò plus esse paleæ comburendæ, quàm tritici, dicente Christo Matt. 13. v. 40. & 41.; *sic erit in consummatione sæculi, mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de REGNO ejus omnia scandala. Reg-*

76 IN CAP. VII. MATTHÆI.

num ejus area ejus & *ager*, qui ibi ψ . 38. dicitur *Mundus*: item fortè in area Ecclesiæ Judæorum, ad quos ibi Joanni est sermo (vide resp. ad 6.) non verò in area Ecclesiæ Christi, ubi finaliter omnes sunt triticum, nisi qui perversa sua voluntate degenerantes in paleas vel zizania malè ibi moriuntur, quos pauciores esse probavimus. S. Aug. lib. contra Donatist. post collat. c. 20. ex professo tantùm probat, Ecclesiam Christi constare bonis & malis. Et lib. 3. contra Crescon. c. 66., computans etiam Hæreticos & Schismaticos, scribit: *Non tantùm hæreticis, verùm etiam CÆTERIS HOMINIBUS MALIS plenus est ORBIS, quia & sanctis ac fidelibus Dei servis plenus est orbis, quia & mare (scilicèt mundi) plenum est amaris fluctibus, plenum est & dulcibus piscibus.* Et lib. 4. c. 53. *universim* ait; *salvandi multi sunt per se ipsos, & iidem ipsi pauci sunt in comparatione longè plurium, qui cum diabolo puniendi sunt.*

R. ad 3., Isaias agit de reliquiis Judæorum respectivè ad omnes Judæos perfidos præcedentes paucorum in fine mundi salvandis; quod hùc est impertinens.

R. ad 4. 1. An ergo nullus salvabitur? 2. An hìc non continentur etiam omnes infideles? 3. Intelligitur ψ . 1. de atheis: præcedit enim: *Dixit impius in corde suo, non est Deus.* ψ . 3. quatenus, ut est ad Rom. 3. ψ . 13., *Omnes peccaverunt, & egent gloriâ Dei, qui redimendis omnibus venit, errantibus ab utero.*

R. ad 5., spatio 40. annorum, aliis senio aliter vè mortuis, ac cæterùm justè in deserto prostratis istis tentatoribus, idololatrìs, murmuratoribus, constat ex Num. c. 26. à ψ . 51., de eadem natione ingressos esse 601730. bellatores, 23000. Levitarum, præter mulieres & parvulos.

IN CAP. VII. MATTHÆI. 77

℞. ad 6., Disparitas esse potest, quòd in L. Moy-
 sis Judæi detinerentur carnalibus sacrificiis, ti-
 more, terrenis promissionibus, pròni in idolo-
 latrìam, præsertim universim sub impiis Regi-
 bus, ac difficilior esset justificatio. Nunc autem
 sit lex amoris, uberioris omnino gratiæ & mise-
 ricordiæ Dei, etiam erga peccatores ad pœnitentiam,
 ubi facilia & justificantia Sacramenta, ma-
 jor fides cœlestium promissionum, & apertior
 via salutis.

℞. ad 7. (quidquid sit de rei veritate) millenos
 non Catholicos esse, & mori, contra paucos Ca-
 tholicos, conformiter ad dicta Assertionem 1., il-
 ludque tunc casu fieri potuisse.

Cæterùm, ob probationes suprà; S. Anselm.,
 ut est in ejus vita, dicens: *talis est anima in ex-
 tremo vitæ periculo, quam canes infernales per-
 sequuntur, sicut lepus, canibus persequentibus,
 tremens ac sudans, ad ipsius pedes accurrens li-
 beratus; tantùm vult, tremendum esse vitæ exi-
 tum.* Gregorium hom. 19. in Euangel. sic expli-
 ca: *ad fidem plures veniunt, id est absolutè quoad
 se multi, sed ad cœlestia Regna pauci perducun-
 tur, nempe sensu assert. primæ aut secundæ. Non
 intendit, pauciores in Ecclesia salvari; sed, juxta
 communem cursum, constanter rectè vivere (ni-
 mirùm ut est in probatione 1. assertionis 3.) item
 vult non sufficere, Ecclesiam esse ingressum, sed
 requiri vitam Christianam, ad quam hortatur.*

Ad S. Chryf. hom. 40. ad popul. Antioch. *Quos
 esse putatis, qui in hac civitate nostra salvantur?....
 non possunt in tot millibus centum inveniri, qui
 salventur; quin & de his dubito: erant autem
 Antiochiæ 100000. hominum.*

℞. Illo tempore etiam ibi vigeat Arianismus.
 Quantùm verò ad fideles Christianos, vel ab eo
 cum reverentiâ recedimus; vel oratoriè fuerit lo-

78 IN CAP. VII. MATTHÆI.

cutus, tantum volens, re quidem ipsa & de facto multos, de jure autem ac merito, vel propter primum peccatum mortale, nisi parceret divina misericordia, ferè omnes damnandos; cum pauci sint, qui in prima innocentia moriantur. Cæterum, an non sententia adedè severa nata videtur justis frangere animos, impios deturbare in desperatam vitæ licentiam; cogitantes, si tot pii, tot religiosi non, aut vix salventur, quid laboremus? Benigna autem sententia sic justum ad emendationem timorem incutit, ut spem roburque addat.

CAPUT VIII.

Sanatio Leprosi, Marc. 1. Lucæ 5. *Servi centurionis*, Lucæ 7. *Socrus Petri aliorumque*, Marc. 1. Luc. 4. *Duo volentes Christum sequi*, Lucæ 9. à Ψ . 57. *Sedatio tempestatis*, Marc. 4. Luc. 8. *Demonum expulsio*, Marc. 5. Luc. 8.

Vers. 1. *Cum autem*, finito sermone, *descendisset de monte*, è planitie quadam campestri montis, ut dictum cap. 5., in subjectam & imam vallem.

Ψ . 2. *Et ecce*, primùm à descensu montis, Hieron. *Leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Adorabat*, cultu latriæ: quia Deo proprium sola voluntate sanare, quod Christum posse agnoscebat; ita Chryf., Theophyl., Euthym., Lucas Ψ . 12. id factum narrat *in una civitatum*; intellige in territorio unius civitatum, nempe Capharnai, ut colligitur ex Ψ . 5. & quia Levit. 13. & Numer. 5. jubentur leprosi esse extra civitates & castra.

Ψ . 3. *Et extendens Jesus manum tetigit eum*; non contra legem; quia hæc non vetabat tactus miraculosos: sic Elifæus 4. Reg. 4. mortuum

tactu vivificando non contraxit immunditiam legalem. *Dicens: volo: mundare.* Mundare est imperativus passivus, Hieron. & patet ex Græco *καθαρίσθαι*. Scribit S. Ambros. lib. 5. in Luc.: *Dicit VOLO propter Photinum*, qui assererat Christum esse merum hominem; *imperat propter Arium*, negantem Verbi Divinitatem; *tangit propter Manichæum*, volentem Christum habere corpus phantasticum.

¶ 4. *Vide nemini dixeris.* Marcus ¶. 43. addit: *comminatus est ei, statimque ejecit illum*, seu à se abire iussit. Non præcipit Christus absolutè nemini dicere, sed non, antequàm ostenderit se Sacerdotibus: fortè enim hi malitiosè processissent in ferendo iudicio de sanitate leprosi, si à Christo sanatum intellexissent, antequàm de eo iudicassent, Autor. oper. imperf.; *sed vade, ostende te Sacerdoti*; Marc., *Principi Sacerdotum*. Levit. 13. est: *ad Aaron Sacerdotem, vel ad quemlibet filiorum ejus*. Scribit Hieron.: *mittit ad Sacerdotes ob humilitatem, ut eis deferre videatur; deinde ut illi credentes salventur, vel sint inexcusabiles: denique ne legem infringere videatur*. Sicque, *in testimonium illis*, refertur ad *ostende, & offer*.

¶ 5. *Accessit ad eum centurio*: primò, ut est Lucæ ¶. 3., per seniores Judæorum, *rogans eum ut veniret, & salvaret servum ejus*, adhuc fide imperfectior: nisi dicantur Judæi de suo addidisse *ut veniret*, id rogantes quasi nomine centurionis, cui ad gratum existimabant. Secundò *Cùm jam non longè esset à domo per amicos*, a. ¶. 6. perfecta fide, se, utpote hominem gentilem & peccatorem, indignum humiliter asserens. Tertio ipsemet, juxta Chryf., Euthym., Theophyl. amabili Christi domui jam appropinquantis benignitate fesus, & instanti periculo mortis servi

80 IN CAP. VIII. MATTHÆI.

pressus, suam per se indignitatem protestatus verbis Matt. v. 8. Nec huic obstat Lucas v. 10.; sensus enim est: *Et reversi, qui missi fuerant, tam Judæi quàm amici, domum, eam simul cum centurione sinè Christo ingredienti, invenerunt servum, qui languerat, sanum.*

v. 6. *Puer meus, id est, servus, ut habet Luc., Facet in domo paralyticus, Et malè torquetur:* fuit ergò acutus contractionis nervorum dolor junctus paralyfi seu hemiplexiæ; à Lap. Non est hic centurio regulus, de quo Joan. 4. v. 46. secundùm Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. vide ibid.

v. 9. *Nam Et ego homo sum sub potestate constitutus &c. Alio pro alii usurpat Plautus. Est argumentum à minori ad majus; quasi diceret: Si ego homo sub potestate, Cæsaris, jubendi habeo potestatem, militesque ac servos mihi parentes, quid tu, tamquàm Deus, etiam absens solo verbo, non possis, cui omnes serviunt potestates? Ita Aug. ferm. 6. de verbis Dom. secundùm Matt., Chryf. Perperam igitur Thodor. Calvinistar. interpres, nam ET ego homo, quasi dicat, ut tu. Nam quæ tam miranda ejus humilitas, si se æquasset Christo ut homini; quæ captatio benevolentiæ? Et Græcè est, *καὶ γὰρ ἐγὼ, etenim ego.**

v. 10. *Andiens autem Jesus, miratus est, non respectu scientiæ infusæ, quâ omnia præsciebat; sed respectu cognitionis experimentalis, quâ potuit aliquid novi Christo occurrere; ut & nos illa mirari doceret, ut habet S. Tho. 3. p. q. 15. a. 8. Non inveni tantam fidem in Israël; ex quo scilicet & cui vulgò prædicavi, etiam non in ipsis hætenus Apostolis, quos minoris fidei arguit cap. 14. v. 31., c. 16. v. 8., c. 17. v. 19. major enim sine dubio erat fides B. V. & Joannis Baptistæ.*

v. 12. *Filii autem regni, Judæi, qui ad cœlestis*

lestis regni lumen, hæreditatemque prius vocati, & destinati erant; *ejicientur in tenebras EXTERIORES*; id est, quæ sunt extra lumen cæli, in inferno. *Ibi erit fletus, verus, sicut & stridor dentium*, etiam ex frigore; scribente Hieron. in cap. 10. Matt., *duplicem esse gehennam, nimii ignis & frigoris, in Job planissimè legimus, dicente cap. 24., ad nimium calorem transeat ab aquis nivium.* Aug. lib. de triplici habitaculo cap. 2. *in inferno frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis*; probatque ex Job; idem sentit Beda in Matt. hic, S. Thom. in Supplem. 3. p. q. 97. a. 1. ad 3., & argumento *sed contra*. Porro Christus ad salutarem timorem incutiendum, multoties inculcat eadem hæc verba, ut cap. 13. v. 42., 22. v. 13., 24. v. 51., 25. v. 30.

v. 14. *Et cum venisset in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem & febricitantem.* Est hystherologia: hoc enim miraculum, teste Aug. lib. 2. de consensu cap. 21. & 22.; uti & colligit à Lap. ex Marci 1. v. 21. & 29.; & Lucæ 4. v. 31. & 38.: quin & cætera Christi gesta usque ad v. 35. cap. 9. Matthæi, recto historiæ ordine anteponenda forent ante curationem leprosi & servi centurionis, ipsumque sermonem Christi in monte. Similem ordinem tenet Tirinus in Chron. cap. 49. anno 2. prædicationis Christi, etiam jungens quædam alia gesta ante Sermonem Domini in monte. Docet Aug. cit., & cap. 23., 24., 25., 26., 28., 29. &, sparlim alibi, Evangelistas citra discordiam, non in omnibus sequi ordinem rerum gestarum ac temporum, sed ordinem recollectionis ac inspirationis, præponendo aut postponendo quædam; item ab uno quandoque omitti, quod ponitur ab alio; aut diversis verbis, sed salva veritate sententiæ, aut demum illa omnia dicta esse potuisse. *In domum Petri, quæ Marci v. 29.*

dicitur, *Simonis & Andrea*; vel quia eorum parentum erat; vel quia ipsorum fuerat, jamque erat uxoris Petri, (jam enim reliquerant omnia) sita Bethsaide urbe distante sesquihorâ Capharnaô, ad quam è Synagoga hinc facilè divertere potuère: vel quia sita Capharnai spectabat ad socrum Petri, & in ea solebant hospitari.

ÿ. 15. *Et tetigit manum ejus.* Luc. ̄. 39. ait: *stans super illam, imperavit febrî, ut discederet: non quoddam pede illam calcârit; sed quoddam juxta illam modicè inflexo corpore, elevavit eam, apprehensa manu ejus, ut scribit Marc.*

ÿ. 16. & 17. *Ejiciebat spiritus verbo: & omnes malè habentes curavit, manuum impositione, ut addit Luc. ̄. 40.; ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem: ipse infirmitates nostras accepit, & agrotationes nostras portavit.* Adedque Isaias cap. 53. litteraliter agit de morbis tam animæ, quàm corporis, qui sunt effectus peccatorum. *Accipit, portavit, sicut compatiens medicus dicitur portare infirmitatem ægroti, dum curat: imò & in se suscepit luendo in cruce nostra peccata, debitumque pœnarum doloribus & morte amarissimâ: ita ferè Chryf. & Orig.*

ÿ. 19. & 20. *Accedentem scribam rejicit, quasi diceret: quid me propter divitias & sæculi lucra sequeris, putans è meis miraculis quæstum proventurum; cum ego filius hominis (quem se etiam humilitatis causâ vocat in Evangelio) tantæ sim paupertatis, ut nil proprii habeam, ne quidem ubi fessus caput reclinem? Chryf., Hilar., Hieron., Aug.*

ÿ. 21. *Alius autem de discipulis ejus ait illi: Domine permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum: id est, ut aliqui volunt; permitte me in senectute ipsi præstò esse, donec moriatur:*

IN CAP.
 communis tam
 intelliguntur de
 ÿ. 22. Sicut
 & Hieron. p. 101
 in Mat. 8. v. 21
 danos, matris
 sepelire matrem suam
 et regem amicum
 suum vocat, id est
 dicit, qualis hic est
 Abraham Genes. 22.
 nam mensi Rebeccæ
 Patris suaveri
 bonana postquam
 verbo Domini
 Evangelio, et
 carnalis homo
 ÿ. 17. judicium
 Chritum, hac
 in via: in qua
 "Hoc similiter na
 "ta, nec ipse
 "sed recordamur
 "fit, an quod po
 "et, qua sequun
 "in enim dicit
 "in via: in via
 "n. 18. Quod
 "gum esse, qu
 "cavet, amon
 "tratum: quia in
 "nirerit: hinc
 ÿ. 21. h.
 Alias etiam na
 ÿ. 36. Rebe
 gelitar. cap. 11.
 gelitas veris

communiùs tamen cum Chryf. & Aug. hæc intelliguntur de patre verè mortuo.

¶ 22. *Sequere me, & dimitte mortuos*, Chryf. & Hieron. gentiles intelligit; meliùs Aug. q. 6. in Matt. universim, peccatores, homines mundanos, mortuos moraliter, seu quoad animam; *sepelire mortuos suos* corporaliter & physicè: ubi est elegans ambiguitas in voce *mortuos*; quos & *suos* vocat, id est sibi similes; vel sanguine junctos, qualis hic erat suus pater; ut & loquitur Abraham Genes. 23. ¶ 13., *Et sic sepeliam mortuum meum*. Rectè Ambros. lib. 7. in Luc. cap. 9.: *Paternali funeris sepultura prohibetur, ut intelligas humana posthabenda divinis*. Et Aug. serm. 7. de verb. Domini: *Quando Dominus parat homines Evangelio, nullam excusationem vult interponi carnalis hujus temporalisque pietatis*. Lucas à ¶ 57. jungens etiam tertium volentem sequi Christum, hæc gesta scribit, *ambulantibus illis in via*: in quæ Aug. lib. 2. de consensu cap. 23.: *Hoc similiter narrat & Lucas. Sed ille post plura, nec ipse sanè expresso ordine temporum, sed recordantis modo. Utrùm quod prius omisit, an quod posterius etiam factum, quàm sunt ea, quæ sequuntur, præoccupavit, incertum est. Ità enim dicit: Factum est autem, ambulanti- bus illis in via, dixit quidam ad illum, sequar te, &c. Quod autem Matthæus dicit, tunc istud gestum esse, quando jussit ire trans fretum, Lucas verò, ambulanti- bus eis in via, non est contrarium: quia in via utique ambulabant, ut venirent ad fretum.*

¶ 23. &c. Describitur sedatio tempestatis. Alias etiam naves fuisse cum illo, ait Marc. ¶ 36. Rectè August. lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 24. docet, diversa hinc inter Evangelistas verba Dominum excitantium, mirau-

tium, Christique increpantis, sensu substantiâque idem sonare; vel omnia illa dicta esse potuisse; quod proin de similibus aliis locis similiter intelligendum maneat. Hæc tempestas portendit futuras Ecclesiæ tempestates, Dei que precibus quasi excitati opem, juxta Chryf.

ψ. 28. *Et cum venisset transfretum in regionem Gerasenorum*, hoc nomine notam ab urbe *Gerasa* stagno Genesareth adjacente, vel *Gergesa*, unde & *Gergesanorum* appellatur: dicitur etiam *Gadarenorum*, uti est in Græco apud Marc. & Luc., ab urbe *Gadara* vicina priori ad idem mare; Hieron. de locis Hæbraicis, Joseph. lib. 2. de Bello Judaico c. 10. *Occurrerunt ei duo habentes demonia*. Marcus ψ. 2. & Luc. ψ. 27. eandem minutiùs historiam describentes, unius tantum meminerunt, at alium non negantes; eò quòd ille esset nobilior & famosior, secundum Aug. lib. 2. de consensu Evang. c. 24. *Qui legionem demonum patiebantur*, inquit Aug. cit., vel saltem, propter Marcum & Lucam, quorum unus, ille famosior, &, ut Chryf., Theophyl., Euthym. habent, truculentior, eam patiebatur. Quamquam & alius potterit habere multos dæmones, utpote similis sævitix. *De monumentis exeuntes* Judæorum concavis & cameratis, in quibus extra urbes, & ut addit Marc. ψ. 5. *in montibus*, Lucas ψ. 29. *in desertis*, versabantur, eò à dæmone acti, etiam ad majorem in ipsos sævitiam exercendam, & ad horrorem transeuntibus & vicinis.

ψ. 29. *Quid nobis, & tibi, Jesu fili Dei?* verba sunt postulantium & conquerentium cum eo, quem non lædebant, sed prostrati venerabantur, quòd præciperet eis exire. Nota, dæmones hîc, ex præcedentibus miraculis, novisse ipsum Chri-

In Cap. VIII.
 dem Deum, ut
 Luca 4. ψ. 4.
 quantum volu
 oportuit, in
 uti & Hæb.
 ville Gerasa
 Vnde hinc
 Aug. de civ. c. 23
 monit. sententia
 agere, simile illi
 ut concordi in
 correctione p
 sentia per sen
 tenanti, &c.
 tur penam for
 munem Ecclesi
 riantur penam
 tur Deo
 ψ. 30. Erat aut
 dom cum Ineroc
 dicitur veteribus &
 dicit: erat aut
 mone, unde proli
 di in proximum
 Græci Codices leg
 orum pascens, p
 Mar. parim in m
 na, ut Marco y
 Aug. de con
 quam non vel h
 Latine mirum
 ge ab in hanc
 procurres ex
 ret ad gentes, ib
 betur ex hîc
 Judæos, p
 dere, gentiva ve

stum Deum, ut etiam est Marci i. v. 34., & Lucæ 4. v. 41. *Christus tantum eis innotuit, quantum voluit, tantum autem voluit, quantum oportuit*, inquit Aug. lib. 9. de civit. c. 21., ubi, uti & Hieron., censet, dæmones tantum cognovisse Christum probabili conjecturâ.

Venisti huc ante tempus, diei judicii, ut habet Aug. 8. de civit. c. 23. torquere nos? Unde dæmones hinc senserunt vel timuerunt tormentum singulare, simile illi, quod patientur in die judicii coarctandi in abyssum, quod hinc in ejectione deprecabantur, ut ait Luc. v. 31., & privandi istâ licentiâ per aëra vagandi, homines possidendi, tentandi, &c. Quamvis etiam jam torqueantur pœnam suam circumferentes, juxta communem Ecclesiæ sensum; sicut alii damnati patiuntur pœnam damni & ignis; & sancti fruuntur Deo.

v. 30. *Erat autem non longè ab eis*: ita legendum cum Interpretibus & omnibus Latinis Codicibus veteribus & novis; & quia Marc. & Luc. dicunt: *erat autem ibi, item, circa montem, in monte*, unde profilierunt è vertice præcipientes porci in proximum subjectum mare Tiberiadis: etsi Græci Codices legant, *longè. Grex multorum porcorum pascens, partim circa montem*, ut habet Marc., partim *in monte*, ut Luc.; quia erat magnus, teste Marco v. 13., bis mille porcorum; ita Aug. lib. 2. de consensu Evang. cap. 24. Quamquam tamen vel hinc Græca lectio non repugnet Latinæ; nimirum intelligendo, gregem *non longè* ab eis distantem tam fuisse magnum, ut *longè* procurreret, seu extenderetur. Sive hic grex spectaret ad gentiles, ibi plurimos habitantes; ut habetur ex Josepho 7. antiq. c. 13., sive etiam ad Judæos, prohibitos quidem eis vesci, non tamen alere, gentibus vel exercitui Romano vendere,

86 IN CAP. VIII. MATTHÆI.

lardo ad unctiones plaustrorum uti : fortè etiam quidam fuère puniti, quòd inter gentes eorum more viverent & comederent.

¶ 31. *Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.* Pusillus dæmon, qui nil nisi permisso Dei potest. Id rogant 1. ut sic noceant hominibus, saltem in rebus ad ipsos pertinentibus, Hieron. in vita Hilarion. 2. ut hâc ratione Christo odium averfionemque incolarum creent, quod & evênit; Chryf., Euthym., Theophyl.

¶ 32. *Ait illis, ite.* Permisit 1. ut homines illi illo ad salutem miraculo adducerentur, Hieron. 2. ut Sadducæi reipsâ viderent spiritus esse, quod negabant, Hilar. 3. ut liberati magnitudinem beneficii agnoscerent, Chryf., Theophyl., Euthym.

¶ 34. *Rogabant, ut transfret à finibus eorum;* non præ humilitate, ut putat Hieron.; sed, ut habet Luc. ¶ 37., *quia magno timore tenebantur,* non utique virtuoso; sic enim Christum verisimilius remansurum retinere maluissent; ergo mundano ob damnum porcorum, ne Christus eis majores clades inferret; ità interpretes passim cum Chryf., mixto etiam aliquorum odio & obmurmuratione ex damno illato.

CAPUT IX.

Curatio Paralytici, Vocatio Matthæi, Excusatio Discipulorum à Jejunio, Marc. 2. Luc. 5. Sannatio fluxûs sanguinis, Suscitatio filie Jairi, Marc. 5. Luc. 8. Duo Cæci, & Dæmoniacus curati.

Vers. 1. *Transfretavit, è regione Gadarenorum, & venit in civitatem suam, non Bethlehem, ut Sedulius; non Nazareth, ut Hieron.,*

sed Capharnaum, ut Chryf., Theophyl., Euthym. ubi miraculum hoc contigisse narrat Marc. Dicitur autem *suam*, quod eam habitatione, prædicatione, miraculis specialiter nobilitarit.

¶ 2. *Et ecce, offerebant ei paralyticum in lecto jacentem*, per tectum demissum, ob turbam hominum etiam ad ipsam januam domus, ut habetur ex Marco & Luca, qui ait ¶. 19. : *Non inuenientes quâ parte illum inferrent præ turbâ, ascenderunt supra tectum*, fortè per vicinam domum, & per tegulas summiserunt eum, & Marc. *Nudaverunt tectum ubi erat Christus inferiùs*, patefaciendo valvam in tabulato, vel quod aperturam efficere debuerint. *Et videns Jesus fidem illorum*, portantium & offerentium, ut vult Ambros., Hieron., insuper paralytici, utique cum spe sanationis se patientis & cupientis dimitti, ut Chryf., Euthym., Theophyl. *Confide fili*, te sanandum, idque priùs in anima à peccatis, ob quæ Deus te hoc morbo punivit, dein in corpore, ita Hieron., Theophyl., Euthym.; adeoque tunc erat ad remissionem, quam accipiebat, ritè dispositus. Perperam hinc inferunt Lutherani, ad justificationem & salutem sufficere solam fidem seu fiduciam, quâ quis credens firmiter confidat, remissa sibi esse, vel Christi meritis contexta peccata, nec amplius imputari: quia 1. hic paralyticus confidenter non credebat se sanatum, sed sanandum. 2. Quia contra eos in simili sic argumentor: Lucæ 7. de Magdalena dicitur, *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: ubi mentio fit solius charitatis: ergo sola charitas sufficit ad justificationem sine fide. Itaque nec fides sine charitate, nec charitas sine fide justificat; quamvis nunc fidei, tamquam fundamento & radici, nunc charitati justificatio attribuat. Vide Lucæ 6. ¶. 26.

¶ 3. *Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se; hic blasphematur: rationem eorum addit Marcus & Luc. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Christum ergo Deum esse, & potestatem peccata dimittendi habere negant: contra Christus utrumque probat, tum manifestatione cogitationum ipsorum, quod Marcus ¶ 8. expressius significat, tum miraculosâ paralytici sanatione in hunc finem.

¶ 5. *Quid est facilius dicere: dimittantur tibi peccata: an dicere: surge & ambula?* Quasi dicat, sibi, utpote Deo homini, æquè facile esse, dicere utrumque cum effectu: quamquàm tamen verum etiam maneat secundùm Aug. tract. 72. in Joan., quoad se difficilius esse, peccatorem justificari, quàm Cælum & terram creari; quia peccator longiùs distat à Deo, quàm creatura. Vocat autem se ¶ 6. Filium hominis, etiam odii declinandi causâ.

¶ 8. *Videntes autem turbæ timuerunt*, timore, qui ex magna alicujus opinione, admiratione, reverentia nasci solet. Græcè *θαύμασαν*, admiratae sunt. Sicut 3. Reg. 3. dicuntur timuisse Salomonem.

¶ 9. *Et cum transiret inde, è jam dicta domo rediens ad mare, in transitu, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, aliter Levi Alphæi, Marci ¶ 14. Et ait illi: sequere me: & surgens secutus est eum*, jam miraculis famosum, & forti gratiæ Dei virtute tractus. Magnes ferum, succinum stipulam, sol vapores trahit; & Deus non trahat? Blasphematur ergo Porphyrius & Julianus Augustus, vel imperitum historicum mentiri, vel stultè homines secutos Salvatorem; Hieron. Hæc vocatio facta ante sermonem Domini in monte, utpote cui Matthæus interfuit jam electus Apostolus, Aug. 2. de consensu. cap. 26.

¶ 10. & 11. *Et factum est, discumbente eo in domo; Marc. addit, illius, Luc. ¶ 29. fecit ei convivium magnum Levi in Domo sua. Et videntes Pharisei, dicebant discipulis ejus, tamquam minus ad respondendum instructis, & ad eorum animos abalienandos à Christo, ut viro non sancto, qui peccatorum consortio gauderet; quodque confusi non auderent id Christo dicere: quare cum Publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? Apud Luc. manducatis & bibitis? Præcipue tamen impetunt Christum. Publicani vocantur, qui conducebant publica vectigalia: quod genus officii etsi ex se non sit illicitum, Publicanos tamen peccatoribus annumerant, tum quia ipsorum officium avaritiæ & injustitiæ est valde obnoxium, tum quia Judæis, ut libero populo Dei, odiosum erat vectigalia Cæsari Principi externo persolvere.*

¶ 13. *Misericordiam volo, & non sacrificium, id est, malo; Chryf., Aug. lib. 2. de consensu Evang. c. 27., Ambros. lib. de pœnitentia c. 2. Misericordem charitatem præponit sacrificiis. Non enim veni vocare justos, sed peccatores, scilicet, ut addit Luc. ¶ 32., Arabicus, Græcus, ad pœnitentiam: justus enim, sive jam per Christum justificatus, pœnitentiâ non indigent, ut dicitur in parabola ovis perditæ Lucæ 15. ¶ 7., vel etiam indicat, proprium sibi munus esse quærere peccatores, quales omnes sunt homines, secundum illud ad Rom. 3. Omnes enim peccaverunt, & egent gloriâ Dei.*

¶ 14. *Tunc accesserunt ad eum Discipuli Joannis, æmulatione aliqua laborantes adversus Christi Discipulos, ideòque subornati à Phariseis, quos Marcus ¶ 18. simul accessisse scribit & tentasse; Chrysof.*

¶ 15. *Numquid possunt filii sponsi lugere?*

Marc. & Luc. *Jejunare?* Sponsum hîc se vocat Christus veniens sibi desponsatum Ecclesiam sanguine suo. *Filii sponsi*, seu thalami, Marcus, *nuptiarum*, intelliguntur Apostoli, tamquàm juvenes, qui ad thalamum sponsalem, & nuptias celebrandas & exhilarandas sponso adjungi solebant. Atque hæc est prima ratio, cur neget Apostolos, se ipsis præsentem, posse lugere, seu in actionibus tristitiæ & jejuniis versari: quia indecens est, lugere juvenes pronubos, quamdiu durant tempora nuptialia. Alteram adfert duabus item similitudinibus v. 16. & 17., acsi dicat, juxta Hieron. & Chryf., se prudenter nolle discipulis adhuc infirmis duriora imponere, ne illis succumbant, & à Christo avertantur: innovatis & roboratis per Spiritum S. hæc proponenda & servanda; quando & ut innuit Luc. v. 39., novum bibent vini calicem, quem & Christus exemplo præiens in passione bibit. Vide in cap. 5. Lucæ.

v. 18. *Hæc illo loquente ad eos, ecce Princeps unus accessit.* Marc. 5. v. 22. *Quidam de Archi-Synagogis nomine Jairus.* Luc. 8. v. 41. *Princeps Synagogæ: dicens: Domine, filia mea modò defuncta est.* Marcus, *in extremis est.* Luc., *Unica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur.* Itaque primò dixerit, *in extremis est* (proût eam domo egrediens reliquerat) orans, ut est apud tres Evangelistas, pro vita filia: postea superveniente nuncio mortis, dixerit, *filiam jam esse defunctam*; quando nihilominus Christus jussit eum benè sperare, ut habent Marc. & Lucas. Chryf., Theophyl., Euthym., Beda sic conciliant; patrem conjecisse, filiam, quam agonizantem reliquerat, esse mortuam, & dolore exaggerante orationem, utrumque dixisse.

v. 20. *Et ecce mulier*, in itinere ad domum Jairi, v. 19. Putant Euseb. Cæsarens. lib. 7. cap.

14., & Solomon. lib. 7. c. 21., fuisse ex Cæsarea Philippi. *Accessit retrò*; quasi furtim, pudore ex morbi foeditate, & metu ne, velut legaliter immunda & omnes contaminans, à Judæis repellere-
 retur. Marcus ψ . 29. scribit: *Et confestim sic-
 catus est fons sanguinis ejus, & sensit corpore,
 quia sanata esset à plaga*, mox ut cum fiducia te-
 tigit vestimentum Christi. Et à ψ . 30. pergit: *Et
 statim Jesus in semetipso cognoscens virtutem, quæ
 exierat de illo, conversus ad turbam, aiebat: quis
 tetigit vestimenta mea? Et dicebant discipuli sui:
 vides turbam comprimentem te, & dicis; quis me
 tetigit? Et circumspiciebat videre eam, quæ hoc
 fecerat*: non quod lateret Christum, sed ad ma-
 nifestationem miraculi, quo agnito, allicerentur
 ad credendum in ipsum; Beda. Tum ψ . 33. *Mu-
 lier verò timens & tremens*, non quòd supersti-
 tionem commisisset, ut vult Calvin., videns hunc
 locum sibi esse fatalem; cùm Christus laudet ejus
 fidem apud tres Evangelistas; sed quòd immunda
 mundum tangens, & beneficium quasi suffu-
 rata, naturâ pavida, detecta, timeret, ne incre-
 paretur, aut Christus beneficium revocaret: sed
 Christus eam animans apud Matt. dicit: *Confide
 filia*; & Marc., *Esto sana à plaga tua*, confir-
 mans beneficium datum. Validum hinc habetur
 argumentum pro veneratione SS. Reliquiarum.
 Quid insuper respondebit Calvin. ad 4. Reg. 13.
Quod cum tetigisset ossa Elisæi, revixit homo?
 Ad umbram Petri sanantem, Act. 5. ψ . 15.? Ad
 sudaria & semicinctia Pauli, Act. 19. ψ . 12.?
 ψ . 24. *Non est mortua puella, sed dormit*; mihi
 nempe, cui omnia vivunt, Hieron., Chryf., Theo-
 phyl.; vide cap. 22. ψ . 32. vel, ut Maldon., Fran-
 cif. Lucas, non est censenda mortua, sed dor-
 mire, cùm mox à me facilè, velut à somno, sit
 excitanda; cujus proin animæ judicium fuit sus-

pensum: & idem est de similibus resuscitatis. Amphibologia est in voce *mortua*, & *dormit*, ob rationes ψ . 25. & 30.

ψ . 25. *Et cum ejecta esset turba* (clam enim miraculum manere cupiebat, ideò etiam exesse jubens tibicines lamentantes, in funeribus adhiberi solitos, juxta Ambros. lib. 8. in Luc., & scribente Ovidio lib. 4. *Fastor., cantabat mæstis tibia funeribus*) *intravit*, cum patre & matre filia, Petro, Jacobo & Joanne, ut habet Lucas, addens, parentibus *præcepit, ne alicui dicerent*; non stricto præcepto, sed ut doceat humilitatem.

ψ . 30. & 31. *Cum autem venisset domum.* Cur non in via sequentes & clamantes, sed clam domi curat? \Re . Ut fidem eorum probet: item secundum Chryf., Theophyl., Euthym., ob studium humilitatis. *Aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Jesus, dicens: videte, ne quis sciat.* Illi autem exeuntes *diffamaverunt eum in tota terra illa.* Audi Hieron. *Dominus propter humilitatem, fugiens jactantia gloriâ hoc præceperat; & illi propter memoriam gratiæ non possunt tacere beneficium.* Theophyl. *Vides quomodo fastum fugerit: illi verò non ut inobedientes, sed ut grati divulgârunt.* Similia habent Chryf., Greg. 19. Moral. c. 18.: non ergo peccârunt cæci, ut vult Calvin. Putat Maldon., id prohibuisse ad vitandam Phariseorum invidiam, uti & similiter in suscitatione filia Jairi. *Hoc de duobus cæcis, & de muto demonio, solus Matthæus ponit*, inquit Aug. citandus.

ψ . 32. *Egressis autem illis, obtulerunt ei hominem mutum, demonium habentem*; Græcè, *dæmoniacum*: unde *mutum* refertur ad hominem, non ad demonium; quod tamen etiam mutum dici posset, ut est Lucæ II. ψ . 14., ex eo, quòd hominem mutum efficeret, alioqui à natura lin-

guâ non impeditum, qualem hunc mutum fuisse habet Chryf.; & quia sequitur ψ . 33.: *Et ejecto dæmonio, locutus est mutus*: non dicitur à linguæ vitio curatus novo miraculo; quod proin unum tantum fuit ejectionis hujus dæmonis. Alius, teste Aug. 2. de consensu Evang. cap. 29., est hic dæmoniacus, ab illo, de quo Lucæ 11.: nam hic in illa domo curatus dicitur, non item ille; de illo agit Matt. 12. ψ . 22., eratque cæcus & mutus, à Lap., adedque plùs semel Pharisæi Christo objecerint id, quod ψ . 34. sequitur, *in principe demoniorum ejicit demones*. Græcum $\alpha\omega\phi\delta\nu$, teste Hieron., *surdum*, ut Marci 7. ψ . 32., vel *mutum*; hîc autem *mutum* significat: sequitur enim; *locutus est mutus*. Notant Chryf., Euthym., Theophyl., Christum non exegisse à dæmoniaco fidem, quia mutus erat; ideoque etiam ab aliis Christo fuisse oblatum: & simile est de aliis furdis ac mutis curatis.

CAPUT X.

Apostoli gratiâ miraculorum & monitis instructi mittuntur ad prædicandum, Marc. 6. Luc. 9.

E Lectio in Apostolos est apud Marc. c. 3. ψ . 13., & Luc. 6. ψ . 13.; hîc autem narratur eorum actualis Missio cum donatione gratiæ miraculorum, & monitis.

ψ . 2. *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc*: ne quis se pro Apostolo nobis venditet, Hieron., & quia non decebat eorum nomina, per quos geniti essent, Christianos ignorare. *Apostolus* à Græco est *Missus*; speciali scilicet Missione, tamquàm familiares & legati primarii, seu *à latere* Christi. Quarè septuaginta duo Discipuli, quos etiam Christus Lucæ 10. *Misit binos ante*

94 IN CAP. X. MATTHÆI.

faciem suam, non ita propriè Apostoli appellantur. *Duodecim* elegit misitque, numero perfecto, divino utique consilio; quare & Act. 1. ad complendum hunc numerum, Mathias divinitus additur: & ut, sicut ex 12. Patriarchis Judæorum populus carnaliter est propagatus, sic populus Christianus propagaretur spiritualiter ex 12. Apostolis, Hieron. & PP. passim.

Primus Simon, qui dicitur Petrus; Syriacè, *Cepha* vel *Cephas*, id est, *Petra* vel *Petrus*. Joan. 1. v. 42. *Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*. Matt. 16. v. 18. *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*. *Primus*: ita lege cum omnibus codicibus Græcis, Latinis, Syris, & Hebræo, quem Munsterus novator ipsum Matthæi autographum esse contendit. Nec credibile est, hunc locum corruptum esse à Græcis, utpote Schismaticis, & Petri Primatum negantibus: unde potius *πρωτος* expunxissent, si id honestè facere potuissent. Denique ubique in Scriptura ab omnibus recensentibus nomina Apostolorum, proinde non casu, sed industriâ, Petrus ponitur primus, & Judas ultimus, cum in cæterorum ordine variant, ut Marc. 3., Luc. 6., Act. 1. Petrus autem dicitur Apostolorum Primus, non ætate, quia eo senior erat Andreas, teste Epiphani. hæresi. 51.; non vocatione ad discipulatum, ut patet Joan. 1. v. 41., dicente etiam Ambrosiaste in 2. ad Corint. 12.: *Prior secutus est Andreas & tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus*. Ergo primus excellentiâ, autoritate, potestate super omnes Apostolos, & tamquam per & post Christum Pastor Pastorum. Audi Chryl. *Apostolorum omnium primus & quasi vertex, indoctus ille erat ac rudis*. Hieron. lib. 1. cont. Jovin. c. 14.: *Propterea inter 12. Apostolos unus eligi-*

zur, ut capite constituto, schismatis tolleretur occasio. Cyprian. lib. de unitate Ecclesiæ; Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia, & Cathedra una monstretur. Vide ad cap. 16. v. 18. & 19. & cap. 28. num. XV. post medium.

v. 3. Bartholomæus, sive filius Tholmai, ut habet Syrus: vide ad Joan. 1. v. 45. Thomas, qui Joan. 20. v. 24. Dicitur Didymus. Jacobus Zebedæi, ratione vocationis ad Discipulatum, vel electionis ad Apostolatam respectivè ad Jacobum Alphæi dictus Major, de quo cap. 13. v. 55. primus Apostolorum capite plexus ab Herode Agrippa, Act. 12. Jacobus Alphæi, Marc. 15. v. 40. dictus Minor, & ad Galat. 1. v. 19., Frater Domini, ob cognationem, autor unius Epistolæ Canonice; ita Hieron., Euseb., Aug., Ambros. apud à Lap. in proœmio hujus Epistolæ, primus Episcopus Hierosolymitanus, sanctitate apud Judæos inclutus, teste Josepho & Hegeippo apud Hieron. de Scriptor. Eccl. Thaddæus, hujus Jacobi frater, etiam Judas dictus, Judæ cap. 1., cujus Epistolæ ipse est autor, idem vocatus Lebbaeus, ut hic habet Græcus & Syrus; & trinomium fuisse dicit Hieron. Tria ergo inter Apostolos fuere fratrum paria: primum, Petrus & Andreas; secundum, Jacobus Major & Joannes, filii Zebedæi ex Salome; tertium, Jacobus Minor & Judas Thaddæus, filii Cleophæ seu Alphæi ex Maria, quæ Marci 15. v. 40. dicitur Mater Jacobi Minoris & Joseph; & Joan. 19. v. 15. Maria Cleophæ, & soror Matris Domini, Hieron. cit. Hinc etiam alius hic est Alphæus (aliter Cleophas) ab Alphæo patre Matthæi, Marci 2. v. 14. vide cap. 13. v. 55.

Quodd verò hic Jacobus Minor fuerit unus ex 12. Apostolis (& proinde cum his à Christo Episcopus consecratus; at dein ab Apostolis constitutus Episcopus Hierosolymitanus) docet Paulus ad

Galat. 1. v. 18. & 19. post tres annos veni Jerosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: alium autem APOSTOLORUM vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini: ergo eum accenset 12. Apostolis, quos utique & v. 17. vocat antecessores meos Apostolos. Ad Galat. 2. v. 9. Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur COLUMNÆ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Trid. Sef. 4. epistola Jacobi Apostoli una. Ecclesia 1. May festo Jacobi fratris Domini, ut patet ex lectionibus, orat: Deus qui nos annuâ APOSTOLORUM TUORUM Philippi & Jacobi solemnitate letificas. Noster est Hieron. contra Helvid., nec id ullibi retractavit, nec in Isaia cap. 17. scribens: duas Olivas, Paulum & Barnabam (non ait, Paulum & Jacobum) & tres Olivas, Petrum & Jacobum (utique Zebedæi) & Joannem; quatuor autem & quinque Olive reliquos novem faciunt Apostolos. Nostri item sunt Euseb. Cæsarens. lib. 2. Histor. cap. 1. (ex Egesippo, inquit Baron. ad annum Christi 44.) Clemens Alexandrin. lib. 6. Stromat., Isidorus lib. de vita & obitu SS. Patrum, Chrysof. hom. 47. in Joannem, ubi eum vocat Apostolum, hom. 42. in Mat. Jacobum Alphæi fuisse lapidatum à Judæis, hom. 33. Jacobum Alphæi & Judam Thaddæum fuisse fratres. Rursus Hieron. lib. 2. contra Pelagian., & Epiphan. epist. ad Joan. Jerosolymitan., & hæresi 29. dicunt eum Apostolum: ita Suarez 3. p. q. 28. ab artic. 1. usque ad 3., disput. 5. Sect. 4.; S. Hesichius à Photio Codice 275. relatus, Apostolorum præsidem. Clemens Epist. 1. ait, eum à Christo immediatè ordinatum, uti & Dorotheus in Synopsi. In vetusto Martyrologio Arabo-Ægyptio latinè translato ponitur titulus: Certamen Sancti Apostoli Jacobi fratris Domini. Tom. 2. auctarii Græco-Latini extat ejus Missa sub hoc titulo: S. Jacobi Apostoli & fratris Domini Missa. Atta-

Attamen inter alia, in contrarium adferuntur, libri recognitionum Clement. Papæ, & lib. 2. Constit. cap. 52., & lib. 6. cap. 12. & 14. Ast illos apocryphos censerî, scribit Suar. cit., hos non in omnibus integros & incorruptos; similiter Baron. cit. Tum Nicephorus (ex Niceta florente sæculo 9.) hist. Eccles. lib. 2. cap. 40., ubi *Jacobus Alphæi ex 12. illis unus scribitur crucifixus Ostracinæ*, Gregor. Nyssen. orat. 2. de Christ. resurrect. versùs fin., Epiphan. hæresi 79., Theodoret., qui in Psal. 67. habet: *Matthæus & Jacobus dicti sunt habitasse in Capharnaum*. Chrysof. hom. 33. in Mat., Matthæum & Jacobum facit *Publicanum* (verùm Chryf. & Epiphan. pro nobis sunt suprâ) vetus Synaxarium Græcum Ecclesiæ Constantinop. scribit, *Apostolum Jacobum Alphæi, fratrem Matthæi Publicani, & tandem crucifixum*. Simile habet vetus Menologium Jussu Basilii Porphyrogeniti Imperat. vulgatum sæculo 10.; at variat in morte, dicens scipionibus interemptum: quin & ibid. titulus extat: *Certamen Apostoli Jacobi fratris Christi*. Cæterum Suarez cit. ait, autores Græcos hîc non esse magnæ autoritatis.

Quidni dicatur tertius quidam Jacobus, frater Germanus Matthæi seu *Levi Alphæi* Marci 2. v. 14. (qui nimirum Pater Alphæus alius sit, quàm Alphæus seu Cleophas, Pater Jacobi, appellati fratris Domini) qui cum Matthæo fratre habitaverit Capharnai, fueritque Publicanus, vocatus fuisse Apostolus, non quidem unus è numero duodecim, sed extra (sicut Paulus, Barnabas, simileve) vel vir fuisse Apostolicus, fortè unus ex 72. Christi Discipulis, qui post peregrinationes varias & prædicationes fuerit crucifixus?

v. 4. *Simon Chananæus*, etiam Lucæ 6. v. 15. *Zelotes* dictus, ab urbe Cana in Galilæa, unde oriundus, quæ hebraicè *zelum* significat, Hie-

ron. *Judas Iscariotes*, à vico Iscarioth in tribu Ephraim prope Samariam, Hieron. Vocationis ordinem, omniumque nominum etymon dat à Lap. hïc. Porro, *omnes isti Galilæi sunt*, Actor. 2. ψ . 7. excepto Judâ Iscariote.

ψ . 5. *In viam gentium*, id est ad gentes, *ne abieritis, & in civitates*, græcè, *in civitatem*, ullam nempe, *Samaritanorum*, qui Judaicam religionem gentilium ritibus miscebant, *ne intraveritis*, nunc scilicet prædicandi causâ: Evangelium enim ex Dei ordinatione prius annuntiandum erat Judæis, quàm gentibus, Act. 13. ψ . 46.

ψ . 8. *Gratis*, id est sine pretio & liberaliter, *accepistis*, potestatem prædicandi & miraculorum; *gratis date*, sine pretio & simonia, ac liberaliter, ubi ad persuadendum necessarium aut utile judicaveritis: solemus enim, quæ gratis accepimus, largiùs impertiri.

ψ . 9. & 10. *Nolite possidere, &c. non per amferendis eduliis; neque duas tunicas*: non vetat duabus tunicis simul indui, si frigus aut ratio postulet, Hieron.; nam & ipse iis indutus fuit, Joan. 19. ψ . 23.: sed ex sollicitudine futurorum plures habere res ac vestes, quàm præsens moralis postulet necessitas. Idem proin vult Marcus ψ . 9. dicens: *ne induerentur duabus tunicis*. Similiter Maldonatus intelligit illud, *neque calceamenta*. Alii putant, ipsis tunc vetuisse calceos, qui nempe totum pedem tegerent, voluisseque Marci ψ . 9. sandaliis esse contentos, quæ soleæ erant plantam pedis munientes. *Neque virgam*: at Marcus ψ . 8. virgam concedit: R. cum Maldon., Evangelistas non verba Christi numerâsse, sed sensum exhibuisse, significantes, Dominum Apostolis præcepisse, ne quid haberent, præter ea quæ pauperibus essent in præsentem moraliter

usum necessaria; quod Matt. significat dicens, *neque virgam*, quam alioqui etiam pauperrimi habent: Marcus idem significat dicens, *sed virgam tantum*: qui enim virgam tantum habet, pauper est: sic Jacob Genes. 32. pauperem se fuisse in transitu Jordanis significare volens, ait: *in baculo meo transivi Jordanem istum*. Verbo; ut expeditius prædicent regnum Dei, jubet non esse sollicitos de ipso victu & vestitu: & ut habet Ambros. lib. 6. in cap. 9. Lucæ, *qui evangelizat Regnum Dei, subsidii secularis adminicula non requirens, fideque tutus, putet sibi quod minus ea requirat, magis posse suppetere*. Ratio sequitur; *dignus est enim operarius cibo suo*, quem essent accepturi ab iis, quibus prædicarent. Huic ergo Evangelicæ paupertati non repugnat moderata cura: nam & ipsi Apostoli, saltem in communi, loculos habuerunt, Joan. 12. *ψ. 6*. Primi Fideles Act. 4. & 5. facultates suas offerebant Apostolis, ex quibus ipsi cæterique omnes vivebant: Paulus labore manuum suarum, faciendo tabernacula, se suosque sustentabat; & 2. ad Timoth. c. 4. *ψ. 13*. ait: *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas*. Aug. 2. de consensu cap. 30. *virgam tantum* apud Marcum concessam, figuratè ac moraliter explicat de potestate à Christo accepta vivendi ex ministerio Evangelii: *virgam autem apud Mat. & Luc. negatam, de virga propria & reali*.

ψ. 11. 12. 13. Interrogate, quis in ea dignus sit, vestro hospitio, & prædicatione, magisque dispositus, dexterè insinuando & intelligendo etiam ex incolis, Hieron. & ibi manete, donec exeatis: quod in Missione 72. Discipulorum clariùs exprimit Lucas cap. 10. nolite transire de domo in domum: ne scilicèt inconstantes, & melioris

mensæ appetentes videamini, cum prioris hospitis offensione, Chryf. *Pax huic domui*; votum est omnis boni salutaris convenientis. *Et si fuerit quidem domus illa digna*; Lucas cit. *Si ibi fuerit filius pacis, amanter vos hospitio recipiens, cupidusque dictæ pacis, veniet pax vestra super eam*; Lucas, *requiescet super eum pax vestra*, id est, omnia illa bona, quæ vovistis, reipsâ illi evenient. *Si autem non fuerit digna, sive, ut Lucas, si ibi non fuerit filius pacis, pax vestra illa rejecta, aliis communicanda, revertetur ad vos, in conscientia rectè facti oblataque salutis; ut & proin ex eo non turbemini.*

ŷ. 14. *Excute pulverem de pedibus vestris*: Marcus ŷ. 11. addit: *in testimonium illis, nempe rebellionis Evangelio, & condemnationis eorum in die Judicii, ut sequitur ŷ. 15.*

ŷ. 16. *ECCE EGO mitto vos, qui liberare possim, & juvare*: vim verbis, & discipulis animos addit, Chryf., Theophyl., Euthym. *Estote ergo prudentes sicut serpentes, qui acutum vident, pericula cavent, reliquo corpore patientes caput tegendo tuentur. Serpens symbolum prudentiæ, quâ Apostoli ŷ. 17. jubentur perspicaciter cavere ab hominum insidiis, multa passuri Christum fidemque tamquam caput servare. Et simplices sicut columbæ, inermes, mansuetæ, innoxæ, ut sint instructi sapientiâ simplici.*

ŷ. 19. & 20. *Nolite cogitare, &c.*, sci icèt anxie & sollicitè; Græcè enim est, *μὴ μετὰ λύπης, ne anxie mini.* *Non enim vos estis, qui loquimini, id est non tam vos, vel ex vobis; sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*; haud dubiè enim Apostoli loquebantur; nam & præmittitur, *dabitur enim vobis in illa hora, quid LOQUAMINI.*

ŷ. 21. &c. *Prædicat persecutiones ipsis suisque*

posteris eventuras, etiam à consanguineis, & contra eas animat. *ŷ. 23. Non consummabitis civitates Israël, eas convertendo ad Evangelium, donec veniat filius hominis, ad extremum iudicium,* Hilar., Maldon. Significat longum laborum & tolerantia tempus, simulque perstringit incredulitatem Judæorum duraturam ad finem mundi, quando reliquæ eorum civitatesque consummandæ salvæ erunt.

ŷ. 25. Si Patrem-familias Beelzebub vocaverunt. Ità legendum (non verò cum Græcis Codicibus, Theophyl., Euthym., Vatablo, *Beelzebub*) quia sic habent Codices Hebræi, Chaldæi, Syri, Arabici, Hieron., & alii passim; sic etiam Septuaginta 4. Reg. c. 1. legerunt; ubi & *Beelzebub* vertunt *Deum muscam*; Hebraicum enim *Zebub*, teste Hieron., *muscam* significat; sive quòd istud Accaronitarum idolum caput muscæ haberet, aut invocaretur contra pestiferas ibi muscas, sive quòd ex asperso victimarum sanguine muscis abundaret. Judæi autem principem dæmoniorum irrisionis vel etiam abominationis causâ *Beelzebub* vocârunt. Christum itaque non tantum præstigiatores c. 12. *ŷ. 24.*, qui in *Beelzebub* principe dæmoniorum ejiceret dæmonia; sed etiam ipsum esse dæmonem *Beelzebub* invidi blasphemârunt.

ŷ. 34. Non veni pacem mittere, mundanam: quæ enim pax virtuti ad vitia? cum cæteroquì sit Deus veræ pacis animæ, Hieron., Chryl.; *sed gladium spiritualem Evangelii, contra peccata, & quo futurum est, ut boni à malis & infidelibus, etiam parentibus, separentur, ut sequitur ŷ. 35. & 36.; & hoc sensu dicitur: inimici hominis domestici ejus, infideles, perversi, adversarii in via Dei, Greg. hom. 37. in Evangelia.*

ŷ. 39. Qui invenit animam suam, (Græcè est

in præterito ὁ ἐνεών) subintellige, *in hoc mundo*, ut alia occasione Joan. 12. ὕ. 25. addit; ubi, sicut & Matt. 16. ὕ. 25., Marci 8., ὕ. 35., Luc. 9. ὕ. 24. & 17. ὕ. 33. quoad sensum eadem habentur. Sensus est: qui fugiendo mortem aut alia mala temporalia, negatione nominis mei seipsum quaesierit servare, & temporaliter sic quasi invenerit, perdet seipsum in æternum: qui autem contrarium fecerit, animam suam, id est seipsum, pro me exponendo, *inveniet eam*, servabit seipsum in æternum; per synecdochen sumendo *animam* pro toto homine; quomodo sumitur 3. Reg. 1. ὕ. 12. vel cum Maldon. vox *animam* eleganti amphiboliâ prius sumitur pro vita, ut sæpius in Scriptura, posterius pro ipsa anima. Disrumpit hic Christus perversum amorem sui, etiam usque ad mortis contemptum: alioqui enim hoc non esset amare se, sed odisse, non invenire, sed perdere: dicente etiam Aug. tract. 15. in Joan. *Si malè te amaveris, tunc odisti; si benè te oderis, tunc amasti.*

ὕ. 41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, id est, quia Propheta est, mercedem Prophetæ accipiet*: docetur, quod ratione circumstantiæ qualitatis personæ, cujus intuitu fit opus misericordiæ, diversum accedat meritum, Chryf., Greg. hom. 20. in Evang. sicque S. Ignat. Epist. ad Smyrnenf. Scribit: *qui honorat vincitum Jesu Christi, Martyrum mercedem accipiet.* Vox *Mercedem* urit hæreticos: sed & considerent illud 1. Cor. 3. ὕ. 8. *unusquisque secundum suum laborem propriam mercedem accipiet*; adedque non tantum post, sed & propter laborem majorem vel minorem dari majus vel minus præmium & mercedem: & discant à Theologis Catholicis, quo diverso sensu vita æterna *hereditas* dicatur, & *merces*, de quo cap. 25. ad ὕ. 35.

CAPUT XI.

Legatio Joannis ad Christum, testimonium Christi de Joanne, Judæorum infidelitas reprehensa, Luc. 7.

Vers. 1. *Cùm consummasset Jesus præcipiens duodecim Discipulis, Græcè, cùm consummasset ordinare, διατάξαι, partim præceptis, partim consiliis, transiit inde, separans se ab Apostolis seorsim missis Evangelizare; Chryf. (in qua missione quid ipsi fecerint, tacet Mat.; tangit Luc. c. 9. v. 6. & Marc. c. 6. v. 12) ut doceret & prædicaret civitatibus eorum, nempe Judæorum, Euthym., Beda, Maldon.*

v. 2. Joannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, ex Discipulis suis, nempe Joannis, ut habet Luc. v. 18., non diu ante suum Martyrium, Chryf., Hieron.; unde, inquit à Lap., liquet esse hysterologiam; & quæ hic narrat Mat. contigisse ante Missionem Apostolorum, quam dat cap. 10. anno ætatis Christi 32., qui fuit prædicationis secundus.

v. 3. Ait illi: tu es qui venturus es, Messias prædictus à Prophetis; an alium expectamus? Non quòd ipse dubitaret (ut perperam vult Tertul.) de quo jam antè in Baptismo cognito clarissimum dederat testimonium, Joan. 1. Ecce Agnus Dei, &c. sed quòd Discipulos suos Christo invidentes voluerit instrui, & ad eum perducì, Hilar., Chryf., Hieron. Quarè & prudenter legationem hanc in se suscepit, quasi ipse peteret, ut liberiùs discipuli interrogarent, quòd ità ex se non fuissent ausi.

v. 5. Pauperes Evangelizantur: εὐαγγελίζονται, passivâ significatione; prout & sumitur ad Hebr. 4. v. 2., & 1. Petri 1. v. 25., & 4. v. 6. Respicit ad

Isaiæ cap. 15. & 61., quæ Christus hîc impleri indicat. Non apertè respondet, se esse Messiam, sed tacitè, dicens: *euntes renunciate, &c.*, ne scandalizarentur Zelatorès sui Magistri, & Christi invidiâ laborantes, Chryf. ; & vide Joan. 3. ad v. 25. & ità eisdem notat dicens v. 6. *Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me*, Chryf. & Hieron. item generaliùs, *quia futura erat crux plurimis scandalum*, inquit Hilar.

v. 11. *Non surrexit inter natos mulierum Major Joanne Baptistâ* : quia in Elia figuratus, promissus ab Angelo, miraculo conceptus, sanctificatus in utero, Propheta Christi, etiam antequàm natus, & v. 9. & 10. *plus quàm Propbeta*; *hic est enim, de quo scriptum est* (Malachiæ 3.) *ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te*; Baptismi pœnitentiæ institutor, primus prædicator regni Dei, Baptista Christi, quem & divinitus agnitum digito monstravit, amicus sponsi, ab eximia sanctitate, constantiâ, vitæ asperitate, etiam hîc, à Christo laudatus; hæc enim elogia ipsi dant Sacræ Paginæ. Certè Hieronym. & Chryf. hîc, Tertul., Cyril. Jerosolymitan. & Alexandrin., Ambros., Aug., Hilar., Maximus apud Maldon. id de sanctitate Joannis intelligunt; quibus cedant interpretes hæretici, id de solo officio ac dignitate Joannis comparativè ad veterum Prophetarum officium dignitatemque interpretantes. Nec obstat Deuter. ult. v. 10. *Non surrexit ultra Propbeta in Israël sicut Moyses* : quia 1. id intelligitur de portentis Ægyptiacis; Joannes autem in aliis jam dictis ipso fuit major. 2. Joannes dicitur *plus quàm Propbeta* : cùm & antiquis Prophetis tantùm datum fuerit Christum à longè quasi salutare. Verùm, an ergo Joannes major vel æqualis Christo & B. V. ? R. Nega-

tivè; quia intelligi potest de natis mulierum lege ordinariâ, sive sub peccato originali, sub quo Joannes fuit natus in utero: adde, quod Christus non sit natus *mulieris*, sed *Virginis*, ut notant Hieron., Ambros. lib. 5. in Lucam, Beda, Theophyl. Putat Maldon. comparationem tantum hic fieri cum Prophetis Veteris Testamenti; quia Lucas v. 28. addit *Propheta*, dicens: *major inter natos mulierum Propheta Joanne Baptista nemo est.* Verum vox *Propheta* non excludit alios *natos mulierum*, de quibus hic Matthæus.

Qui autem minor est in Regno Cœlorum, major est illo. Seipsum significat Christus, quasi dicat: *qui minor est ætate, prædicatione regni, vestra opinione; ita Aug. tract. 13. in Joan., Chrysof., Euthym., Theophylact. major est illo, Joanne, de quoutique loquitur in præcedentibus & sequentibus; & indicat particula autem connexiva, & respectiva ad immediatè præcedens, ne putaretur Christus dixisse Joannem esse se majorem.*

v. 12. *à diebus autem Joannis Baptiste usque nunc Regnum Cœlorum, antè minùs, nunc magis notum, & à pluribus concupitum, vim patitur.* Luc. 16. v. 16. *ex eo Regnum Dei Evangelizatur, & omnis in illud vim facit, passim magis quàm antè, pugnans contra vitia, &c.* Chryf., Hieron., Greg. hom. 20. in Evangel.

v. 13. *Omnes ENIM Prophete & lex usque ad Joannem prophetaverunt, Christum esse venturum, quem Joannes monstraret præsentem Messiam, Hieron., Chryf., Beda, Euthym., à quo scilicèt tempore Regnum Cœlorum vim pateretur, ut indicat particula connectens enim.*

v. 14. *Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est, non in persona; hoc enim Joannes ipse de se negaverat, Joan. 1. v. 21., sed simili-*

tudine Officii, vitæ austeritate ac zelo : sicut enim ante secundum adventum præcursor meus erit Elias, qui Judæos ad veram fidem adducet, Malach. 4. *ψ* 5. & Mat. 17. *ψ*. 10., sic Joannes Bapt. idem facit in hoc primo meo adventu, si velitis recipere, seu credere, quod vobis liberum est; Chryf.

ψ. 15. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Audire, hîc idem videtur quod intelligere & obedire : innuit ergo Christus, non omnes qui habent aures, habere aures audiendi, sive non omnes se præbere dociles & obedientes. Putant Hieron. & Chryf., hoc dici ut excitaret attentionem, & ad investigandum illud quasi ænigma, quòd Joannes sit Elias.

ψ. 16. &c. *Similis est pueris, &c.* Theophyl. in cap. 7. Lucæ, & Cyril. hîc in Catena S. Thomæ, refert, usitatum apud Judæos fuisse puerorum lusum, quo in duos Choros divisi, hi flerent, illi tibiâ canerent, ut alii alios ad planctum aut saltum permoverent. Hâc sive verâ, sive excogitatâ similitudine Christus arguit Judæos, quibus tamquàm pueris dici possit; *cecimus vobis, & non saltastis; lamentavimus vobis, & non planxistis*: quia divina sapientia omni modo, nunc per prædicationem Joannis pœnitentis, & austeræ ejus vitæ exemplum, quæ velut planctus quidam erant, nunc per Christi affabilem & communem vitam, qui velut cantus, illos frustra ad salutem permovère tentaverat, Hieron., Chryf. & explicat Christus ipse apud Lucam.

ψ. 19. *Et justificata est sapientia à filiis suis.* Lucas addit, *ab omnibus filiis suis.* Sensus est, hunc Christi sermonem ejusque sapientiam tamquàm justam approbatam, & laudatam esse ab omnibus audientibus, qui verè sapiebant: quod confirmatur ex Luc. *ψ*. 29. ubi dicit: *& omnis*

populus audiens, & publicani justificaverunt eum: de Pharifæis autem additur: *consilium Dei spreverunt in semetipsis*. Vel sic: sapientia, ex ista similitudine desumpta à filiis seu pueris suis ita ludentibus in foro, iusta declarata est.

ψ. 21. & c. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethzaida: quia si in Tyro & Sidone, gentilium urbibus in vicina Palestinæ Phœnicia, factæ essent virtutes, non tantum miraculorum, utpote quibus solis sine interna gratiæ virtute pœnitentia agi non potest, sed etiam internarum gratiarum, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent; iisdem proin illis entitativè gratiis, quæ, quodd in vobis effectu careant, solis vobis ipsis gratiæ resistentibus est imputandum.* Hinc habetur 1. eisdem entitativè auxiliis quandoque non converti unum, quibus alius, si darentur, convertendus esset. 2. Ob ea quæ sub certa conditione rectè aut perperam facienda cognoscit Deus, non conferri gratiam, præmium aut pœnam: aliàs enim Tyrii & Sidonii essent salvandi, qui conditionatè sub gratia credituri cognoscebantur & benè operaturi; ut rectè Aug. lib. de dono persever. cap. 9. & 10. contra Semipelagianos falsò contendentes, gratiam dari propter bonum usum gratiæ conditionatè prævisum. 3. Dari in Deo cognitionem certam futurorum liberorum conditionatorum, etiam merè talium: quia Christus certò asseverat, pœnitentiam illos acturos fuisse, si &c.; quam tamen numquàm egerunt aut agent, utpote numquàm positâ conditione. Nec obstat ψ. 23. *Si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, FORTE mansissent in hanc diem.* R. Enim cum S. Aug. tract. 37. in Joan. : "Ille, qui omnia scit, quando dicit, *forfitan*, non dubitat, sed increpat. Dubitationis verbum est, quando dicitur ab homine

"idèd dubitante, quia nesciente: quandò verò
 "dicitur à Deo verbum dubitationis, cùm Deum
 "nihil utique lateat, illâ dubitatione *arguitur* in-
 "fidelitas, non opinatur divinitas., & Hieron. in
 Jerem. cap. 26. : "Verbum ambiguum, *forsitan*,
 "majestati Domini non potest convenire; sed
 "nostro loquitur affectu, ut liberum homini ser-
 "vetur arbitrium, ne ex præscientia ejus, quasi
 "necessitate vel facere quid, vel non facere co-
 "gatur., Itaque *rò fortè* non cadit supra actum
 scientificum Dei, sed supra objectum *fortè*, id
 est contingenter & liberè ponendum, si &c. Porro
 scientia hæc dici potest *Media*, scilicèt inter scien-
 tiam Dei *simplicis intelligentiæ*, quæ est de obje-
 ctis possibilibus, sive ea aliquando extitura sint,
 sive non; & inter *scientiam visionis* de objectis
 aliquando simpliciter & absolutè futuris. Scien-
 tia autem *Media* præcisè est de objecto, non sim-
 pliciter & absolutè, sed secundùm quid, seu sub
 conditione futuro; quod dicit aliquid plus, quàm
possibile, & aliquid minus, quàm *absolute futu-*
rum: cùm constet, veram esse posse (utì hic
 actu est vera) propositionem de futuro conditio-
 nato libero, etsi numquàm sit absolutè futurum.

¶. 22. Sicut Christus dixerat cap. 10. ¶. 15. ità
 hic, *Tyro & Sidoni*, & ¶. 24. *Terræ Sodomorum*
remissius erit in die judicii: non quòd hi plura
 fortasse, & majora peccata non habuerint: sed,
 ut patet ex textu, quòd ipsis non fuerit prædica-
 tum Evangelium, factæque virtutes, quas in se
 factas Judæi contempserunt; unde respectivâ hæc
 comparatione Judæi ipsis sunt culpabiliores; Hil-
 lar., Hieron., Beda, Theophyl.

¶. 25. *In illo tempore respondens Jesus dixit*,
 id est orsus loqui, vel loquens, Euthym. *res-*
pondere enim hic, & in similibus alibi, per he-
 braïsinum sic sumitur juxta Maldonat. nisi dica-

tur referri ad aliquid interius, vel etiam non scriptum; uti hic ad colloquium interius Patris, cui respondet Christus. Similiter cap. 28. *ψ. 5. Respondens Angelus mulieribus*, cum hæc prius nil legantur fuisse locutæ; respondit nimirum earum cogitationibus in animadverso timore & admiratione.

ψ. 27. Nemo novit filium nisi Pater, &c. An ergo Spiritus S. non novit filium? Cum tamen 1. ad Corinth. 2. dicatur: *Nemo novit, quæ Dei sunt, nisi Spiritus Dei.* *℞.* Non excludi personas divinas, sed creaturas, quarum nulla Patrem & Filium novit, nisi revelante Filio, quo revelante, etiam revelat Pater & Spiritus S.; cum omnes operationes ad extra tribus personis sint communes; ita Aug. lib. 6. de Trinit. cap. 9., Cyril., S. Thom. cæterique PP. & Scholastici.

ψ. 28. Venite ad me OMNES qui laboratis, nemine excepto; qui fatigati estis 1. pondere & gravi jugo Legis Veteris, Hieron., Theophyl. 2. Pondere peccatorum, Chryf., Hieron., Aug. 3. *Ærumnis & molestiis hujus vitæ.*

ψ. 29. & 30. Discite à me, experimento, quia mitis sum & humilis corde, non gravis jugi Dominus: *jugum enim meum suave est, & onus meum leve*; 1. præ jugo peccati, de quo Sap. c. 5. *lassati sumus in via iniquitatis*, Psal. 37. *iniquitates sicut onus grave gravatæ sunt super me.* Isaiæ 48. *non est pax impiis.* 2. præ jugo V. L., quod Act. 15. *neque Patres nostri, neque nos portare potuimus*, inquit Petrus. 3. Ob gratiæ & charitatis abundantiam, quâ facilius & fructuosè feruntur vitæ molestiæ, & leve fit, quod alioqui grave est naturæ corruptæ; dicente Aug. serm. 9. de verbis Domini: *una cum opere Spiritus datur, qui adjuvat infirmitatem.*

CAPUT XII.

Discipulos spicas Sabbato vellentes excusat, Marc. 2.
 Luc. 6. *Curatio manûs aridæ*, Marc. 3., Luc. 6.
Et daemioniaci cæci ac muti, Luc. 11. *Blasphem-
 ia Phariseorum*, peccatum in Spiritum S.
 Marc. 3., Luc. 11. *Signum Jonæ Propheta*,
 Luc. 11. *Mater & fratres Jesu*, Marc. 3.,
 Luc. 8.

Vers. 1. *Abiit Jesus per sata Sabbato*. Lucas
 addit, *secundo primo*, id est Sabbato Pente-
 costes; quia inter tria prima, seu præcipua Judæo-
 rum Sabbata sive festa, Paschatis, seu Azymorum,
 Pentecostes, seu Primitivorum, & scenopegia, seu
 Tabernaculorum secundum esset; mense majo,
 utpote tunc maturâ segete, nondum Mefsâ se-
 cundum Maldon. & à Lap. qui & putat, postridiè
 quidem festi Paschatis Judæis cœpisse messem hor-
 dei, cujus *spicarum Manipulus* eo die esset offe-
 rendus; aliarum autem segetum Festo Pentecostes.
 Verùm 1. an tanto Festo, Pentecostes, licebat fal-
 cem mittere in segetem, & conficere *panes pri-
 mitiarum* frugum, qui Levit. 23. à ψ . 15. hoc die
 offerri debebant? 2. Ex Levit. 23. à ψ . 10. & 15.,
 ac Deuteron. 16. ψ . 9. habetur absolutè & simpli-
 citer messis inchoari solita postridiè Paschatis, sive
 ipso die Manipulorum. Dicendum igitur cum Ti-
 rino, hîc intelligi *primum* Sabbatum ordina-
 rium à *secundo* die Azymorum, sive à die Mani-
 pulorum; à quo usque ad Pentecosten numeran-
 dæ erant septem hebdomadæ plenæ, & conse-
 quenter septem Sabbata, hoc ordine & his nomi-
 nibus, Sabbatum *secundo primum* (quo hîc spi-
 cas vellerunt Discipuli) *secundo secundum*, *se-
 cundo tertium*, *secundo quartum*, *secundo quin-*

ates excusat, Marc. 3. Luc. 11. Blasph. in Spiritum. Jone Prophe. Jesu, Marc. 1. Sata Sabbato. Luta d est Sabbato Pent. seu præcipua Judæ. natis, seu Azymorum, & scenopegiæ, le. esset; mense mayo. nondum Melsâ fe. ni & putat, poltrid. ce pisse melsam hor. uo die esset offe. Festo Pentecostes. ostes, licebat fal. panes pri. 23. à v. 15. hoc di. 23. à v. 10. & 15. ar absolutè & simp. stridie Paschatis, in. ndum igitur cum T. Sabbatum ordin. um, sive à die Ma. Pentecosten numer. & con. adz plenæ, & con. hoc ordine & his no. primus (quo h. s. secundo secundum, de. quartum, secundum

IN CAP. XII. MATTHÆI. III

tum, secundo sextum, secundo septimum : si-
cut nos jam computamus post Pascha Domini-
cam primam, secundam, tertiam, quartam, quin-
tam, sextam, septimam. Huc proximè accedit
Epiphanius hæresi 51. intelligens, septimum diem
Azymorum *secundò primum* appellatum, quia,
ut est Exodi 12. v. 16., & Levit. 23. v. 8., cele-
britate par aut major erat quàm *primus*, *secundo*
tamen ab eo erat loco; quo proin, sicut nec me-
tere, ità ex opinione Phariseorum nec spicas vel-
lere & fricare Discipulis licebat. Marcus v. 23.
scribit : *factum est iterum* ; non quòd *iterum* Sab-
bato spicas vellerint Discipuli ; sed quòd inde
Pharisei causam sumpserint *iterum* arguendi Chri-
stum, Maldon.

v. 2. *Dixerunt ei.* Lucas refert, Phariseos
discipulis dixisse. R. Utrumque factum ; quin &
verosimilius, ut fit, inter se quosdam obmur-
murasse.

v. 3. *At ille dixit eis : non legistis*, vos qui
scientiã legis inflati me, meosque discipulos ar-
guitis, *quid fecerit David, quando esuriit, &*
qui cum eo erant ; in necessitate licitè comeden-
tes, solis alioquì Sacerdotibus licitos, panes pro-
positionis ? Dedit enim David etiam sociis man-
ducandos, clarum est ex Marco & Luca. At,
inquires, quomodò 1. Reg. 21. Achimelech Sa-
cerdos rogat Davidem, *quarè tu solus, & nul-
lus est tecum ?* R. Quia socios habebat, non tunc
quidem præsentis, sed, ut est ibid. v. 2., certo
loco condictos. Porro Marc. id contigisse ait
sub Abiathar Principe Sacerdotum : Respondet à
Lap. cùm Salmer. & Franc. Luca, tam Achi-
melech patrem, quàm Abiathar filium fuisse bi-
nomium, & utrumque nunc vocari Abiathar,
nunc Achimelech, ut habetur ex 2. Reg. 8. v.
17. 1. Par. 18. v. 16, & c. 24. v. 6. Primum hoc

est argumentum; quasi concludat Christus: ergo licet in necessitate discipulis sabbato vellere spicas, & manibus fricare ad victum. Secundum argumentum est ψ . 5. tertium ψ . 6. quartum ψ . 7. quintum ψ . 8. sextum addit Marc. ψ . 27.

ψ . 5. &c. *Sabbatis Sacerdotes, &c.* quasi dicat, si Sacerdotes in ministerio templi faciunt opera servilia sabbatis, maciando, excoiando, purgando animalia, & sine crimine sunt, quia Deus, Dominus templi & sabbati hoc permittit; quid ni discipulis meis id liceat, ut mihi ministrent, & valeant salutem animarum vacare, qui etiam sum templo major, ut sequitur ψ . 6. (ubi nota, $\tau\delta$ hic sumi adverbialiter; græcè enim est $\omega\delta\delta$;) & Dominus etiam sabbati, ut ψ . 8. & ut addit Marc. ψ . 27. *sabbatum propter hominem factum est*, cujus à me meisque procuranda salus prævalet prætenso cultui sabbati; quo etiam sensu apud Matt. ψ . 7. dicit: *Misericordiam volo, præfero, in curando animas & corpora miserorum, & non sacrificium.*

ψ . 9. &c. *Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum: & ecce homo habens manum aridam*, Luc. addit *dextram*, qui & hoc in alio sabbato contigisse ait, quàm de quo hic à ψ . 1. Aug. 2. de consensu Evangelist. cap. 35., Euthym. *Et interrogabant eum, dicentes: si licet sabbatis curare? Ut accusarent eum, vel impotentiam, aut imisericordiam apud vulgus, si negasset; vel violationis sabbati, si, quod expectabant, affirmasset.* Christus solvit interrogationem, ipsos pariter, etiam ut narrat Marc. & Luc., interrogando universim, *licet sabbatis benefacere*, quale esse inquit hominem curare, *an malè*, non succurrendo proximo, dum quis facilè potest? *Animam salvam facere*, id est hominem, inquit Aug., totum à parte significando, *an perdere*, modo jam dicto?

dicto? Quo sensu habet Aug. *si hominem non pavisti, occidisti*. Potenter autem Christus, sed & prudenter ad elidendam, quam Pharisei formare potuissent, accusationem, non aliquid operando, sed solo verbo jussæ extensionis manum aridam curavit.

ψ. 17. &c. *Ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem: ecce puer meus, quem elegi, secundum humanitatem: id est Christus omnes curando, vetando miracula sua vulgari, cedendo Phariseis, ne magis exacerbarentur, ut est ψ. 15. & 16. fecit, ut impleretur prophetia Isaia 42. prædicentis, eum fore non vindictâ promptum, non contentiosum, nec clamorifera contra adversarios, quorum aliorumque animos debiles & quassatos non confringet, nec extinguet adhuc aliquanto igne fumigantes, quem potius accendi cupiet; sed humilitate, mansuetudine, beneficentiâ in omnes conspicuum. Porro Matt. hîc non Prophetiæ verba, sed sensum citavit.*

ψ. 20. *Donec ejiciat ad victoriam iudicium.* Id est, donec efferat seu proferat iudicium illud novissimum, quo inimicos suos vincat, ut Aug., vel etiam, donec efficiat, ut illud iudicium verum, seu Evangelicum, quod nuntiando protulit, & cui mundus magnoperè reluctabitur, ubique vincat & obtineat, Irenæus lib. 3. contra hæres. c. 11., Tirin.

ψ. 22. *Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus, solo maleficio dæmonis, Chryl., Theophyl. Lucas 11. tantum dicens mutum, non negat fuisse cæcum, Aug. de consensu lib. 2. cap. 37. Hîc applica dicta de curatione dæmoniâci muti cap. 9. ψ. 32. : si tamen hîc fuerit naturâ vel infortunio cæcus, & à nativitate mutus, vel insuper sic surdus, tunc in uno erunt qua-*

tuor vel quinque miracula ; nempe ejection dæmonis, curatio visûs, linguæ, vel etiam auditûs, & infusio notitiæ idiomatis.

¶. 26. *Si sathanas sathanam ejicit.... quomodo stabit regnum ejus ?* Atqui per magicas incantationes subinde dæmon unus ab alio fortiori pellitur : quomodo ergo concludit argumentum Christi ? R. Id numquam fieri, nisi sufficienti spe alterius mali majoris, aut compensativi homini inferendi : Christus verò, in omnibus irreprehensibilis, miracula dæmonumque ejectiones, & quidem tam frequentia & constantia operabatur in confirmationem cœlestis suæ doctrinæ, quâ ad virtutem & æternam beatitudinem invitabat : ergo fieri non poterant per diabolum ; quia hic sibi fuisset contrarius, & dominatum in homines, quem stabilire in interitum nititur, ea faciendo pessumdedisset.

¶. 27. *Et, si ego in Beelzebub ejicio demones, filii vestri in quo ejiciunt ?* Atqui hi in nomine meo ejicientes dæmonia, non ejiciunt in Beelzebub ; ergo nec ego hæc aliaque patrans in nomine & virtute propriâ. *Ideo ipsi judices vestri erunt*, condemnantes vos in judicio, quòd mihi præ illis tantam infertis blasphemiam. Apostoli hic ab Hilario, Chryf., Theophyl., Euthym. intelliguntur *fili*, id est, de gente Judæorum. Abulensis, Tolet., Franc. Lucas, à Lap. per filios Judæorum intelligunt Exorcistas Judæorum, de quibus Actor. 19. ¶. 13. & 14., & quos per Salomonem institutos traditâ exorcizandi arte, refert Joseph. lib. 8. antiquit. cap. 2. ; ex quibus aliisve Judæis, aliquos subinde ejecisse dæmones in nomine Jesu, colligitur ex Lucæ 9. ¶. 49.

¶. 29. *Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, &c.* Similitudo est à duobus bellicantibus pro eadem arce, quam alter tenet, al-

IN CAP. XII. MATTHÆI. 115

ger occupare contendit; ex qua probet, se dæmone fortio-rem suâ virtute illum superare: cùm enim domum ejus, id est mundum, in quo ante adventum Christi diabolus dominabatur, ablatis vasis ejus, id est animabus, quas sub captivitate detinebat, diripiat & spoliet, peccatoribus ad pœnitentiam & salutem traductis, sequitur, dæmonem hostem sibi esse, à se domitum & alligatum, non socium & amicum in dæmonum ejectione.

ŷ. 30. *Qui non est mecum, contra me est.* Confirmat dæmonem sibi adversari ex eo, quòd, quorum opera contraria sunt, ipsi sibi contrarientur; opera autem sua & dæmonis contraria esse; cùm, quæ ipse colligit, dæmon dispergat, & avocet à Deo, quos ipse advocat, Hilar., Hieron., Chryf., Beda, Euthym., Theophylact. Item hæc Phariseis applicant Chryf., Theophyl.; Hæreticis & Schismaticis, Cyprian. lib. 3. ad Quirin. num. 86., Ambros. lib. de pœnit. c. 4. Audiant hæc etiam Appellantes, Protestantes, Deliberantes in causa Quesnelli. Aliud est Lucæ 9. *Qui non est adversum vos, pro vobis est*: agitur enim de eo, qui reipsâ cum Apostolis consentiebat in miraculis in nomine Christi, etsi non, ut Apostoli, eum sequebatur.

ŷ. 31. & 32. *Spiritus blasphemia non remittetur*: non quòd absolutè remitti non possit, aut remittatur quandoque; sed (sicut Christus dicit, impossibile esse divitem intrare in regnum cœlorum) quia non nisi valdè difficulter, ob prorsus inexcusabilem criminis enormitatem, voluntatemque in malo obfirmatam, Chryf. Blasphemia in Spiritum S. hîc vocatur, per quam manifesta opera Spiritus S. tribuuntur dæmoni; uti hîc faciebant Pharisei; ita Hieron., Chryf., Athanas. Et sic patet 1. quòd hæc cohæreant cum præcedentibus, ut & patet ex Marco ŷ. 30., *Quoniam*

dicebant: spiritum immundum habet. 2. Quomodo Christus hanc blasphemiam in Spiritum S. distinguat à blasphemia in Filium hominis, quâ aliqui humanâ Christi conversatione offensi, aliqua ejus opera calumniabantur, vocantes eum amicum publicanorum, voracem, vini potatorem, &c. *Non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro*: quod Marcus ψ . 29. utrumque sæculum complexus, unâ voce dicit, *in æternum*.

ψ . 33. & 34. *Aut facite arborem bonam, &c.* ac si dicat Pharisæis: aut sitis arbores bonæ, meæque opera approbate, credite; aut malos vos esse fateamini necesse est, utpote blasphemiam convictos, Aug. lib. 2. de verbis Domini. *Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* In sensu composito actus interni mali, cui respondent sermones externi: vel, non quod absolutè non possint ipsi mali bona loqui, sed quia moraliter & ordinariè *ex abundantia cordis os loquitur*. Vide dicta c. 7. ψ . 18. ex verbis blasphemis exprobrat malitiam Pharisæis.

ψ . 36. & 37. *Omne verbum otiosum*, quod ad nullum morale bonum est utile, *reddent rationem de eo in die judicii*; quantum magis de gravioribus, vestraque blasphemia. *Ex verbis enim tuis justificaberis, &c.* id est, justus tunc declaraberis, vel ad condemnationem injustus. Non dicit *ex solis verbis*, cum etiam cogitationibus & operibus justus fiat homo vel injustus.

ψ . 38. *Volumus à te signum videre*. Lucas ψ . 56. addit, *de Cælo*; quo scilicet probes tua miracula non esse de infernis diaboli, sed cœlitus facta; quasi dicant, ut credamus. Hæc est blasphemia tentatio Scribarum & Pharisæorum.

ψ . 39. *Signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ*. Atqui tamen constat, Christum

post hæc alia dedisse signa. *R.* Non dandum signum nisi Jonæ, quod nempe omnia alia præcedentia signa eminenter contineat & superet; dici etiam potest, to nisi sumi adversativè pro *sed*, ut est ad Galat. 2. *ψ.* 16. ut sensus sit, generationi huic non dabitur jam signum, quod tentans petit, & quasi imperans, *volumus*: sed suo tempore dabitur signum maximum & irrefragabile, mors scilicèt per separationem animæ à corpore, & resurrectio mea, in Jona præfigurata, & quidem huic genti cessurum in ejus condemnationem, de qua *ψ.* 41.

ψ. 40. *Sic erit filius hominis in corde terræ; quoad corpus in sepulchro, quoad animam in limbo Patrum, aliisque locis infernis, unde suos liberavit; Hieron., Chryl., Theophyl., Euthym., Anselm., Iren. lib. 5. c. 31. & vide c. 28. Num. 1. atque hæc est fides Apostolorum & Ecclesiæ; mortuus & sepultus; descendit ad inferos. Item ad Ephes. 4. *ψ.* 9. descendit in inferiores partes TERRÆ: non dicit mundi: Patres dat à Lap. ibid., tum 1. Petri 3. *ψ.* 19. his, qui in carcere erant, spiritibus prædicavit; id est in inferno, juxta Origen. hom. 15. in Genes., Syrum, Athanas., Cyril., Epiphan., Clem. Alexandrin., Justin., Iren., Hieron., Hilar. apud à Lap. hinc; ubi reliquum difficultis textus videri potest explicatum. Prædicavit, id est annuntiavit, communicavit redemptionem, liberationem, beatitudinem, OEcumen., Dionys., Liran., Bellarm., Suarez ibid. Corpus autem in sepulchro, etiam dicitur in corde terræ, phrasi Hebraicâ, sicut Ezechiël. 27. Tyrus dicitur sita in corde maris, cum tamen non procul abesset à littore. Tribus diebus, & tribus noctibus, id est tribus diebus civilibus seu astronomicis, ut vocat Tirin. in Chronico, qui constant luce ac tenebris. (prout & sumuntur Genes. 7. *ψ.* 4. & 12., &*

118 IN CAP. XII. MATTHÆI.

Exodi 24. v. 18.) & à media nocte usque ad mediam noctem hic computantur more Romanorum, quibus tunc suberant Hebræi : qui etiam mos in Christianorum festis & jejuniis servatur : & quia alioqui tres dies & tres noctes mortis & sepulturæ Christi non invenientur. Christus autem hos dies abbrevians, suosque ac mundum festinans exhilarare, fuit in limbo & sepulchro tribus diebus, non integris, sed, secundum Aug. epist. 49. q. 6., & 3. de consensu c. 24., Hieron., Bedam, Theophyl., Suarez 3. p. q. 53. disp. 46. sect. 3. per Synecdochen, sumendo totum pro parte; uno quidem toto die Sabbati, veneris nocte cum parte diei ante solis occasum, Dominico, sive solis à media nocte usque mane; quando juxta communem Ecclesiæ sensum & traditionem resurrexit, de quibus cap. 28.

Dictum est supra: *diebus civilibus, seu astronomicis*: nam dies, quem Tirin. ibid. *naturalem* appellat, constat solâ luce, ab ortu solis usque ad occasum: sicut nox tenebris, ab occasu solis usque ad ortum. Hunc diem Judæi dividebant in 12. horas communes, seu usuales; de quibus Christus Joan. 11. v. 9. *nonne duodecim sunt horæ diei?* Prima hæc hora incipiebat cum ortu solis; duodecima cum occasu terminabatur, incipiebatque prima nocturna, cujus similiter duodecima finiebat cum sequenti ortu solis: ac proin, prout crescebant aut decrescebant dies, diei horæ æstate erant longiores, hyeme breviores; & similiter contrâ horæ duodecim nocturnæ. Alia insuper divisio horarum apud Judæos dabitur cap. 27. ubi de circumstantiis crucifixionis Christi Num. 1.

v. 42. *Regina Austri*, de qua 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. Hæc est Regina è regione Saba, non illa in remota Æthiopia sita, ut tamen volunt Joseph., Aug. ferm. 253. de temp., Nazian., Nys-

fen., Orig., Euthym., & quia Æthiopum sive Abyssinorum Imperator scribit se filium Salomonis; quod Regina Saba ex Salomone conceperit, unde propagati sunt Reges Abyssinorum; quam traditionem confutat Pineda lib. 5. de rebus Salomonis cap. 14., sed à Regione Saba in Arabia felice, ubi abundant Aromata, Aurum & Cameli: ita Hieron., Cyril., Theodoret., Eucherius, Eugubinus, Salmeron, & vide dicta cap. 2.: dicitur autem venisse à *finibus terræ*; quia ipsa est extensa ad usque Mare Indicum, sive Arabicum, teste Nicephoro lib. 8. cap. 35.; unde & vocatur *terra longinqua* Jerem. 6., Isaiaë 43. Notat etiam Menochius in 3. Reg. 10. vocem *Saba*, dum scribitur per *Schiz* Hebraicum, ut cum 70. vertit noster interpret Psal. 71. v. 15., Arabiam significare; cum verò scribitur per *Samech*, Æthiopiam.

Et ecce plus quam Salomon hic; adverbialiter, Græcè ἄδῃ; uti & est v. 41. Modestè & minùs invidiosè, quam si se expressiùs signasset. Ex his patet, non tantùm absolutam in die iudicii, sed etiam respectivam imminere exprobrationem & condemnationem iis, qui post majores gratias acceptas pereunt.

v. 43. &c. *Cum immundus spiritus*. Parabola dæmonis cum aliis septem (numerus certus pro incerto ponitur) spiritibus se nequioribus revertentis in hominem, tamquam in domum, quam antea possederat, & unde exierat, eò tendit, ut ostendat Judæos, qui lege divinâ liberati, ornati, & quasi scopis mundati fuerant ab idololatria & dæmonis cultu, quia divinam gratiam ultrò oblatam rejiciunt, arctiùs possidendos à dæmone; ut jam patet ex eorum in suis superstitionibus pertinaciâ, Hilar., Hieron., Beda: & quia v. 45. ait: *sic erit & generationi huic pessimæ*. Quadrat & Apostatis, & à sanctitate vitæ ad peccatum

delabentibus, dicente etiam Aug. epist. 137., *non sum expertus peiores, quam qui in monasteriis ceciderunt: optimi enim corruptio pessima.* Vide ad Hebr. 6. ψ . 4.

ψ . 46. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce: aded- que Matthæus hoc de Matre & fratribus Jesu consequenti ordine ponit; non item Lucas ψ . 19., qui, post commemoratas quasdam parabolas Domini, præoccupavit hoc, & recordatum antè narravit, inquit Aug. 2. de consensu cap. 40., *Mater ejus, & fratres, non naturâ, sed cognatione, phrasi Hebræis usitatâ; vide dicenda cap. 13. ψ . 55.* Venerunt autem verisimiliùs, ut eum subducerent Pharisæis, eorumque consilio de ipso perdendo, de quo ψ . 14. Specie igitur evocationis conabantur offerre occasionem elabendi: quare & adducunt Matrem, cujus prætensis precibus faciliùs cedat. Videntur etiam Hieronymo in Epitaphio S. Paulæ hi iidem esse, qui Marci 3. ψ . 21. dicuntur è suis exiisse tenere eum, dicentes, *quia in furorem versus est, simulantes scilicet se id putare, ut Pharisæos placarent, vel etiam timentes, ne id quam primùm naturaliter fieret præ inedia, cùm, ut est Marci ψ . 20. ita Christus distineretur, ut ne quidem panem manducare possent.**

ψ . 47. *Dixit autem ei quidam, nuncius missus; quia, ut habet hîc ψ . 19., Mater & fratres non poterant adire eum præ turba: itemque, ut est Marci ψ . 32. dicunt ei, alii nempe, vel, fortè nequiens penetrare, id communicans ipse nuncius per eos, tentantes què se hîc gereret Christus, & utrùm spirituali operi carnem & sanguinem præferat; Hieron.*

ψ . 48. *Quæ est Mater mea, &c.?* non quòd Matrem fastidiret, vel (ut volunt Marcionistæ, docentes Christum non habuisse nisi corpus phan-

tasticum) negaret, aut fratrum tamquam pauperum puderet; sed, ut ait Ambros., *ut paternis se ministeriis amplius, quam maternis affectibus debere ostenderet, cognationem spiritualem præferens carnali.*

¶ 50. *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, ipse meus frater, & soror, & mater est:* id est, ipsum fratris, sororis, & matris loco habeo ac diligo. Tantum accommodè explicat Gregor. hom. 3. in Evangel. *qui Christi frater & soror est credendo, mater efficitur prædicando.*

CAPUT XIII.

Christus Ecclesiæ suæ proprietates explicat parabolis, Marci 4. Lucæ 8. Docet in patria sua, Marci 6. Lucæ 4.

Vers. 3. *E navicula, locutus est eis, turbæ in littore stanti, multa in parabolis,* quarum aliquas alii Evangelistæ omittunt; Lucas 13. ¶ 18. *grani synapis & fermenti ponit, forsan alio tempore repetitas.* Lucas item cap. 8. à ¶ 4. etsi locum non exprimat, tamen non negat parabolam seminantis dictam fuisse ad mare. Quod Græcis parabola, Latinis est similitudo, in qua spectandus præcipuè scopus est, nec ita magnoperè laborandum, ut singula applicentur: cum ornatûs causâ adjici subinde quædam soleant, & secundum usum humanum, ferè ut in picturis, apologis, aut fabulis significativis. *In parabolis, inquit Chryf. hom. 65. in Matt. cap. 20., non oportet, nimiâ in singulis verbis curâ perangi; sed cum, quid per parabolam intendatur, didicerimus, inde utilitate collectâ nihil est ulterius anxio conatu investigandum.* Aug. 16. de civitat. cap. 2., *In prophetica historia dicuntur aliqua,*

quæ nihil significant, sed quibus adhareant, quæ significant. Basil. in regulis Brev. interrog. 254. Quæ afferuntur similitudines, nequaquam eæ omnino singulis earum rerum, ad quas allatæ sunt, partibus respondent; sed illud agunt, ut mentem ad id, de quo agitur, argumentum dirigant. Sic e.g. Matt. 18. per parabolam servi immisericordis, non significatur, quòd peccata semel remissa, per subsequens mortale reviviscant: id enim non facit ad scopum. Talia sunt fructus centesimus, sexagesimus, trigessimus; farinæ facta tria, numero usitato certo pro incerto; servi rogantes eradicari zizania; mulier potiùs quàm vir condens fermentum; abscondio thesauri inventi; & similia: Maldonat.

Exiit qui seminat. Prima hæc parabola ostendit, Verbum Dei ferre fructum majorem, vel minorem, vel nullum, juxta dispositionem variam vel cooperationem audientium; sicut semen fert fructum juxta dispositionem terræ, cui mandatur: ita enim Christus ipse à *ψ.* 18. illam exponit; sicut & sequentes parabolas à littore Capharnaënsi redux, secundum à Lap. discipulis id clam in domo rogantibus, ut patet *ψ.* 36., & Marci *ψ.* 10. & 34.; vide Marci 4. *ψ.* 36.

ψ. 10. *Quarè in parabolis loqueris eis?* Ratio, cur Christus multum uteretur parabolis, adferri solet, quòd Syris familiare erat docere in parabolis, ut doctrina suaviùs influeret, & tenaciùs inhæreret. Sed constat ex sequentibus, aliud hic rogare Apostolos, nempe, quarè turbis parabolas proponeret, eas non intelligentibus; quas ipsi Apostoli sibi explicari petebant.

ψ. 11. *Quia vobis datum est nosse mysteria Regni Cælorum, illis autem non est datum.* Id est, quia vos, dum clarè loquor, dono gratiæ divinæ me intelligitis, & obaudiendo dignos vos redditis;

illi autem vel sic loquentem non intelligunt, ita nimirum ut obediant, non habentes aures audiendi, quas *ψ. 9.* exigit Christus, sicque indignos se reddentes: ita Hilar., Hieron., Chryl., Euthym., Theophyl., & confirmatur *ψ. 13.*

ψ. 12. *Qui enim habet, &c.* proverbialis hæc locutio significat, ita plerumque fieri, ut ei, qui plus habet, plus detur & accedat, quia benè utendo plus meretur: ei autem, qui non, seu parum habet, id auferatur, quia non rectè utitur, & indignus est. Idem parabolâ de talentis cap. 25. aptissimè explicatur.

ψ. 13. *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt:* id est, quia videntes miracula mea oculis corporis, non vident ea oculis mentis, & audientes doctrinam meam clarè traditam auribus corporis, non audiunt eam auribus mentis, credendo & obediendo. Loquitur tamen Christus obscurè, sive in parabolis, eo fine, ut sic saltem inquirendi studium salutare in ipsis excitet: solet enim obscuritas reddere auditores attentos, & diligentes, ut intelligant ea, quæ minùs assequuntur, si de rebus magni momenti agi sciant, Chryl., & hoc innuit Marc. *ψ. 33.* *Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire.* Quod autem habet Marc. *ψ. 12.*, *ut videntes videant, & non videant, &c.*; & Luc. *ψ. 10.* *ut videntes non videant:* *ut* vel non significat causam finalem, cujus gratiâ, sed eventum: ut sensus sit; in parabolis loquor eis, ita *ut*, sive unde fit, ut suâ malitiâ non credant: quo sensu etiam in familiari sermone *ut* usurpari solet: atque ita Matt. hic causam excæcationis demeritoriam, Marc. & Luc. eventum indicant: vel, si significetur causâ quædam finalis, sensus est: *ut* justo iudicio, in pœnam demeritorum, linquantur, permittantur-

que in ulteriori etiam præscita cæcitate; relicto tamen, vel in ipsis parabolis, sufficienti lumine, si modò, ut possunt, velint.

ψ. 14. *Et adimpletur in eis prophetia Isaia dicentis*, (c. 6. quæ est etiam de temporibus Christi, & post eum) *auditu audietis, & non intelligetis, &c.* Hæc in versione 70., quos secutus est Evangelista ejusve interpres Latinus & Græcus, ita habentur *in futuro*, prout & sunt Actor. 28. ψ. 26. in Hebræo tamen (quamquam eodem sensu) sunt in imperativo, *audite audientes, & nolite intelligere*: apud Hebræos enim imperativus sæpè ponitur pro futuro: sic infra cap. 23. ψ. 32. dicitur: *& vos implete mensuram Patrum vestrorum, pro implebitis*; ita Maldon., à Lap. potest etiam esse vox permittentis & minitantis, quasi dicat; pergitte porrò implere mensuram Patrum vestrorum, audire, & non intelligere, sed vae vobis.

ψ. 15. *Incrassatum est cor populi hujus.* Ità rursus cum 70. Interpret., uti & sunt Actor. 28. ψ. 27.; etsi in Hebræo apud Isaiam expressa sunt in imperativo, *incrassa cor populi hujus, & aures ejus aggrava, ne fortè, &c.* Orta est hæc differentia, ut vult Maldonat., ex eo, quod iisdem litteris, aliis dumtaxat punctis adjectis, apud Hebræos scribatur *Hafmen, incrassa, & Huschewan, incrassatum est*; & simile est de sequentibus, *aggrava, &, aggravatum est; excæca, &, excacatum est.* Sensus tamen eodem redit, ita ut to *excæca, &c.* tantumdem sit, ac si diceretur, ostende vel declara, eos esse excæcatos: est enim phrasis Scripturæ usitata, ut aliquid fieri dicatur ab eo, qui factum quidpiam declarat: sic Levit. 13. habetur: *contaminabit eum Sacerdos, leprosum, id est, contaminatum declarabit*: & Jerem. 1. *constitui te, ut evellas & destruas*, id est evellenda & destruenda significes. Potest etiam dici Propheta

excæcare populum suâ prædicatione, cùm hæc malitiâ audientium prævidetur futura occasio plurium peccatorum. Deus indurat, non dando malitiam, quam odit, sed non impertiendo misericordiam, ut habet Aug.

ψ. 16. *Vestri autem beati oculi.* Hoc de solis oculis corporis intelligi nequit: his namque Christum videbant increduli Judæi; nec de solis oculis mentis, seu fidei; his enim etiam Christum viderunt Prophetæ: utrisque autem præfert Apostolos; Judæis quidem incredulis ψ. 11. & 13.; Prophetis verò ψ. 17. Nec pugnant hæc cum eo, quod habetur Joan. 20.; *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.* Ibi enim Christus eos, qui non videntes credunt, præfert iis, qui aded sunt increduli, ut, nisi videant, credere nolint; qualis erat Thomas: hic verò Apostolos præfert Prophetis, & justis, & ut habet Luc. 10., Regibus, quod, quamvis hi crediderunt, tamen obscurius, nec viderunt, quæ credebant, & videre optabant, Messiam adhuc absentem, à longè aspicientes & salutantes, ad Hebr. 11. Apostoli autem, *quorum manus contrectaverunt de verbo vitæ*, 1. Joan. 1., clariùs, eumque habebant præsentem, majoremque N. L. gratiam ac doctrinam impertientem.

ψ. 24. & c. *Aliam parabolam proposuit*, quam sat clarè explicat à ψ. 37. Hæc est secunda Zizaniorum, per quæ significantur hæretici Juxta Chryf. & Euthym. Meliùs omnes mali juxta Cyprian., Greg., Ambr., Theophyl., Aug. serm. 39. de Sanctis, teste à Lap., quia ψ. 38. ait: *ager autem est MUNDUS.* Scopus Christi est docere, hæreses & peccata, per diabolum suosque clam, & nemine advertente, superfeminata, semper oritura, & à se usque ad diem judicii in mundo permittenda: sicut dormientibus hominibus, id est noctu, ut fit, inimicus noxias herbas tritico inspererat.

Hinc non sequitur, hæreticos non esse puniendos; nisi, ut notat Aug. lib. 3. contra epist. Parmeniani cap. 2., dum adest periculum eradicandi simul & triticum; ut quando inde immineret majus damnum Catholicis, e. g. persecutionis; & quia pari modo concludere aliàs liceret, fures & homicidas non esse plectendos.

ŷ. 32. &c. *Minimum est omnibus seminibus.* id est, unum ex minimis, modo loquendi populari. Per tertiam hanc parabolam grani synapis, uti & quartam de Fermento in farinae satis tribus (*satum* genus est mensuræ aridorum, apud à Lap.) ostendit, quantam Evangelii semen vim habeat, cum Ecclesia ex parvis in speciem principis Evangelii maxima perceptura sit incrementa, Chryf., Hieron., Ambr., Beda.

Quinta parabola de Thesauro invento, & sexta de Margarita, designant pretium & dignitatem doctrinæ Evangelicæ ac fidei, quæ mereatur omnium aliarum rerum jacturâ comparari, Chryf., Hilar. Per septimam denique sagenæ, seu retis missi in mare hujus mundi, docetur, non omnes esse salvandos, qui per prædicationis Evangelicæ fidem fuerint in Ecclesiam recepti: ex quo contra Sectarios habetur, non ex solis prædestinatis, aut solis justis constare Ecclesiam; ut ex hoc loco probat Aug. contra Donatistas. *Separabunt malos, intellige Christianos, de medio justorum*: quia hîc agit de sagenâ suâ Ecclesiæ, in qua infideles numquàm fuerunt.

ŷ. 35. Addit Evangelista: *ut impleretur, quod dictum est per Prophetam, Psal. 77. ex persona Domini: Aperiam os meum in parabolis: erubetabo abscondita à constitutione mundi.* In Psalmo est: *loquar propositiones ab initio, scilicet egressions Israël ex Ægypto, & omnia signa, quæ Exodi continentur historiâ.* Ex quo intelligimus,

universa illa, quæ ibi scripta sunt, parabolicè sentienda: nec manifestam tantùm sonare litteram, sed abscondita Sacramenta parabolarum Christi, quas hîc loquitur de sua Ecclesia, seu regno Cœlorum, quod etiam in figuris absconditum tenebatur à constitutione mundi; Hieron., cujus huc usquè ferè verba sunt.

ÿ. 52. Ideò, id est, quia rogati respondetis, vos intellexisse hæc omnia, audite, quod sequitur: *Omnis Scriba doctus in Regno Cœlorum*, legis doctor, quales erant Scribæ Judæorum, *similis est, ex officio, sive esse debet, Patri familias, qui profert de Thesauro suo*, de penu, in eo recondita *Nova & Vetera*, seu omnis generis res necessarias, & utiles familiæ & convivis invitatis. Tales ergò & vos esse debetis, omnis generis doctrinâ sacrâ Veteri & Novò Testamento à me prædicato contenta, meo exemplo populos docentes: Hieron., Chryl., Aug., Hilar., Beda.

ÿ. 54. *Veniens in Patriam suam*: Lucas (qui juxta Maldonat. fusiùs hæc eadem narrat) *Nazareth, ubi erat nutritus*, cum Hieron., Chryl., Theophyl., Euthym., & quia ibi erant dicti fratres & sorores Christi, de quibus mox.

ÿ. 55. & 56. *Nonne hic est fabri (Arabicus, Lignarii) Filius?* contemptim interrogant. Marcus, *nonne hic est faber*, nempe lignarius? Quam proin artem exercuit, ut est communis fidelium sensus cum Aug., Chryl., Justino authore antiquissimo dicente, eum & juga boum confecisse: confirmaturque ex eo, quod Zozomen. lib. 6. cap. 2. refert, Christianum quemdam, dùm contemptim à gentili rogaretur, quid faceret filius fabri, respondisse; Imperatori *Juliano fabricat feretrum*; qui & paulò pòst fuit occisus.

Fratres ejus, Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas, & Sorores ejus, &c. Phrasi scilicèt Hebræâ, quia cognati; Hieron. Fuisse autem fra-

tres Christi ex eodem Patre Josepho, qui, antequam Deiparam duceret, aliam uxorem habuerit, tenent Hilar., Amb., & Græci passim cum Euseb.: verum non aliam duxisse uxorem, quam B. Virg. & cum ea virginem, ut & decebat, jugiter mansisse, dicendum cum Hieronym. contra Helvid., Aug. serm. 14. de Nativ., Theodor. in cap. 1. ad Galat., Beda, Anselmo, Ruperto, D. Tho., Pet. Damiano epist. 11. cap. 4. ad Nicolaum Papam. Alii igitur putant, hos fuisse cognatos Christi ex Sorore Beatæ Virginis. Sed contra facit, quod B. V. fuerit unica proles Patris sui, ut dictum est cap. 1.; sed & unicam fuisse Matris suæ B. Annæ habetur ex eo, quod hæc jam senex & hætenus sterilis eam miraculo conceperit, juxta Nicephor., Epiphani., Damascen., Greg. Nyssen., apud Suarez 3. p. q. 27. art. 1. disp. 2. Sect. 1. : unde nec est verisimile, postea alteri nupsisse, aut proles procreasse; Hyppolit. apud Nicephor. lib. 2. c. 3., Baron. in apparatu cap. 46., Suar. 3. p. q. 28. a. 1. disput. 5. Sect. 4.

Dicendum ergo cum Hieron. cit., ubi & citat. Ignat., Polycarp., Iren., Justin. martyrem; omnes illos fuisse filios filiasq. *Mariæ*, quæ Joan. 19. v. 25. dicitur *soror* Deiparæ, quia ipsa & Deipara nupserant duobus ex Jacobo fratribus, Cleophæ scilicet & Josepho: nam ibid. vocatur *Maria Cleophæ*; quod, ut & ait Hegesip., Chryf., Euseb., Theodor., Euthym. fuerit hujus uxor. Hæc eadem Marci 15. v. 40. dicitur *Maria Jacobi minoris & Joseph Mater*, (sive ut habet Syrus & Hieron. contra Helvid. *Joses*.) Fuisse etiam Matrem *Judæ*, aliàs dicti *Thaddæi*, habetur, quod hic in sua epistola se nominet *fratrem Jacobi*, Minoris scilicet (cùm Jacobi Majoris frater fuerit Joannes) sicque Act. 1. intelligitur *Judas Jacobi*, frater nempe. Denique Matrem etiam fuisse

fuisse *Simonis*, colligitur ex eo, quòd Euseb. lib. 3. c. 10. tradat, eum fuisse filium Cleophæ; & Chryf., Theophyl., Beda, fuisse fratrem Jacobi Minoris. Dicitur autem Jacobus Minor Mat. 10. *filius Alphæi*, quia nempe *Cleophas* aliter vocabatur *Alphæus*. Itemque hic Jacobus *Minor* cognominatur, non vocatione ad discipulatum, siquidem verum est, quòd Joan. 2. ψ . 1. Jacobus Minor & Judas ejus frater, secundum Chrysoft. facti sint Discipuli Christi in Nuptiis Canæ Galilææ; sed minor seu posterior vocatione, sive electione in Apostolatum, quàm Jacobus frater Joannis: & sanè Christus, scrutator cordium divinâ dispensatione ordinem aliquem tenuerit, ut unum prius sic elegerit, alterum posteriùs. Dictæ verò *sorores ejus* appellantur ab Epiphani. hæresi 78., & Theophylacto, *Maria*, & *Salome*, quæ fuit uxor Zebedæi, & Mater Joannis & Jacobi Majoris Apostolorum; qui proin fuere cognati Christi ex sorore Jacobi Minoris, Joseph, Simonis, & Judæ: & hi quatuor cum suis sororibus fuerunt Patruales Christi, utpote filii Cleophæ fratris Josephi, qui erat Pater legitimus Christi; sicque potuere vocari *Fratres* Christi; prout & nominatim de Jacobo habetur ad Galat. 1. ψ . 19. *Patruales*, inquam (idem est de dictis cognatis) non naturales, sed legitimi; in quibus hîc errant Judæi; scribente Hieron. hîc & contra Helvidium, *Miraris, si errant in fratribus, qui errant in Patre? Eodem modo æstimentur & fratres, quo æstimatus est Pater, Joseph, utique non naturalis, sed legitimus.* Vide à Lap. & Tirin. Chronici sacri tabulâ 4.

Notandum insuper, ex his quatuor fratribus duos tantum fuisse Apostolos, Jacobum & Judam, Matt. 10., ubi vide, Luc. 6., Act. 1. *Simonem* autem seu Simeonem, quamquàm aliqui

130 IN CAP. XIII. MATTHÆI.

Apostolum faciant, & confundant cum *Simone Chananæo*, alium tamen ab hoc fuisse, habetur ex Hegesippo apud Euseb. lib. 3. cap. 11.; hic enim Simeon fuit successor Jacobi fratris sui in Episcopatu Hierosolymitano, natus non in Cana, ut Apostolus ille Simon Chananæus, sed in Nazareth (unde & cives Nazarethani hinc mirantur, unde tanta scientia in cive suo Jesu, cum nōrint ejus fratres ut simplices & idiotas) cujus festum colitur 18. Febr.; festum autem Simonis Chananæi 28. Octob.

CAPUT XIV.

Decollatio Joannis Baptiste, Marc. 6. Luc. 9.
Miraculum quinque panum, Marc. 6. Luc. 9.
Joan. 6. Ambulatio Christi super aquas, Marc. 6.
Joan. 6. Curationes in Genesar, Marci 6.

V Erf. 1. & 2. *In illo tempore*; post reditum Apostolorum à Missione, secundum Aug. lib. 2. de consensu Evangelist. cap. 45., qui utique ψ . 15. tunc aderant Christo: ergo non tempore absentiae eorum in legatione; licet Marc. ψ . 14., & Luc. ψ . 7. hanc historiam, non tamen tamquam tunc contigerit, statim post Apostolorum Missionem ponant. *Audivit Herodes, Antipas, Tetrarcha*; de quo Matt. 2. ψ . 1. & 22., & Lucæ 3. Eundem Matthæus ψ . 9., & Marc. ψ . 14. *Regem* vocat, quia scilicet quasi regiâ potestate utebatur. *Et ait pueris suis, famulis*, nam filios non legitur habuisse: *hic est Joannes Baptista: ipse surrexit à mortuis*, cum tali potestate, & ideo virtutes operantur, verbo neutro, id est, actu sunt, vigent in eo. Objicies: Luc. ψ . 7., 8., & 9. scribit: *Audivit Herodes Tetrarcha omnia que fiebant ab eo (Christo) & hæsitabat, eò quòd diceretur à quibusdam, quia Joannes surrexit à*

IN CAP. XIV. MATTHÆI. 131

mortuis; à quibusdam verò, quia Elias apparuit; ab aliis autem, quia unus de antiquis Prophetis surrexit. Et ait Herodes: Joannem ego decollavi; quis est autem iste, de quo talia audio? Ad conciliandos Evangelistas, R. Cum Aug. lib. 2. de consensu cap. 43., Chryf., Euthym., Theophyl., Herodem primò inter tam varias quorundam opiniones dubitasse de Christo, quis esset, ut est apud Lucam: dein verò, ut est apud Matth. & Marc., sibi persuasisse, redivivum à mortuis surrexisse Joannem, scilicet vel in proprio corpore divinitus resuscitatum, vel per Metempichosim, quam, saltem quoad proborum animas, tenuisse Phariseos, tradit Joseph. l. 2. de bello Judaico c. 12.

¶ 3. Propter Herodiam uxorem fratris sui. Marc. v. 17. addit: uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam: Errat ergo Joseph. lib. 18. antiq. c. 7. eam faciens uxorem cujusdam Herodis, qui fuerit germanus frater hujus Herodis Antipæ: nisi dicatur fuisse binomius; & Evangelista eum vocasse Philippum, Josephus Herodem, quod nomen fortè commune satis fuerit in ista familia. Idem Joseph. cit. ait, eam fuisse filiam Aristobuli fratris Herodis Antipæ. Hieron. verò errantem Ruffinum (qui in sua versione Eusebii lib. 1. historiæ Eccles. cap. 23. de suo addit nomen Herodiadis) secutus putat, fuisse filiam Aretæ Regis Arabum; sed, ut rectè Maldonat., confundit priorem Herodis Antipæ uxorem cum secunda, quæ fuit hæc Herodias, teste Josepho & Eusebio Græcè: hanc enim, ut duceret, filiam Regis Aretæ repudiavit; ex qua, aliaque causa hic ipsi bellum intulit; Josephus cit. cap. 7.

¶ 4. Dicebat enim illi Joannes, non licet tibi habere eam, utpote subductam Philippo fratri adhuc viventi; ità Hieron., Beda, Strabus, & ipse Joseph. citatus cap. 6., qui & dicit, Philip-

pum vixisse usque ad annum 20. Tiberii ; cùm hæc gesta sint anno ejus 16. juxta Tirin. Est contra Tertul., Chryf., Theophyl. putantes, Philippo tunc mortuo, in eo solum peccasse Herodem, quod duxisset viduam fratris sui, ex qua proles ei fuerat nata, filia scilicet illa saltatrix ; quo casu nec fratri fratris defuncti uxorem ducere licebat, Levit. 18. ψ . 16.

ψ . 5. *Et volens illum occidere, timuit populum.* Contrariari videtur Marc. dicens, custoditum fuisse ab Herode Joannem contra insidias Herodiadis : & infra ψ . 9. dicitur Herodes contristatus, cùm peteretur caput Joannis Baptistæ. \mathcal{R} . quod initio eum captum importunum sibi monitorem occidere voluerit, instigante Herodiade ; sed timore seditionis popularis non fuerit ausus ; postea verò, perspectâ viri sanctitate & prudentiâ, eum colere cœperit, & adversus Herodiadem tueri ; ita ut, teste Chryf., Euthym., Theophyl., verè contristatus fuerit, quando propter falsò existimatam necessitatem juramenti, & propter simul recumbentes, fortè etiam sceleris instigatores, apud quos honore excidere verebatur, nî verbo steterit, nolens puellam contristare, eum occidere jussit, misitque spiculatorem, id est carnificem : carnifices enim erant milites & stipatores prætorum gestantes spicula, ut est apud Calepin., dicere autem cum Hilar. & Hieron., non veram, sed simulatam fuisse Herodis tristitiam, vel etiam ejus erga Joannem cultum, videtur esse sine necessitate vim inferre textui Marci.

ψ . 6. *Die natalis Herodis.* Quæritur de loco hujus convivii & cædis Joannis. Aliqui putant, fuisse Samariam, nunc Sebasten ; quia secundum Hieron. contra Ruffin. ibi sepultum est corpus Joannis : alii Hierosolymam, quia ibi dicitur effossum ejus caput : verum utrumque dein ed potuit esse translatum. Vide à Lap. in c. 6. Marci

¶ 29. Josephus lib. 18. antiq. cap. 7., cui hic potius credunt Interpretes, refert, Joannem fuisse incarceratum in arce Macheronte, quam Herodes habebat ultra Jordanem in finibus Galilææ & Arabiæ : ibi ergo occasione belli Arabici contra Aretam Herodes fuerit, ac patrata cædes. Porro hanc contigisse ipso die & tempore convivii, inque convivium caput Joannis fuisse allatum, indicat Mat. ¶ 8. *da mihi hic in disco caput.* ¶ 11. *allatum est caput ejus in disco, & datum est puellæ.* Marcus ¶ 25. *volo, ut protinus des mihi,* & ¶ 27. *præcepit afferri caput ejus in disco.*

¶ 13. *Quod cum audisset Jesus.* Hæc, ut & habetur ex Luca, & sentit Chryf., referenda ad id, quod initio cap. dictum, scilicet Herodem existimasse, Christum esse Joannem redivivum : ut proin narratio illa de Joanne decollato includenda sit, velut parenthesi : cædes enim illa facta est mense Augusto anno 2, prædicationis Christi, juxta Tirinum in Chronico. Secessus verò hic, & miraculum quinque panum postea contigit, nempe circa Pascha, ut est Joan. ¶ 4. anno ætatis Christi 33., prædicationis 3. Tirin, ibid. Hujus secessus causam dat Mare. ¶ 31., ut Apostolis à prædicatione reversis paululum daret quietis, quam propter frequentem concursum habere non poterant. Aliam addunt Chryf., Theophyl., Euthym., ut sibi caveret ab Herode.

Secessit inde in navicula in locum desertum seorsum. Luc. ¶ 10. addit; *qui erat Bethsaida,* id est, juxta Bethsaidam, ut habet Arabicus; nempe Bethsaidam inter & Tiberiadem, ut indicat Joannes ¶ 23. Transfretavit igitur in Galilæa tunc existens, non in adversum littus, sed cis mare, loca aliqua, vel promontorium circumvectus : Luc. enim ¶ 11. ait : *Quod cum cognovissent turba, secute sunt illum,* rectiori, adeoque bre-

viori via incedentes : & Marc. ψ . 33. *Viderunt eos abeuntes.... & pedestres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc, & prævenerunt eos.* Quomodo prævenire potuissent sequentes turbæ pedestres, si integrum mare circumire debuissent? Illud autem Joannis, *abiit TRANS mare*, intelligi etiam potest dictum more vulgò loquendi dein retento semper à Judæis primùm ingredientibus Palæstinam; de quo Maldon. hic, & in cap. 4. ψ . 15.

ψ . 14. *Et exiens, è navi; non è deserto, cum constet, in eo ipso sequens miraculum contigisse; vidit turbam multam, quæ, etiam accessu aliorum, ipsum jam prævenerat.* Ordo autem historiæ, cujus & omnes circumstantiæ tendunt ad attentionem, manifestationem, celebritatemque miraculi, dici potest fuisse ut sequitur.

ψ . 15. *Vespere autem facto, ex commiseratione Christum rogant Apostoli, dimitti turbas, ut in viciniis emant sibi escas, suppositæ proin habere ad id penes se pecuniam.*

ψ . 16. *Non habent necesse ire : date illis vos manducare.* Tum Marc. ψ . 37. *Dixerunt ei; euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare :* quasi ironicè dicant, nîl cogitantes de miraculo, id sibi esse impossibile, utpote pauperibus. Christus proin Joan. ψ . 5. ultrà tentat Philippum fortè sibi proximum; unde ememus panes, ut manducent hi? Qui ψ . 7. respondet, *ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut quisque modicum quid accipiat.* Dein Marci ψ . 38. Christus dicit eis : *quot panes habetis? Ite, & videte.* Et cum cognovissent dicunt : *quinque, & duos pisces.* Et Andreas, Joan. ψ . 9. *Est puer unus hic (adverbialiter) qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces : sed hæc quid sunt inter tantos?* Sive hi fuerint venum allati; sive potius cum Chryf., Leont., Theophyl., in subsidium Apostolorum; nam & Lucæ ψ . 13. di-

cunt : non sunt NOBIS plusquam 5. panes, & duo pisces : adduntque, ignari instantis miraculi, omnia tentantes, nisi fortè nos eamus, ut parcat labori turbæ, & emamus in omnem hanc turbam escas, petitâ & collatâ ab iis pecuniâ : nisi cum Aug. lib. 2. de consensu cap. 46. dicantur hæc verba pertinere ad Marci v. 37. suprâ.

v. 18. Jubet 5. panes & 2. pisces ad se adferri, & turbam discumbere super fœnum, quod Joannes dicit fuisse ibi multum; Marc. v. 39. & 40. secundum contubernia super viride fœnum, adeoque nondum demessum : & discubuerunt in partes, per centenos & quinquagenos. Luc. v. 14. scribens, per quinquagenos, non negat centenos. Hoc factum, ad facilius ineundum numerum comedentium, iisque sine confusione ministrandum.

v. 19. Et Marci v. 41. benedixit, εὐλόγησεν, & Luc. v. 16. Acceptis 5. panibus (quos Joannes v. 13. hordeaceos dicit) & duobus piscibus, respexit in Cælum, & benedixit ILLIS, adeoque non Patri, sed panibus ac piscibus, id est, divinam opem gratiamque eis imprecatus est ad multiplicationem; & fregit, verosimilius unâ cum adjuvantibus mox Apostolis, implens 12. cophinos, singulis Apostolis unum distribuendum. Marcus expressè addit, & duos pisces divisit omnibus, distribuendos similiter per Discipulos. Itaque εὐλογέω, quod juxta Lexicon apud Guilhelm. Leymarium 1583., & Jo. Crispini 1625. significat benedico, bene precor, faustis imprecationibus prosequor, dicto sensu est intelligendum; quo etiam Marci 10. v. 16. Christus benedicebat parvulis : Mat. 26. v. 26., & Marci 14. v. 22. pani Eucharistico; item Eucharistico calici, secundum Paulum dicentem 1. ad Corint. 10. v. 16. Calix benedictionis, cui benedicimus : Lucæ 24. v. 30. coram Discipulis in Emmaus Christus accepit panem & benedixit :

136 IN CAP. XIV. MATTHÆI.

& ibid. *ψ.* 50., ascendens in Cœlum, *elevatis manibus suis benedixit eis*, Discipulis. Similiter in V. T. sumitur, ut Genes. 1. *ψ.* 22. Deus *benedixit* ad multiplicationem piscibus & volatilibus; *ψ.* 28., primis parentibus; cap. 9. *ψ.* 1., Noë & filiis; cap. 2. *ψ.* 7. *Benedixit diei septimo*, creationis, & *sanctificavit illum*: cap. 48. *ψ.* 15., *Benedixit Jacob filiis Joseph.*; & cap. 49. *ψ.* 28., *Benedixit singulis*, filiis suis, *benedictionibus propriis*, &c.

Cavillantur Hærerici: Joannes 6. *ψ.* 11. de quinque panibus scribit: *ὁ ἄριστος, cum gratias egisset, distribuit*: & similiter Mat. 15. *ψ.* 36., & Marcus 8. *ψ.* 6. in altero miraculo de septem panibus: item Lucas 22. *ψ.* 19., & Paulus 1. Corint. 11. *ψ.* 24. de pane Eucharistico; & de Calice Matt. 26. *ψ.* 27., Marcus 14. *ψ.* 23. verum *℞.* Hanc gratiarum actionem de sui exauditione apud Patrem circa petatum à se beneficium multiplicationis panum (& similiter dic de pane & calice Eucharistico) prout Joannis 11. *ψ.* 41. & 42. ait: *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis.* *℞.* Inquam, hanc gratiarum actionem non fuisse sine asserta nostra benedictione, nec eam excludi, etsi locis objectis hæc non exprimat; cum & ejusdem meminerint alii textus suprâ. Quin & Marcus ipso cap. 8. *ψ.* 7. ait: *Et habebant pisciculos paucos: Et ipsos benedixit.*

Porro facta est hæc multiplicatio, non per creationem; sed per aëris vicini alteriusve corporis insensibiliter attracti conversionem substantialem in panes & pisces: sicut in Genesi pisces & volatilia formata fuere ex aqua, corpus Adæ ex terra, & Deus de Lapidibus potest facere filios Habrahæ: nisi dicatur, virtute divinâ ipsis panibus & piscibus fuisse indita vis quædam vivida sui mul-

iplicativa ; scribente Aug. tract. 24. in Joan.,
*Unde multiplicat (Deus) de paucis granis segetes,
 inde in manibus suis multiplicavit panes : panes
 enim illi quinque quasi semina erant. & Chryf.,
 Multiplicabantur in Discipulorum manibus, ac
 fontis in morem scaturiebant. Ambros., quemad-
 modum videmus liquidis fontibus continuos fluere
 successus, & quidquid de illis auferas, usurario
 quodam reparari meatu. Quid nî & in corbibus,
 ut extrahebantur, accreverint? Imò & quantum
 opus erat ad satietatem, in manibus comedentium,
 ut successivè frangebantur ad ori ingerendum?*

ŷ. 21. & Marci ŷ. 44. *Quinque millia virorum.*
 Viri, non mulieres censentur, more Judæorum,
 juxta Leont., Cyril., Ammon. in Græcor. ca-
 tena in Joannem. *Exceptis mulieribus & parvu-
 lis.* Apud Joan., & Græcè apud Matt. est, *quasi
 5000. id est circiter.* Etiam de piscibus superfuisse,
 habet Marcus ŷ. 42., quæ abundantia fragmen-
 torum collectorum erat ad celebritatem miraculi
 à liberali Deo.

ŷ. 22. *Et statim COMPULIT, Marc. ŷ. 45. coë-
 git, Jesus Discipulos, invitos proin à dilecto Ma-
 gistro, & solo turbæ exposito discedentes, ascen-
 dere in naviculam.* Causa erat, quia volebat so-
 lus orare, ut sequitur ŷ. 23. item, ut est Joan.
 ŷ. 15., *cùm cognovisset, quia venturi essent ut
 raperent eum, & facerent eum Regem, ut tutiùs
 solus in montem effugeret; tum, ut viam ster-
 neret ad sequens miraculum. Et precedere eum
 trans fretum, donec dimitteret turbas : vide ad
 ŷ. 34. Apostoli, Joan. ŷ. 17. Christum expectâ-
 runt, si, dimissis turbis, fortè advenisset; quo,
 tenebris jam factis, non adveniente, solverunt
 in altum.*

ŷ. 25. *Quartâ autem vigiliâ noctis, ultimâ vi-
 giliâ, quæ Exodi 14. ŷ. 24., 1. Reg. 11. ŷ. 11.*

138 IN CAP. XIV. MATTHÆI.

Matutina vocatur; nocte in quatuor partes militari arte distributâ, quæ quatuor vigiliæ, quod vigiles quater mutabantur, dictæ sunt. Itaque totâ nocte magno contrario vento & fluctibus jactati sunt Discipuli. Nimirum sine Jesu, qui tamen tempestivè patientibus succurrit, adest Discipulis periculum.

Ambulans super mare. Calvinus, ne corpus Christi in Eucharistia posse esse videatur, negans, illud ex virginis utero illæsâ virginitate, ex sepulchro clauso prodiisse, & januis clausis ad Discipulos ingressum; etiam hîc mare instar glaciei consolidatum fuisse asserit; sed, quomodò ergo in eo remigabant Apostoli? Quomodò navis ipsa fluctuabat, Petro eam egrediente, ac cum Christo dein ingrediente? Quomodò mare ipsum vento agitabatur? An Christus Corpus fluidum poterat reddere solidum, & non corpus proprium leve? Dicendum ergo, Corpus Christi divinâ virtute fuisse sustentatum, vel gravitati corporis subtractum concursum, ne in levius subjectum corpus mergeretur; Justin., Aug., Ambros. apud Maldonat. Nec obstat Hieron. dicens: *tu præcipe, & illico solidabuntur aquæ*: tantum enim vult, aquas itâ se habuisse ad ambulationem, ac si fuissent solidæ: addit enim; *& leve fiet corpus, quod per se grave est.* Marcionistæ & Manichæi ex hoc loco delirant, Christum non verum, sed phantasticum corpus habuisse, quos refellit Hieron. hîc: etenim, an etiam Petrus habuit corpus phantasticum, qui ambulavit super aquas?

¶ 28. *Domine si tu es, &c.* Non est vox dubitantis; sed mirantis, gaudentis, respirantis ob mirum & opportunum in periculo liberatoris adventum; ut fit in improvîso vel insperato amici adventu. Calvin. hîc Petrum arguit infirmæ fi-

dei, temeritatis, stultitiæ: at Hieron., Hilar., Chryf., Aug., fidem ejus & charitatem extollunt, quâ jussionem Christi solam credebat sufficere, ut super aquas innoxius graderetur, veneraturus dilectum Magistrum; unde etiam Christus utramque approbando, dixit: *veni*. Quamvis tamen *ψ. 31.* quasi anceps, humanitus timens ventum validum reprehendi meruerit, non tamquam ob fidem perditam, sed ob turbatæ fidei, seu fiduciæ fervorem imminutum; qui tamen mox restitutus, *cum cœpisset mergi*, eum clamare coëgit, *Domine salvum me fac*: sicut animus fluctuans periculo tentationum quandoque concutitur, &, licet iis nimium aliquantulum quasi auscultet, non tamen plenè consentit, aut fiduciam in Deum amittit.

ψ. 32. *Et cùm ascendissent in naviculam*, Christus scilicet & Petrus. Id non negat Joan., sed omittit, uti &, quemadmodum & Marcus, ambulationem Petri super aquas. Ad conciliandos ulteriùs Evangelistas, hæc est rei series: Marci *ψ. 48.* *Volebat præterire eos. In diversum ibat, eos volens tamquam alienos præterire, à quibus ita non agnoscebatur, ut phantasma putaretur..... quomodo eos volebat præterire, quos paventes ita confirmat (ego sum, nolite timere) nisi quia illa voluntas prætereundi ad eliciendum illum clamorem valebat, cui subveniri oportebat, inquit Aug. lib. 2. de consensu cap. 47.* Dein ergo auditâ Christi voce, *ego sum*, interim dum Petrus fervens è navi exilit, jam non ampliùs timentes phantasma, sed Christum agnoscentes, *voluerunt*, ut ait Joan., *eum accipere in navim*, rogantes, & invitantes; quam & dein simul cum Petro ingressus est: quando mox cessante tempestate, & vento jam favente, *statim navis*, Joan. *ψ. 21.* *Fuit ad terram, in quam ibant.*

140 IN CAP. XIV. MATTHÆI.

¶ 34. *Cùm transfretáſſent, venerunt in terram Genesar.* Marcus, in terram Genesareth, cis Lacum, qui inde nomen habet; in qua sita erat Bethsaida, ad, seu versùs quam, Marci ¶. 45. Christus è loco miraculi quinque panum compulit discipulos præcedere eum trans fretum; item Capharnaum, in quam urbem, ut habet Joan. ¶. 17. venientes, Bethsaidam prætervecti, post sedatam tempestatem, ibidem applicuerunt: ut patet etiam ex eo, quòd apud Joan. à ¶. 22. multi è turba pridie quinque panibus pasta, nescientes miraculum, quod ista nocte contigerat, eadem viâ maris transfretantes & Christum quærentes, postridiè Capharnai eum invenerint; ubi & insignem illum audierunt Christi sermonem de carne sua in Eucharistia manducanda; adedque *transfretare*, hìc sumendum eodem modo, quo ¶. 13.; item, terra Genesar, alia est, quàm terra Gerasenorù, quæ erat trans mare, de qua cap. 8. ¶. 28.

CAPUT XV.

Arguit traditionem Phariseorum, sanat filiam Chananææ, Marci 7. Multiplicat septem panes, Marci 8.

S Equuntur nunc apud Matt. usque ad finem facta Christi à tertio Paschate, seu tertii anni prædicationis (nam primum Pascha recenset Joannes cap. 2. ¶. 13.; secundum autem cap. 5. ¶. 1.) usque ad quartum, quo passus & crucifixus est: sive à fine Martii anni 33. ætatis Christi jam tribus mensibus inchoati, usque ad Martium anni 34. ejusdem: à Lap.

¶. 2. *Quare Discipuli tui (ut in his mordaciùs impetant etiam Magistrum) transgrediuntur tra-*

ditionem SENIORUM ? non vocant suam, ut ab autoritate & antiquitate gravent. Non enim lavant manus suas cum panem (Synecdochicè pro omni cibo) manducant. Non agitur hìc de varia lotionè lege in Levitico præscripta ad emundationem carnis ab immunditia legali, antequàm liceret in templum ingredi; nec de vulgari, quæ ante cibum honestatis causâ adhiberi solet; sed de propria illa & scrupulosa inter manducandum, de qua Marcus à v. 3. à Pharisæis inducta; Chrysof.

v. 3. Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Malam, de qua mox. Excusans Discipulos, indirectè respondet, retorquendo. Nec probat, nec, ne odium incurrat, improbat istam lotionum traditionem; Chryf.

v. 4. Honora patrem, &c. nomine honoris non tantùm à Deo præcipi significatur reverentia & obedientia, sed vel maximè beneficentia in præstandis necessariis parentibus egenis; Chryf., & habetur ex sequentibus, & Marci v. 12.

v. 5. Vos autem dicitis : quicumque dixerit patri vel matri, in necessitate constitutis, munus (intellige sacrum; apud Marcum enim est, Corban, quod est donum, oblatio) quodcumque est ex me, id est, quod ego offero Deo, tibi proderit, ut te juvet ob illud Deus.

v. 6. Et non honorificabit patrem suum & matrem suam : id est, juxta impiam vestram doctrinam, culpâ vacabit, non tenetur honorificare eos, seu alere, falso prætextu Deum illis præponendi, & honorandi isto munere: quod Marcus v. 12. explicat : & ultrà non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri : quod innuit Christus esse pejus, quàm verbis maledicere parentibus; præmittens v. 4. Deum etiam dice-

re : qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Sub larva autem pietatis imponebant hæc populo Pharifæi; quia oblata in templo ipsorum lucro cedebant; cum plerique Levitæ essent vel Sacerdotes. Marcus ψ . 9. ait : *Benè, Græcè, pulchrè*, per ironiam scilicèt, id est malè, turpiter, irritum facitis præceptum Dei.

ψ . 9. *Sine causa*, id est frustra, inaniter, ut habet Arabicus, & Græcè est *χωρὸν*, *colunt me docentes doctrinas & mandata hominum*, humano dumtaxat spiritu scrupulosè efficta, aut etiam divinæ legi contraria, qualia erant tot lotiones Pharifæorum, & istud ipsorum *Corban*. Unde ineptè hoc loco utuntur hæretici contra præcepta & traditiones Ecclesiæ, ut sunt ceremoniæ sacramentales, Festa, Jejunia, &c. à Christi Vicario, aliisque Ecclesiæ Prælati instituta, & à PP. approbata, quæ ad pleniorè divinæ legis observantiam plurimùm conducunt, & adhibentur tamquàm adminicula ad cultum & amorem Dei : cùm contrà Pharifæi hypocritæ, intus immundi, in suis exterioribus ponerent sanctitatem, neglectâ lege Dei, in quo passim à Christo capuntur.

ψ . 11. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem* : Græcè *communicat*, ut etiam Latine aliquoties est apud Marc.; commune enim Judæi vocabant immundum, eò quòd Gentilibus esset commune, quos ipsi immundos habebant. Agit hîc Christus de vera coinquinatione quoad animam, non de legali, quæ illius dumtaxat typus erat. Ex eo autem, quòd cibi aliqui Levit. 11. dicantur immundi, execrabiles, polluentes animam, crassè hæc intelligentes Pharifæi, putabant cibos ipsos immunditiam quamdam per se afflare animæ illos in stomacho digerenti, & velut tangenti. Non negat tamen Christus, cibos

posse inquinare aliunde, e. g. propter intemperantiam, ut fit in gulosis; inobedientiam, ut in primis parentibus; propter scandalum, &c. Ecclesia non prohibet carnes die Jejunii, quod in se malæ sint, sed ad exercendam temperantiam, pœnitentiam, obedientiam. Vide hic Maldonat. contra hæreticos.

ŷ. 12. *Tunc* (quando dimissis turbis Christus cum suis in domum venerat, ut patet Marci ŷ. 17.) *accedentes Discipuli ejus, dixerunt ei: scis, quia Pharisei, audito verbo hoc, scandalizati sunt?* Tamquam si doceres, licitum esse, vesci cibis Lege prohibitis: quod tamen Christus non intendit; Chrysof.

ŷ. 13. *OMNIS PLANTATIO, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur.* Per plantationem Hilar., Euthym., Theophyl. intelligunt doctrinam, quæ non est à Deo, uti hæc Phariseorum: Hieron., Orig. hom. 1. in Jeremiam, Aug. lib. 1. qq. Evangelic. cap. 17. homines perversos, nisi convertantur; quales plantas innuit Christus esse Phariseos. Cùm verba sint generalia, quid nō utrumque cum Chryf. intelligatur?

ŷ. 17. *Omne, quod in os intrat, &c.* Crassâ ineptiâ OEcolampadius hinc vult probare, carnem Christi non esse realiter præsentem in Eucharistia. Enimverò alteratio non fit in corpore Christi, quod in Eucharistia est modo indivisibili & impatibili; sed in speciebus panis & vini, quibus sufficienter calore stomachi alteratis, desinit ibi Christus esse præsens; qui proin per secessum non emittitur, nec in excrementum mutatur. Sicut Corpus & Sanguis Christi sub speciebus panis & vini est, non per *adductionem*, nec motum localem, nec per *strictam creationem*, utpote quæ dicit antea non existere, cùm Christus ante Consecrationem sit in Cælo; sed per modum

creationis, id est per *Transsubstantiationem* totius panis & vini simpliciter desinentis, qui est terminus à quo, remanentibus speciebus panis & vini, in substantiam Corporis & Sanguinis Christi, quæ est terminus ad quem: ita Christus ibi esse desinit, non per *reductionem*, nec motum localem, nec per sui *corruptionem*, utpote quæ signat remanentiam materiæ primæ, nec per *strictam annihilationem*, quæ sinit in absolutè non esse, cum Christus maneat in cœlo; sed per modum annihilationis, id est per *simplicem ibi desitionem*.

ŷ. 22. *Ecce mulier Chanaanæ*; sic dicta, quia erat ex posteris Chanaan, filii Cham, filii Noë. Erant autem Chanaanæi, juxta communem sententiam, qui Palæstinam ad mare incoluerunt, & à Josue fuerunt superati, non tamen totaliter expulsi; nam in Phœnicia, sive Tyro & Sidone, quas civitates numquam superare potuerunt Hebræi, perstiterunt. Septuaginta Interpretes Josue 5. ŷ. 1. pro *Reges Chanaan*, vertunt, *Reges Phœnicia*: Chanaanæi ergo aliter dicti erant Phœnices. Atque hinc *Syrophœnissam* genere vocat Marc. ŷ. 26., id est, ex Phœnicia Syriæ: item *græcam*, id est, *gentilem*, ut noster vertit Interpres; quia gentiles *Græci* vocantur ad Rom. 1. ŷ. 17., Galat. 3. ŷ. 28., quod etiam facit ad commendationem fidei mulieris gentilis; quæ & Christum, miraculis jam percelebrem, ut filium David nôsse potuit ex vicinis Judæis. Matthæus hanc historiam velut in platea, Marcus velut in domo gestam, describunt: conciliantur cum Aug. lib. 2. de consensu Evang. cap. 49., si dicatur mulier hæc primùm Christo supplex facta in domo, ac silentio repulsa, mox exuntem secuta clamasse in via, donec, quamvis iterum repulsa, perseverans, obtinuit filiæ sanationem à dæmonio.

IN CAP. XV. MATTHÆI. 145

¶. 24. *Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël: non quòd missus non esset Redemptor totius mundi ad salutem etiam gentium; sed missus, ut Judæis, quos & hìc vocat filios, quorum Patribus promissus erat, per semetipsum Evangelium nunciaret; ità Aug. tract. 31. in Joan. ; alii cum Hieron. explicant; non sum missus primariò, nisi ad Judæos; quo sensu Marcus habet, sine priùs saturari filios; posteriùs ad gentes per Apostolos, Judæis me repellentibus.*

¶. 26. *Panem filiorum: ità vocat gratiam Evangelicam, & miracula; & mittere canibus; quales vulgò Judæi habebant gentiles ob spurcos mores, & idololatriam. Repulsam fert mulier, ad manifestandam ejus fidem, perseverantiam, & humilitatem; Chrysof.*

¶. 27. *Etiam Domine. Marcus ¶. 28. Utiq; Domine; Græcè vai, certè, profectò ità est, ut volo, canis sim tua; non enim sum aliena: ergo nutri me; nam & catelli, &c. adedque expecto, non panem integrum filiorum projectum, sed micæ misericordiæ tuæ cadentes de mensa, id est de tanta copia gratiarum Dominorum meorum, id est, tam Judæorum; qui hâc exsaturantur, quàm Christi, qui illos abundanter pascit; Chrysof. Modestè & suaviter in sua vota inclinat Christum suiipsius verbis.*

¶. 29. &c. *Et cum transisset inde Jesus, venit secus mare Galilææ: & ascendens in montem sedebat ibi: patrans multa sanationum miracula; & septem panibus & paucis pisciculis pascens quatuor hominum millia, extra parvulos & mulieres; vide dicta cap. 14. Marcus ¶. 31. explicatiùs habet: iterum exiens de finibus Tyri, (non quod antè adhuc eos fuisset ingressus; sed rò iterum accipitur, quasi novum factum significans,*

146 IN CAP. XV. MATTHÆI.

vel tamquam si dicatur; & exiens ab iisdem finibus Tyri) *venit per Sidonem*: ita legunt omnes ferè Latini Codices, & Interpretes cum Hieron.; intellige per loca Sidoni vicina; Menochius: *ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos*, scilicèt iter habens. Decapolis erat regio decem civitatum, quæ sunt Tiberias, Sephet, Asor, Cedes, Cæsarea Philippi, Capharnaum, Jotapata, Bethsaida, Corosaim, Bethsan, sive Scytopolis; à Lap.

ŷ. 39. *Ascendit in naviculam, & venit in fines Magedan*, ultra mare Galilææ, circa Gerasan; Hieron. de locis Hebraicis: Græcè, *Magdala*; Arabicus, *Magedal*. Marcus cap. 8. ait: *Venit in partes Dalmanutha*: sive quòd idem locus duplex nomen habuerit, secundùm Aug. lib. 2. de consensu cap. 51., sive quòd essent loca contermina, ita ut, qui in fines unius venerit, etiam venerit in fines alterius. Versus hic, ait à Lap. spectat ad cap. sequens: unde multi ab eo inchoant cap. 16.; in Magedan enim contigit petitiõ signi de cœlo, quæ sequitur.

CAPUT XVI.

Signum petentes arguit, cavendum docet à fermento Phariseorum, Marci 8. Promittit Petro Pontificatum, prædicit suam Passionem, vocat ad crucem portandam, Marci 8. Luc. 9.

Vers. 4. *Faciem ergo cœli dijudicare nõstis, ex signis tantùm probabilibus; signa autem temporum, adventûs Messiæ, quamvis certa tot prophetiis datis & impletis, & miraculis in hujus testimonium, non potestis scire? Ut tentantes novum signum de cœlo quæratis?* Hilar., Hieron., Euthym.; unde concludit, non esse dandum sig-

num, nisi Jonæ Prophetæ, de quo juxta Aug. lib. 2. de consensu Evang. cap. 51. etiam aliàs cap. 12. §. 39., ubi vide. De signo non dando nisi Jonæ, hic omittit Marcus; Aug. cit.

Et relictis illis abiit, ex Magedan. Marcus §. 13. ait: Et dimittens eos, ascendit iterum navim, et abiit trans fretum, in ulteriorem ripam, scilicet Bethsaidam; Marc. §. 22.

*§. 5. Et cum venissent trans fretum, oblitifunt panes accipere: id est, cum venire cœpissent, vel solvissent, ut venirent trans fretum; ita Interpretes communiter: & quia sequentia contigisse in ipsa navigatione, dicit Hieron., & habetur ex Marco. Nec obest, quod Lucæ 12. *Multis turbis circumstantibus* asseratur Christus dixisse discipulis, *attendite à fermento Phariseorum*: eadem enim diversâ occasione & loco repetit, ut sæpè notat Aug. de consensu Evangelistar.*

§. 6. Cavete à fermento Phariseorum. Per fermentum doctrinam intelligi, constat ex §. 12. Doctrina autem fermento comparatur, quia sicut ab hoc tota farinæ massa, ita à bona vel mala doctrina populus illam audiens emendatur, aut corrumpitur. Huic versui non repugnat Matth. cap. 23., ubi Christus jubet obediri doctrinæ Phariseorum; *R.* enim, hic agi de doctrina eorum, quatenus sectæ propria erat, vanisque, & exterioribus, ac legi divinæ contrariis traditionibus vitiata, quâ hypocritarum doctrinâ populus inficeretur: ibi autem de communi doctrina Moysis ac legis, quam Pharisei in Cathedra Moysis sedentes explicabant.

Et Sadducæorum. Marcus §. 15., *Et fermento Herodis*: sive quod hujus tertia quædam fuerit secta, vide cap. 22. §. 16., sive quia Herodes liberiori sectæ Sadducæorum, ut plerique Optimates, teste Josepho lib. 18. antiq. cap. 2., ad-

hærebat, eamque suâ autoritate fovebat. Bethsai-
dam appulso oblatus cæcus curatur, Marci
v. 22., quod solus Marc. commemorat, inquit
Aug. cit. cap. 53.

v. 13. *Venit in partes Cæsareæ Philippi.* Est
hæc urbs Phœnicia ad radices montis Libani &
Jordanis scaturiginem, olim dicta *Dan*, eò quòd
Judic. 18. à tribu Dan astu capta esset, antè di-
cta *Paneas*; quam Philippus Herodis magni fi-
lius Itureæ & Trachonitidis Tetrarcha reparavit
& auxit, & in honorem Tiberii Cæsaris *Cæsaream*
appellavit; unde hic vocatur *Cæsareæ Philippi*,
ad distinctionem antiquioris *Cæsareæ*, quam
Herodes Philippi Pater ad mare Mediterraneum,
in loco *Turris Stratonis*, ædificatam nominavit
Cæsaream, in honorem Augusti Cæsaris; Hieron.

Et interrogabat (in via, inquit Marc. v. 27.
post orationem, de qua Lucas v. 18., vel, ut
intelligit Aug. 2. de consensu cap. 53., dum,
comitantibus Apostolis, *solus esset orans in via*)
quem dicunt homines esse filium hominis? Lucas,
quem me dicunt esse turbae? in idem venit; quam-
quàm & utrumque dicere potuit.

v. 14. *At illi dixerunt: alii Joannem Bap-*
tistam, &c. vide in cap. 14. v. 1., alii Eliam,
quem non mortuum, ex Paradiso vel loco, in
quo degebat, in forma Christi venisse existima-
bant.

v. 15. *Vos autem quem me esse dicitis?* Plus
aliquid expectat à suis, tamquàm non vulgari-
bus, ut & patet ex antithesi; Chryf.

v. 16. *Respondens Simon Petrus; pro se ipso,*
secundùm Hilar. & alios omnes autores, inquit
Maldonat., &, tamquàm Princeps & os Apo-
stolorum, secundùm Chryf. majori præ cæteris
fide, præveniens id, quod & alii respondere de-
buissent, & quod Christus expectabat, & hoc

sensu etiam pro omnibus aliis; prout eum locutum esse docent Hieron., Anselm., Aug. de verbis Dom. serm. 13., Ambros. lib. de Incarnat. cap. 4., nempe quod agit caput, derivatur in corpus.

Tu es Christus Filius Dei vivi, non per gratiam & adoptionem, ut Joannes Bapt., Elias, alique: quia alioquì Petrus nil amplius dixisset; cum tamen Christum illis opponat & anteponat; sed proin *Naturalis*; Leo serm. de transfig., Chryf., Hilar., Theophyl., Euthym., Aug. serm. 33. de verbis Apostoli, Athanas. serm. 3. contra Arian. sive, *Tu es Verbum Divinum Patri consubstantiale Caro factum Messias*; quod totum mysterium pleniùs præ aliis ex singulari Dei illuminatione hìc confitetur; unde singulari encomio hæc ejus fides à Christo laudatur, ac mercedem, præmiumque tulit.

ψ. 17. *Beatus es Simon Bar-jona*; per contractionem, pro *Bar-Joanna*, quod Chaldaicè filium Joannis significat, ut est Joan. 21. ψ. 15. Non tantum more Hebræo Christus nomen Patris addit, sed & habet respectum ad Petri responsionem, tacitè confirmans, se esse Filium Dei, sicut Simon filius Jonæ, nempe *Naturalis*; Chryf. *Quia Caro & Sanguis non revelavit tibi*; id est, homines carne & sanguine constantes; Chryf. intelligitur etiam de carnali oculo & sensu Petri.

ψ. 18. *Et ego, Græcè, sed & ego*, tuâ confessione verè Filius Dei, *dico tibi*, filio Jonæ, emphaticâ antithesi; *quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Non hìc primò nomen petri accipit, utpote quod jam ante habebat, de quo Joan. cap. 1. ψ. 42.; sed nominis vim exprimit, & prærogativam Petro promittit; quasi dicat: *tu es Petrus, id est Petra, & super te, ut supra Petram, ædificabo Ecclesiam*.

meam : ità pro Primatu Petri , cum Concilio Chalcedon. hunc textum intelligit longa antiquorum PP. series apud Maldon. hìc , & Bellarm. lib. I. de Rom. Pontif. cap. 10. Quarè non ad litteram Aug. *super hanc Petram* , explicat , *super meipsum* : cum & noster sit serm. 16. de sanctis dicens : *dignus , qui ædificandis Dei populis Petrus esset ad fundamentum , columna ad sustentaculum* ; & sermone 49. de verbis Domini secundum Joannem ; *dicit Petro , in quo uno firmat Ecclesiam , Petre amas me ?* Nunc communis interpretatio ulteriùs , & præter dicta cap. 10. §. 2.

Prob. 1. Quia etiam antecedentia & sequentia non nisi Petrum spectant ; quibus sanè aliquid magni & singularis , tamquàm præmium confessionis fidei , Petro promisit : quid autem promississet in sententia hæreticorum ? 2. Quia Syriacè , quâ tunc linguâ Christus utebatur , *Petrus* , & *Petra* , non sunt nomina diversi generis : sed unum idemque vocabulum *Cepha* , Petrum , & Petram significat. Quin versiones originales & orientales , Syriaca , Armena , Arabica , Æthiopica vel Coptica , Persica , ipsumque Evangelium Hebraicum , quod quasi authenticum & autographum edidit Sebastian. Munsterus , quæ vide apud à Lap. hìc , in hoc conspirant , quòd *Petrus* sit idem , quod *Petra* , & *Petra* idem , quod *Petrus* , seu idem nomen dent *Petro* & *Petræ*. Imò ipse Beza hìc ait : " Dominus Syriacè loquens , nullâ usus est agnominatione , sed utrobique dixit *Cepha* : quemadmodum & vernaculum nomen *Pierre* , tam de proprio , quàm applicativo dicitur ; in Græco quoque sermone ne *πίτρος* & *πίτρα* , non re , sed terminatione tantum differunt. „ Sicut igitur , si dixisset Christus , *tu es Petrus , vel Petra , & super hunc*

Petrum, vel Petram ædificabo Ecclesiam meam, id hunc, vel hanc sine dubio referret Petrum, nec quisquam dubitaret, quin huic, tamquam fundamento, se Ecclesiam inædificaturum significare voluisset; ita nec hac de re dubium esse potest; quia utrobique usus est eadem voce Cepha.

Quodd autem Græcus, & noster Interpres verterit, *super hanc Petram*, potius, quam, *super hunc Petrum*, & quodd Christus non aperte dixerit, *super te ædificabo Ecclesiam meam*, est ad majorem intelligentiæ metaphoræ energiam; cum super saxa magis propriè ædificia extrui dicere solemus, non super homines. Neque hinc sequitur, nos ponere aliud fundamentum Ecclesiæ, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus, 1. ad Corint. 3.; quia Christus est fundamentum unicum primarium Divinum; Petrus dumtaxat secundarium, ipsi Christo inædificatum. Sic Paulus ad Ephes. 2. omnes Apostolos & Prophetas dicit fundamentum, fideles ædificatos *super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari Lapide Christo Jesu; in quo omnis Ædificatio constructa crescit in Templum Sanctum*. Sic Joan. Apocal. 21., *murus Civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum Agni*; quorum scilicet primum à Christo est Petrus ad firmamentum fidei omnium aliorum; in quo, tamquam Petra, fundamento, oraculo universali fidei, nisi ipsa innitatur, super arenam ædificata ruat necesse est: ipse, inquam, Petrus per Christum est quasi Lapis Lydius, ad quem probatur vera fides à falsa. Sic denique non repugnant Princeps & Vicarius ejus, cui Princeps amplissimam suam potestatem communicasset; sed hic illi est subordinatus.

Nec adversantur, sed reipsâ favent Hilar., Chryf., Cyril. Alexandrin., Gregor. Nyssen., Ambros. apud Maldon., qui, *super hanc Petram*, interpretantur, *super hanc*, Petri scilicet, *fidem*, *super hanc fidei Petri confessionem*; Orig. *super omnes homines eandem*, nempe cum Petro, *fidem habentes*: volunt enim, hanc ejus confessionem causam fuisse meritoriam, cur in ipso, tamquàm fundamento, ædificanda esset Ecclesia: item, hanc Petri fidem & confessionem perpetuam in Petro, tamquàm Petra, futuram, & cujus os etiam hodie, & semper loqueretur in ejus successoribus Christi Vicariis. Dictique ipsi PP. Hilar. lib. 6. de Trinit., in commentar. in Psal. 131., & Canone 16. in Matt., Chryf. hom. 2. in Psalm 50., Cyril. lib. 2. in Joan. cap 12., Ambros. ferm. 47. de fide Petri, & ferm. 68. de natali Petri & Pauli, Origen. homil. 5. in Exod. apertissimè nostri sunt. *Et portæ inferi non prevalebunt adversus eam*, Ecclesiam; ità PP. teste Maldon. Ecclesiam, inquam, *supra Petrum*, ceu Petram fundatam. Id est generaliter omnis potentia diaboli, sive per se, sive per alium quemcumque hæreticum, & peccatorem.

¶ 19. *Et tibi, soli rursus Petro, dabo claves regni Cælorum.* Est hæc alia metaphora, sicut illa prior Petræ fundamentalis. Per *claves*, Principatus, ac suprema spiritualis potestas, tam interni, quàm externi regiminis, seu fori; per *regnum Cælorum*, universim Ecclesia designatur. Sic claves urbis Principi traduntur in signum agnitionis Potestatis. Sic Isaïæ 22. rejecto Sobnâ Pontifice, de substituendo Eliacim dicit Deus: *Dabo Claves domûs David super humerum ejus: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.* Non quòd Apostoli, aliique Ecclesiæ Prælati, non habuerint, habeantque sibi or-

dinarias Claves, potestatemque solvendi, atque ligandi; sed secundum Christi voluntatem subordinatas Petro; & hi quidem pro particulari tantum sui Episcopatus Ecclesia. Sicut, inquit Maldonat., in domo, etiam si multi suas habeant claves, solus tamen Dominus & domi omnes, & secretas habet, quibus, cum vult, ita claudit, ut nemo aperire; ita aperit, ut nemo possit claudere.

ET QUODCUMQUE, universaliter, *ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis*: ET QUODCUMQUE *solveris super terram, erit solutum & in cælis*; id est, coram Deo. Per hanc metaphoram explicat plenitudinem dictæ potestatis Petro conferendæ; quæ ipsi Joan. 21. collata est à Christo sub alia metaphora Pastoris; *Pasce oves meas*. Hinc ergo inter alia Pontifex universim leges fert, & censuras, peccata reservat, solvit vota, &c. Novatores hæretici, toti antiquitati contrarii, potestatem solvendi & ligandi ponunt in potestate impertiendi & subtrahendi doctrinam & prædicationem. Quid si prædicant, & auditores non credunt; an solvunt? Si credant, an non hi se solâ suâ fide solvent? An tandem potestas clavium non erit penes mulierculas alias docentes? Apage. Certè aliter Paulus 1. ad Corinth. 5., & 1. ad Timoth. 1. v. 20. ligavit, excommunicando, satanæ tradendo: aliter in Ecclesia Dei solvuntur vincula peccatorum, per Sacramentum Pœnitentiæ, &c. Certa etiam est Ecclesiæ sententiæ, penes illam esse potestatem solvendi, sive juvandi animas sub terra, sive in purgatorio existentes, saltem per modum suffragii, applicando preces, sacrificia, indulgentias; hisque eas, solutâ excommunicatione, restituendo, si in illa, at pœnitentes, decesserint; ut fecit S. Gregor., teste Joanne Diacono in ejus vi-

ta lib. 2. cap. 45. : jus item habet mortuos excommunicandi, id est privandi dictis suffragiis, ut & semper factum esse constat ex Cypriano epist. 66., & Aug.; sive hoc dicatur fieri directâ potestate in ipsos mortuos; sive indirectâ, id est directâ potestate in fideles prohibitos pro ipsis orare, &c.

Porro, munus supremi Principis, Capitis & Pastoris Petro collatum fuisse perpetuum, sive ad ejus Successores Romanos Pontifices futurum, contra Tertullian. lib. de pudicitia jam factum hæreticum Montanistam, ut monet Hieron. lib. de Scriptor. Eccles., aliosque hæreticos, qui Petro tantum extraordinariè & *personaliter* illud collatum volunt, liquet 1.; quia ille est consensus totius Ecclesiæ, cui frustra oblatratur. 2. Ex ipsis allegoriis, quibus Christus potestatem illam expressit: nam fundamentum necessarium est, quamdiu durat ædificium; Pastor, quamdiu durat ovile; sicut & Princeps, quamdiu Regnum. 3. Aliàs regimen Hierarchicum, mortuo Petro, fuisset mutatum: credendum autem est, Christum optimam formam, & maximè convenientem Ecclesiæ, adedque quam perpetuam vellet, elegisse; & quidem post tempora Apostolorum magis futuram necessariam in tam latâ per universum orbem Ecclesiæ dispersione ob rationes 5. dicendas. 4. Quia in V. T. semper fuit Pontifex, qui supremâ potestate regeret Synagogam, cujus Deus erat institutor, sicut Christus Ecclesiæ. 5. Cyprian. tract. de unitate Ecclesiæ scribit: *Primatus Petro datur, ut UNA Christi Ecclesia & Cathedra UNA monstratur. Et; super illum UNUM ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas. Item: UT UNITATEM manifestaret, UNAM Cathedram constituit, & UNITATIS ejusdem originem ab UNO*

incipientem suâ autoritate disposuit. Hieron. lib. i. contra Jovin. *Propterea inter duodecim UNUS eligitur, ut capite constituto, schismatis tolleretur occasio* : ubi unitas & Cathedra una monstraretur, si in Petro defecerit ? Quomodò tolleretur schismatis occasio, & non potiùs indies cresceret ? Summi Pontificis est convocare Concilia Generalia, iis per se vel Legatos præsidere, ipse Fidei & Morum controversias decedit ; Episcopos instituit, & perversos deponit, &c. prout & universæ testantur historiæ, & fusiùs tractant Theologi.

¶. 20. *Tunc præcepit, ut nemini dicerent, quia ipse esset Jesus Christus.* Nota, nullibi Apostolos iussos esse, ante passionem prædicare Christum ùt Jesum filium Dei ; numquàm secundùm Orig. tract. i. in Matt. prædicasse ; sed tantùm regnum Dei, pœnitentiam ; & secundùm Hieron., Christum, ùt Prophetam potentem, à Deo missum. At, cur hoc dici Christus hìc vetat, cùm id ipse omnibus conatus sit persuadere, ùt Joan. 5. & 10., & tot miraculis confirmare ? Resp. i. ad ulteriùs declinandum odium & invidiam, præsertim Pharisæorum, istâ tam apertâ prædicatione augendam : etenim, si ne ipsi quidem Christo crediderint, tot in ejus testimonium miracula patranti, multò ampliùs fuissent offensi istâ prædicatione discipulorum. 2. *Causam cum Matt. & Marco hanc dat Lucas ¶. 22. Quia oportet filium hominis multa pati.* Ac si dicat : quia illi, quibus hoc prædicaretis, paulò post scandalizati ob meam passionem (ob quam & vestra fides nutabit) fidem illam difficiliùs dein admitterent : fatius itaque est, non dici nunc à vobis, me Deum esse : post resurrectionem id prædicandi, & miraculis stabiliendi tempus erit : ità Chryf.,

156 IN CAP. XVI. MATTHÆI.

Hieron. Ideò etiam ii, qui Transfigurationi interfuerunt, de qua cap. sequenti, prohibiti sunt eam vulgare ante resurrectionem, secundùm eosdem.

ŷ. 22. *Et assumens eum Petrus* : Marcus, *apprehendens eum* : ducens aliquantùm seorsum, ne coram aliis, Chryf., Hieron., *cœpit increpare eum*, non tamquàm reprehendens, sed amicè optans, ut id ne fieret; vel consulens, ex amore erga Christum, ut notat Hieron. & Chryf. Quarè non videtur hìc saltem graviter peccàsse Petrus, et si graviter reprehendatur ob rei, quam ex inadvertentia dissuadebat, gravitatem.

ŷ. 23. *Vade post me satana*, id est, adversarie: (quod nomen antonomasticè tribuitur diabolo cap. 4.) repellentis more indicat, hoc Petri consilium non esse prudentis amici, sed potiùs adversarii, seu inimici. Petrus paulò antè *dictus beatus*, modò, teste Aug. & Hieron, *satanas* appellatur: quia idem homo diverso tempore (quæ est naturæ inconstantia) nunc divina, nunc humana sapit; Aug., Theophyl. apud Maldon. *Scandalum es mihi*, id est, offendiculum ex tua parte: quia Christus ipse scandalum ex se pati non poterat. *Quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum*; dum inordinato erga me affectui indulgens, impedire vis passionem meam, hominumque per eam redemptionem à Deo destinatam; Hieron., Beda.

ŷ. 24. *Si quis vult post me venire*, &c. hæc ad Discipulos, & Marci ŷ. 34. ad turbas dicta eò spectant, ut doceat, omnes etiam ejusmodi affectus, quibus cum Petro ignominiam & cruciatus perhorrescimus, esse superandos iis, qui Christum sequi cupiunt. Vide dicta cap. 10. ŷ. 39.

ŷ. 28. *Sunt quidam de hic stantibus*, &c. id est, quidam adstantium, seu præsentium, non morientur, donec, sive antequàm videant me ap-

parentem in gloria regni, seu gloriosum, qualis ero in regno meo. Hæc non intelliguntur de Joanne Evangelista, tamquam citra mortem superstitite usque ad diem judicii; communis enim est sententia, eum esse mortuum; & ipse hanc opinionem refutat cap. 21. v. 23. *Exiit sermo inter fratres, &c.* Nec de gloria Resurrectionis, vel Ascensionis, quæ Discipulis omnibus fuit manifesta; quia particula *quidam*, paucorum illud privilegium fore indicat. Maneat igitur Communis sententia Origen. tract. 3. in Matt., Hilar. Can. 16., Ambr. in cap. 9. Lucæ, Aug. in cap. 2. ad Galat., Chryf., Hieron., hæc dici de Petro, Jacobo & Joanne; qui post sex dies interfuere Christi transfigurationi; quam & mox subnectunt tres Evangelistæ.

CAPUT XVII.

Christus transfiguratur, Marci 9. Lucæ 9. v. 28.
Questio de Elia, Marci 9. *Sanat Lunaticum*, iterum *prædicit passionem*, Marci 9. Lucæ 9. v. 38. *Solvit didragma.*

Vers. 1. *Post dies sex. Lucas; Factum est autem post hæc verba ferè dies octo.* Resp. cum Hieron. *Facilis est solutio; quia hic mediæ ponuntur dies; ibi primus additur, imperfectus, quo promisit suam transfigurationem, & extremus, in cujus aurora ipsa contigit: idcirco ait, ferè; Chryf., Aug. lib. 2. de consensu cap. 56. In montem excelsum seorsum, scilicet Thabor, juxta Hieron. in Epitaphio S. Paulæ, Cyril. Hierosol., Damascen., Bedam, Euthym. Mons hic situs in medio Galilææ campo ad torrentem Cifon; ob transfigurationem fidelium honore celebris, amœnus & fertilis, distat 20. leucis à Cæ-*

sarea Philippi, unde Christus venerat itinere sex dierum.

ψ. 2. & seqq. *Transfiguratus est ante eos.* Ità res se habuit ejusque series.

1. Christus cum Petro, Jacobo, & Joanne fratre ejus, tamquam præcipuis Apostolorum, ad confirmandos, secundum Chryf., Euthym., Theophyl., eorum animos contra instans scandalum crucis, eosque divinitatis suæ testes habendos, *ascendit in montem, ut oraret*, inquit Lucas: quam solam causam discedens expresserit, nullâ transfigurationis factâ mentione, ne & invidiæ occasionem relinqueret aliis Apostolis ad radicem montis remanentibus, qui nihil illius viderunt, Christo gloriæ suæ speciem ad certam loci distantiam terminante.

2. *Dum oraret*, discipulis interim ex labore itineris, ac conscensu montis, & prolixitate totius noctis more suo orationis Christi, somno gravatis & dormientibus, ut habet Luc., *Transfiguratus est*, assumens, non extrinsecus ab aliquo corpore lucido in se resplendentem, sed intrinsecus inhærentem, proprium, & mirabilem quemdam totius sui corporis fulgorem & claritatem, indicem divinitatis (quamvis solam faciem nominent Evangelistæ, ut partem magis spectabilem) ex eoque Christi Corpore secundum Ambr. in symbol. cap. 22., Hieron. Epist. 61, Aug. 22. de civit. cap. 9., Orig. in cap. 9. Levit. etiam transparentem per vestimenta (sicut sol transparet per tenues nubes) quæ inde dicuntur *facta alba sicut nix*; à Marco, *splendentia, & candida nimis velut nix*; à Luca, *vestitus ejus albus & resurgens*. Quin & splendor ille communicatus fuit Moyfi & Eliæ, ex eo dicti apud Luc. *visi in Majestate*, nempe à Christo participata; denique ipsi nubi, quæ inde à Matt. dicta sit *lucida*:

Nota : cum Hilario, omnibusque antiquis autoribus, & quibusdam græcis codicibus, & quia Marcus ita scribit, legendum est apud Matt. *alba sicut nix* : non verò cum plerisque Græcorum exemplaribus, *sicut lux*; & quia albedo propior nivi, quàm lumini solet comparari; Maldon. In his omnibus non fuit lusus imaginationis, sed verus oculis & auribus aspectus & auditus. Christus formam corporis, aut quantitatem non mutavit : non enim est credibile, etiam post resurrectionem, aut in cœlis lineamenta ejus corporis fuisse, vel esse alia, quàm ante mortem, cum illa in ipso fuerint exactissima, & Apostoli nunc, & post resurrectionem eum agnoverint. Patres quidam dicentes, Christi Divinitatem ab Apostolis visam, explicandi de gloria corporis, ut indice Divinitatis : tum quia oculus corporis videre Deum nequidem potest, ut est communis Theologorum, sed nec viderunt lumine gloriæ transitorio ipsorum menti afflato; quia scriptum est : *Deum nemo vidit unquam*, Joan. I. v. 18., ubi plura.

3. Accesserunt Moyses & Elias : hic quidem adhuc vivus, in quo omnes conveniunt, in propria persona, per Angelum è loco suo huc subito translatus : sicut Habacuc, Daniël 14. Moyses verò quoad animam è limbo eductam in aëreo corpore ab Angelo efformato; ita D. Tho. 3. p. q. 45. a. 3. ad 2., Salmeron., Abulensis: 1. quia ita communiter opinamur de apparitionibus Angelorum & Sanctorum, quæ subinde fiunt. 2. Quia ratio non probat aliud factum. 3. Quia dici inconvenienter videtur, Moysen hic verè resurrexisse, ac mox rursus mortuum, prout dicendum foret in opinione Tertul., Origen., Irenæi. Dignosci autem ab Apostolis potuerunt ex inspiratione divina, ut Tertul., ex colloquio ad Chri-

stum, ut Theophylact.; item fortè Moyses ex facie cornuta, virga & tabulis; Elias ex zona pellicea & melote, sicut in Scripturis describuntur, ut Euthym. Cur autem hi adfuerint, ratio est, ut lex per Moysen legislatorem, Prophetæ per Eliam Prophetarum Principem, Christo testimonium perhibere, in eoque terminari, adedque ipsum Messiam esse, in lege & Prophetis promissum ostenderetur: quod confirmatur ex eo, quod, Moysè & Eliâ dein disparentibus, à Patre cœlitus dictum sit de Christo, *ipsum audite*, ut meum Filium, novum Legislatorem, & Prophetam; Moysè & Eliâ jam officio suo functis: ita Tertul. lib. 4. advers. Marcion., Ambr. in cap. 9. Lucæ, Aug. lib. 5. de hæresib. cap. 7., Hilar., Chryf., Hieron., Beda., Euthym. hic.

4. Hoc fulgore, & primo colloquii congressu, è somno *evigilantes*, ut ait Lucas, *viderunt Majestatem ejus*, & *duos viros, qui stabant cum illo*, Moyses & Elias, loquentes cum illo, & dicentes *excessum ejus*, id est mortem, seu exitum vitæ, quem completurus erat in Jerusalem. Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Jesum: *faciamus tria Tabernacula*; nempe præ gaudio, *bonum est nos hic esse*, & retinere cupiens parantes abire à Christo Moysen & Eliam, quasi extra se raptus, *nesciens quid diceret*. Nec verò erat, unde tam citò ibi tabernacula fierent; nec iis indigebant gloriosa corpora; nec diu in monte morari conveniebat Christo prosequenti suam Passionem.

5. Apud Luc. *Hæc autem illo loquente, facta est nubes*, & *obumbravit eos*, circumcingens Christum, Moysen, & Eliam, vel etiam ipsos Apostolos includens. Tum, utrimque à latere Christi densiorem *intranctibus illis in nubem*, Moysè scilicet & Eliâ, juxta Syrum & Euthym. & disparentibus,

ad

ad locum, unde & sicut venerant, reductis, corpore Moyſis in auras evanefcente; *vox*, Patris, *facta est de superiori nube, dicens: hic est Filius meus dilectus, ipsum audite*, credentes, obedientes. Quibus ob Majestatem Sacro timore perterriti Apostoli, Juxta Matt. *ceciderunt in faciem suam*: sed mox à Christo, jam depositâ gloriâ, tacti, & à timore confortati, *levantes oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum.*

ŷ. 9. *Nemini dixeritis visionem, donec &c.* ob rationem cap. 16. ad ŷ. 20. & juxta Chryſ. declinandæ offensionis, vel invidiæ causâ aliorum Apostolorum, qui non interfuerant.

ŷ. 10. *Quid ergo scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire?* Ante adventum scilicet Christi, ex Malachiæ 4. Eliam jam abeuntem, & Christi gloriam viderant, quem & gloriosè regnum Israël restitutum putabant; audierant eum brevè moriturum, nondum intelligentes mysterium mortis & resurrectionis Christi, ipsis primò hic prædictum: rogant ergo, quomodò hæc consistant cum iis, quæ ex Malach. tradebant Scribæ, qui inde concludebant, Christum nondum venisse; suam dubitationem quasi sub Scribarum & Phariseorum nomine tegentes. Respondet Christus ŷ. 12. Mysticum Eliam, nempe Joannem Bapt., qui primum hunc suum adventum præcederet, Marci 1. à Prophetis prædictum, jam venisse; indicans, Malachiam agere de secundo suo magno & horribili adventu ad judicium.

ŷ. 14. *Et cum venisset ad turbam.* Lucas ŷ. 37. *in sequenti die, non sequenti transfigurationis, sed ascensûs in montem, descendantibus illis de monte, occurrit illis turba multa.* Marcus ŷ. 13. *Et veniens ad Discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis, disputantes, exprobrantes, quòd lunaticum sanare*

non potuissent, ut colligitur ex textu, nimirum ad alienandos eorum animos à Christo, tamquam non vero Messia. *Quia lunaticus est.* Filius hic, Lucæ *unicus*, describitur ab Evangelistis ab infantia possessus à valentiori dæmone, qui ipsum maleficio reddebat surdum, mutum, & teste Hieron. hic, & in Matt. cap. 4. v. 24. cum Origene ibidem, Lunaticum; & quia solâ dæmonis, Marci v. 24. à Christo dicti *surdi & muti*, ejectione videtur fuisse sanatus. Symptomata indicant epilepsiam, seu morbum comitalem, malum Lunæ mutationibus subjectum, quibus latendi causâ, tamquam si malum esset naturale, dæmon se accommodabat.

v. 16. *O generatio incredula & perversa!* Messius hæc increpatio cum Hieron., Hilar., Chryl., Theophylacto, Bedâ, dirigitur tum ad patrem adolescentis incredulum, ex Marci v. 19. *respondens ei*; & v. 22. *si quid potes, adjuva nos*; quasi de potestate Christi pater dubitaret, & v. 23. *si potes credere*: tum ad Judæos & Scribas non credentes tot Christi miraculis, eaque blasphemantes ut per Beelzebub facta.

v. 19. *Propter incredulitatem vestram.* Christus in domo privatim rogatus carpit Apostolos, non quòd fidem non haberent, cum Christum constanter tamquam fideles discipuli sequantur, & cap. 16. confessi sint; à quo & cap. 10. acceperant donum miraculorum; sed quòd haberent minorem, seu cum minori fiducia conjunctam, quam oporteret ad hunc dæmoniacum sanandum: atque hoc est, quod sequitur: *si habueritis fidem sicut granum sinapis*; id est acrem, vivam, cum magna fiducia divinæ opis affuturæ, Origen. in Matt. cap. 4., Hieron., Beda, *nihil impossibile erit vobis*. Quod & intellige, sine præjudicio & exclusione istius, quod sequitur, nempe;

ŷ. 20. *Hoc autem genus, dæmoniorum ferocium, potentiorum, Hieron. hic, Leo serm. 2. de Jejunio, non ejicitur nisi per orationem & jejunium, quæ sint cum fide conjuncta; id quod Chryf., Euthym., Theophylact. intelligunt, tam ex parte ejicientis, quàm ex parte possessi, si hic sit eorum capax.*

ŷ. 21. *Conversantibus autem eis in Galilæa. Marcus ŷ. 29. Et inde profecti, è domo, de qua ŷ. 27., prætergrediebantur Galilæam, παρεπιεινοντο, id est, inquit Maldon., ad latus transibant per Galilæam, seu per loca quædam Galilææ lateralialia, semota, clam: addit enim; nec volebat quemquam scire, ubi esset. Causam latendi dat Euthym., & indicat Marcus ŷ. 30. Dicebat autem, Græcè, enim, discipulos suos, solos; iterum prædicens passionem suam & mortem, ut eos in fide patientiâque confirmaret, & cum Theophylacto, ut ostenderet, se liberè mori; item suam jungens resurrectionem, ut eos animaret: quibus secundùm Matt. ŷ. 22. Contristati sunt vehementer; secundùm Marc. ŷ. 31. Ignorabant verbum; non quòd verba, sed mysteria non caperent: & timebant interrogare eum; sicut interrogaverunt ŷ. 10., & memores illius ad Petrum cap. 16. ŷ. 23. vade post me satana.*

ŷ. 23. *Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum; vel fortè aliis absentibus, vel ut magis notum tamquam præcipuum discipulorum, cujus domi, aut domi ejus sacrus ibidem sæpe versatus, & navi usus fuerat Christus. Putant Hieron., Chryf., Beda, Theophyl., Euthym., non ausos fuisse ab ipso Christo propter miraculorum autoritatem petere: sive, cum iisdem, malitiosè interrogant, utrum reddat tributa, an contradicat Cæsaris voluntati. Didrachmum autem continet duas drach-*

mas argenti, id est, dimidium sicli, sive stateris: siclus æquivalet floreno Brabantico 20. stuferorum, Tirin. de ponderib. & monetis. Id autem, teste Hieron., pro tributo Romanis solvebatur: nec enim hîc agi de didrachmo sacro pendendo, habetur ex *ψ. 24. Reges terræ, à quibus accipiunt tributum? Et dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma?* Id est an non solet solvere? An verò exemptus est, & cujus Beneficio vel autoritate? Sicut Joan. 4. *Non contumtuntur Judæi Samaritanis*, idem est ac, non solent conti.

ψ. 24. & 25. Ait: etiam; id est, solet solvere: scire enim poterat Petrus consuetudinem præcedentium annorum; de quo tamen nullibi fit mentio, sed de sola hac solutione ob adjunctum miraculum. *Ergo liberi sunt filii.* Quasi dicat: Regum filii cum sua familia jure communi immunes sunt à tributo Regio: Ergo multò magis ego cum mea Apostolorum familia, qui sum, non solùm ex regia stirpe, sed & Regis Regum Filius; ità Hieron.

ψ. 26, Ut autem non scandalizemus eos, scandalo non dato, sed accepto, quod ipsum vitandum esse, dum vitari non difficulter potest, & Dei gloria postulat, hîc exemplo suo docet Christus, & Apostolus ad Rom. 14., & 1. ad Corinth. 8. *Da eis pro me & te:* non loquitur de aliis, sive quòd ipsi tunc abfuerint, sive quòd aliunde solverint, sive quòd didrachmum solveretur à solis capitibus familiarum; Christus autem pro Petro jussit dari, ut, secundùm Hieron., Chryf., Euthym., innueret, eum jam suæ familiæ Apostolicæ futurum caput à se esse designatum. Cur verò non ex loculis solverit, ratio esse potest, quòd tunc alius, vel alii discipuli, qui loculos portabant, non adessent, &

IN CAP. XVII. MATTHÆI. 165

Christus interim nollet offendere publicanos; vel quod loculi essent exhausti. Scribit hîc Hieron.:
 " Quid primùm mirer nescio : utrum præscien-
 " tiam, quod noverat piscem in ore habere sta-
 " terem, & quod primus ipse capiendus esset;
 " magnitudinem atque virtutem, si ad verbum
 " ejus statim stater in ore piscis creatus est (in-
 " tellige ex alia materia formatus) & quod futu-
 " rum erat, ipse loquendo fecerit. ,,

CAPUT XVIII.

*Christus docet humilitatem, Marci 9. Lucæ 9.
 Fugam scandali, Marci 9. Lucæ 17. De ove
 perdita, de correptione fraterna & condona-
 tione injuriarum. Lucæ 17.*

Vers. 1. *Quis putas major est in regno Cælo-
 rum? Occasionem ambitiosæ contentioni in
 via, & huic domi quæstioni præbuerat, quod
 Christus mortem suam appropinquare dixisset:*
 contenderant ergo, & scire cupiebant, quis post
 ipsum futurus esset præcipuus; cum alii quidem
 carnis cognatione propinqui, alii ætate, alii vo-
 catione priores, alii familiariores essent. Quæstio
 hæc domi Christo proposita de regno Cælorum,
 non de regno Christi in terra, sed de regno cœ-
 lesti intelligitur, cum Chryf. & Euthym. 1. Quia
 Christi responsio *ψ. 3.* apertè agit de regno cœ-
 lesti. 2. Quia, quis hîc major inter illos futurus
 esset, ambitiosum nimis videbatur; sic ut Marci
ψ. 32. Christo, etsi conscio, interrogante, ut ul-
 ceri mederetur, *quid in via tractabatis? ψ. 33.*
 addatur: *at illi tacebant, si quidem in via inter
 se disputaverant, quis eorum major esset;* præ-
 pudore nempe suæ ambitionis: sed sperabant,
 occasione quæstionis de principatu in Cœlis, quæ

videbatur honesta, se intellecturos aliquid de primatu in terris, de quo inter se disputaverant in via. Tum Christus, ut habet Lucas *ψ. 47. Videns cogitationes cordis illorum, & tegumentum dissimulatæ ambitionis, ea fecit & dixit, quæ sequuntur apud Evangelistas. Ex hac discipulorum disceptatione quidam non rectè putant, Petro non fuisse à Christo promissum primatum supra cæteros Apostolos: quia, ut benè Origen. hom. 18. in Matt. "Interdum arbitrabantur Petrum majorem: quia Christus ad eum; super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: iterum fortè eorum revocabatur opinio, propterea quod dixerat Dominus Petro, quod aliis non dixerat: vade post me satana."*

*ψ. 3. Nisi conversi fueritis, ab ambizioso desiderio honoris terreni, & efficiamini sicut parvuli, humilitate, simplicitate; Orig., Hilar., Hieron. epist. 45. Non intrabitis in regnum cælorum: si nempe quis non sit præditus humilitate excludente peccatum mortale. Hæc tamen ambitio videtur fuisse solùm venialiter mala; dicente Chryf. humanum quid passi discipuli sunt: quamquàm & hæc introitum impediret ad tempus. Marcus *ψ. 34. habet: Si quis vult primus esse, erit, hoc est, esse debet, omnium novissimus, & omnium minister: ubi Christus docet humanæ sapientiæ paradoxum, viam ad excellentiam sive in hac vita, sive in futura, esse veram humilitatem, demississima quæque sectari, fieri infimum, & sicut parvulum.**

*ψ. 5. & 6. Et qui susceperit unum parvulum talem, non tantùm ætate, sed & homines fideles, humiles, simplices, mundo despectos, juxta Chryf. & Hieron., in nomine meo, eum virtute & cultu fovendo, ac promovendo; ut sit antithesis ad *ψ. 6., Qui autem scandalizaverit unum (Sy-**

rus legit, *offendiculo fuerit uni*) de pusillis istis, qui in me credunt, scandalo activo inducendo ad malum, aut à bono avertendo: nam & in sequentibus sumitur *scandalum* activè & propriè; *expedit ei, ut suspendatur mola asinaria*, major lapis molaris ab asinis versari solitus. Lucas cap. 17. *Utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quàm ut scandalizet unum de pusillis istis.* Notat Hieron. "Quamquàm generalis possit esse sententia adversus omnes, qui aliquem scandalizant; tamen juxta consequentiam sermonis, etiam contra Apostolos dictum intelligi potest, qui interrogando, quis major esset in regno Cælorum, videbantur inter se de dignitate contendere: & si in hoc vitio permansissent, poterant eos, quos ad fidem vocabant, per suum scandalum perdere, dum Apostolos viderent inter se de honore pugnare. Quod autem dixit: *expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus*, secundùm ritum Provinciæ loquitur, quo majorum criminum ista apud veteres Judæos pœna fuerit, ut in profundum ligato saxo demergerentur.,,

¶ 7. & 8. *Vae mundo*, hominibus in mundo existentibus, à scandalis, genericè. *Neesse est enim, ut veniant scandala*, universim spectatâ hominum perversitate; necessitate morali maximâ, qualis est virum honestum & sensatum non currere nudum pleno foro, nasum sibi non abscindere. *Verumtamen va homini illi, per quem scandalum venit*, qui, quod universim necesse est, ut veniat, suo particulari & libero vitio facit, ut fiat, Hieron. *si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, &c.* vide ad cap. 5. ¶ 30.

¶ 10. & 11. *Quia Angeli eorum in Cælis*, id est, quorum propria habitatio est in Cælis; etsi

in terris versentur missi ad custodiam fidelium singulorum, secundum PP. apud Maldon., ubi & de malis angelis à Lucifero Dei simia deputatis ad nocendum. Quasi dicat : magni enim à Deo fiunt dicti parvuli, adeò ut illis Angelorum specialem custodiam tribuerit, qui & faciem Dei semper intuentur tamquàm familiares, atque adeò possunt in contemptores & scandalizantes vindictam à Deo impetrare. *Venit enim filius hominis salvare, quod perierat.* Altera est ratio de non contemnendis ad scandalum pusillis, scilicèt quia Christus eos quæsit ad salutem sanguine suo: quibus tamen non negat, sed & includit omnes alios quæsitos, in indefinita voce, *quod perierat.*

ÿ. 13. & 14. *Gaudet super eam magis, quàm super nonaginta novem, quæ non erraverunt*; gaudio actuali novo, ac sensibiliùs : nam habitualiter magis gaudet Pastor super nonaginta-novem ovibus, easque magis appretiat, quàm unam; malletque unam errantem perdere, quàm nonaginta-novem. Porrò Hilar., Theophyl., Anselm., Gregor. hom. 34. in Evangelia, Cyril. Catechesi 15., Iren. lib. 3. c. 21., per nonaginta-novem oves intelligunt Angelos in Dei fruitione pascentes; per ovem verò centesimam, quæ erravit, totum genus humanum; quarum omnium Pastor & caput sit Christus, at hominum insuper redemptor. Verùm parabola videtur potiùs esse de solis hominibus; sensusque, Christum tanti facere vel unius hominis salutem, ut, si tantùm centum essent homines, quorum solùm unus errâisset, relicturus esset nonaginta novem, ut illum unum quæreret : prout boni Pastores facere solent, nolentes aliquam suarum ovium perire: nam & concludit Christus ÿ. 14.: *sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in Cælis est, ut pereat unus de pusillis istis, proin scandalo non*

inducendis in errorem aut malum; cum Deus tanti faciat cujusvis errantis ovis salutem. Et est conformius parabolæ de ove & drachma perditis Lucæ 15., ubi vide: quam Christus videtur proposuisse aliâ occasione, nempe ad se accedentium peccatorum; hanc autem occasione parvuli, ut suprâ.

ψ. 15. &c. *Si autem peccaverit in te frater tuus*, id est contra te, ut & patet ex ψ. 21., & Lucæ 17. ψ. 3. Circa hæc, 1. correctio fraterna, de qua hic, non tantum est consilii, sed præcepti, si adsit sufficiens peccati admitti, & nondum correcti cognitio, & spes emendationis aliter non obtinendæ, nec grave aliquod malum corripienti, vel tertio, ex correctione oriturum timeatur; quod in præcepto affirmativo pro variis circumstantiis varium considerant Theologi. 2. Præceptum hoc tangit non solum superiores, sed etiam, in peccatis mortalibus, subditos, ut in propositione universali vox *frater tuus*, & gradus in correctione servandi indicant. 3. Etsi Christus tantum agere videatur de injuriis à proximo peccaminosè nobis illatis, sub illis tamen per Synecdochen intelligit & alia peccata, à paritate rationis, *lucratus eris fratrem tuum*: hoc autem exempli instar inducit, quia difficilius est, ut ritè fiat correctio, & sine mixtura vindictæ. 4. Ordo præscriptus servandus est, saltem regulariter: Exceptio enim est, si in hoc proximus juri famæ cesserit; ut fieri posse, constat ex Regula nostræ Societatis à Sede Apostolica approbata; secundum quam delinquens contentus esse debet, ut delicta sua à quovis, qui extra Confessionem ea cognoverit, immediatè ad superiorem, ut *Patrem*, pro emendatione deferantur. Exceptio item est, si peccatum sit publicum, aut si grave aliquod malum ex ordine servato putaretur secu-

turum, ut in disseminatione hæreseos, clandestinis conspirationibus. 5. Tam hoc præceptum, quàm ordo est etiam juris naturæ: quia naturalis Charitas & justitia dicitur, proximo in necessitate prudenter succurrendum, ejusque honorem servandum, nisi quantum ad majus bonum est necessarium: sicut peccat medicus præseindendo membrum, quod emplastro poterat sanare: ita quoad hæc passim Scholastici cum D. Tho. 2. 2. q. 33., & Suar. de Religione lib. 10. cap. 7., qui quinque hic actus notat: 1. est admonitio secreta; *Corripe eum inter te & ipsum solum.* 2. *Adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium testium stet omne verbum,* ut agnoscat peccatum, quod plures subesse testantur, Aug. serm. 16. de verbis Domini, Chryf., Theophyl., & si opus est, possit ad Ecclesiam deferri. 3. Denunciatio; *dic Ecclesie*, id est Ecclesie superioribus, Chryf., Theophil., Euthym; & ostendit mox Christus v. 18. utique Apostolis dicens: *quæcumque alligaveritis, &c.* habetque Ecclesie praxis. Circa Episcopos autem delinquentes servandi sunt canones. 4. Correptio Prælati; *si Ecclesiam non audierit.* 5. Coactio per excommunicationem; non à, sed coram multitudine ferri solitam; *sit tibi sicut ethnicus;* ut vel sic resipiscat.

v. 22. *Non dico tibi usque septies tantum, ut tu, Petre, occasione dicti mei Lucæ 17. v. 4. de septies in die ignoscendo fratri, malè videris intelligere, vel dubitare; sed usque septuagies septies, id est, toties quoties, etiam uno die;* Chryf., Euthym., Hilar., Hieron., Beda. Difficultatem hic movet Lucas; *si conversus fuerit dicens, pœnitent me, dimitte illi.* An ergo, si non pœniteat, dimittendum, saltem toties, non est? R. cum Maldon., duobus modis injuriam remitti, i. nos

In Ca
 offendent non
 ludo, non ocl
 semper, est cum
 in dicitur cap. 6.
 2. Non defen
 do, ut punitur
 acceptum, qu
 detur peccati
 perire: id enim
 tem ad Ecclesiam
 tim, cœn. conam
 monitus, collu
 v. 23. Iles
 Vos ideo con
 ad Petrum.
 decem millia
 ciunt sex mi
 brae (nam lo
 faciant duplum
 lenta accipias. P
 parabiliter major
 qui si attici fin
 deliquos, seu sic
 caplum. Suppon
 quator grande
 inde tantam su
 et Tirino.
 v. 24. Tradi
 detur, id est, jux
 semper: quia les
 quæcumque solvet
 nati, eius or
 vando pœnis v
 infinitudinem
 cente ex digni
 pœnæ erunt e
 nullarum.

offendenti non malè, sed communia bona volendo, non odiendo, non se vindicando; quod semper, etsi eum non pœniteat, facere debemus, ut diximus cap. 6. ψ . 12., & 15., ac cap. 5. ψ . 43. 2. Non deferendo, non accusando, non curando, ut puniatur viâ juris Ecclesiæ: & hoc modo accipiendum, quod Christus significat, non debere nos peccanti fratri parcere, nisi quando eum pœnitet: id enim agebat, ut diceret, non esse fratrem ad Ecclesiam deferendum, nisi prius privatim, dein coram duobus vel tribus testibus admonitus, obstinatus in peccato perseveraret.

ψ . 23. *Ideò assimilatum est Regnum Cœlorum.* Vox *ideò* connectit, & indicat, confirmari dicta ad Petrum. Parabola est de servo Regi debente *decem millia talenta*, vel argenti attica, quæ faciunt sex milliones scutorum; vel potius Hebræa (nam loquitur hîc Christus Hebræis) quæ faciunt duplum; duodecuplum verò, si auri talenta accipias. Ponitur autem pro summa incomparabiliter majore, quàm sit *centum denariorum*, qui si attici sint, non faciunt nisi 25. florenos Belgicos, seu siclos Hebræos; sin potius Hebræi, duplum. Supponit Christus servo isti, tamquàm quæstori grandem provinciam commissam fuisse, unde tantam summam potuerit subtrahere. Ità ex Tirino.

ψ . 34. *Tradidit eum tortoribus quoad usque redderet*, id est, juxta Chryf., Euthym., Theophyl., *semper*: quia servus ille præfecturâ exutus numquam erat solvendo tantam summam. Sic & damnati, exuti omni gratiâ, indicantur non esse solvendo pœnis vel unum mortale, ob quamdam infinitudinem injuriæ contra Deum; injuria crescente ex dignitate personæ offensæ; cujus proin pœnæ erunt æternæ: est contra errorem Origenistarum.

172 IN CAP. XVIII. MATTHÆI.

ψ. 35. *Sic Pater meus Cœlestis faciet vobis.* 70
Sic non omnimodam similitudinem importat: ita enim peccata semel remissa formaliter reviviscere significarentur, quod hîc non agit Christus, & est contra communem cum S. Tho. 3. p. q. 88. a. 1. & 3. Sed tantum vult, quod Deus, omnem etiam fictè pacis simulationem excludens, ut habet Hieron., valde rigidè acturus sit, eosque æternum damnaturus, qui immisericordes fuerint, & non condonarint fratribus de cordibus suis. Cætera, quod uxor liberique vendantur, quod confervi rem visam Domino deferant, & similia, non comparationis, sed parabolæ exornandæ causâ adjiciuntur; prout diximus cap. 13. ψ. 3.

CAPUT XIX.

De causa matrimoniali, Marci 10. Lucæ 16. De castitate. De Benedictione parvulorum, difficili salute divitum, præmio Evangelicæ paupertatis, Marci 10. Lucæ 18.

Vers. 1. *Cum consummasset Jesus sermones istos, migravit à Galilea, & venit in fines Judææ trans Jordanem, id est, qui fines Judææ venientibus ab Ægypto in terram Chanaan jacent trans, seu ultra Jordanem, inquit Maldon. Idem hoc est iter cum eo Marci 10. ψ. 1., ut censet Aug. lib. 2. de consensu cap. 62., & Lucæ 9. ψ. 51. ubi vide.*

ψ. 3. & c. *Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causâ? Verba Deuteron. cap. 24. indicant, debuisse subesse aliquam justam causam fœditatis Physicæ vel moralis, ob quam uxor repudiaretur, e. g. sterilitatis, lepræ, turbarum domûs, &c. Videntur tamen Judæorum non pauci ita illa verba esse interpretati, ut quamlibet causam, offensionem e. g. non adeò magnam, aut*

solam pulchritudinis mutationem, dicerent ad repudiandum sufficere; unde quæstio hæc multum erat inter ipsos controversa; & tentantes Pharisei ex quacumque Christi responsione invidiam ipsi conflandam sperabant, alterutrius partis litigantium, cui adversaretur.

Hic autem est disputationis ordo: ad quæstionem positam petit Christus: *quid vobis præcepit Moyses?* Respondent: *permisit libellum repudiæ scribere & dimittere*, ut est apud Marcum: tum Christus; ut est apud Matt., *non legistis, quod, qui fecit ab initio, &c.* dein Pharisei: *Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudiæ, & dimittere?* Prius dixerant, *permisit*; nunc aggravantes dicunt, *mandavit*. Denique Christus: *ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere*. Marcus habet: *ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud*; intellige scribendi libellum repudiæ, de more publicum, ut sedato animo, nec faciles essent in dimittendo; non verò præceptum dimittendi, utpotè quod, & quidem certis tantum ex causis, erat meræ permissionis, tamquam vel alicujus minoris mali, secundum quosdam apud Maldonatum, vel, secundum Autor. oper. imperfecti, & D. Thom. in 4. dist. 33., alicujus minoris boni, ex dispensatione divina per legem Moyse indicata, ad præcavendum majus malum duritiæ ipsorum, quâ occidebant, vel malè tractabant uxores. Cæterum vide explicata cap. 5. §. 31.

Porro libello repudiæ justa de causa dato solvebatur utrimque matrimonium quoad vinculum, juxta D. Thom., Scotum, Durand., Paludan. in 4. dist. 33. & prob. 1. quia aliam ducentes, vel alium, non habebantur adulteri. 2. Quia deteriori conditione fuissent femine, ob nullam sæpe culpam repudiatæ, quam viri; hi enim poterant alias uxores ducere, polygamiâ tunc ipsis per-

missâ : hæ autem coactæ fuissent cælibes vivere, vel adulterari, quod est durum nimis. 3. Quia secundus vir etiam poterat ipsi dare libellum repudii : ergo erat vera ejus uxor ; cùm hic libellus non fuerit concessus viro, nisi ratione suæ uxoris. 4. Quia Deuter. 24. sic dimissam, si alteri nupserat, eo mortuo, aut etiam ab hoc repudiatam, vir prior recipere prohibebatur, quia legaliter erat polluta & abominabilis : atqui si per repudium non fuisset solutum vinculum matrimonii, mansisset adhuc ejus uxor, eratque proin potius optandum, ut rediret ad suum legitimum virum, ut est in N. L. quoad quomodocumque separatas. 5. Quia nec Moyfes, nec Prophetæ umquam reprehenderunt matrimonia cum repudiatis tamquàm adulterina in conscientia. 6. Quia Levit. 21. v. 13. lex specialiter vetabat Sacerdoti, ne duceret viduam, repudiatam, aut meretricem. Ergo non Sacerdotibus licebat ducere repudiatas, sicut licebat ducere viduas & meretrices.

v. 4. & 5. *Qui fecit hominem ab initio, utique rationalem, morum, legumque capacem, Masculum & Feminam fecit eos, non fæminas; & dixit, Deus ut autor naturæ per os Adami tamquàm Prophetæ (nam juxta Aug. lib. 9. de Genes. ad lit. cap. 19., Theophyl., Euthym., sequentia verba Adami tribuuntur) PROPTER HOC dimittet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ, non dixit uxoribus, & erunt duo in carne una, non tres aut plures : unde habetur, polygamiam, sive priore conjugate retentâ, sive dimissâ, esse contra primævam institutionem, legemque naturæ; Nicol. Papa in respons. ad consulta Bulgaror., Hieron., Chryf., Beda, Euthym., Theophyl. Ratio insuper est, quia naturalis æqualitas matrimonii exigit, ut, sicut*

uxor tradit viro totum dominium sui corporis, sic suum tradat totaliter vir uxori, secundum Apostolum 1. ad Corinth. 7. *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier*; ut eo utantur cum voluerint; quod fieri non poterit, si plures uni sint uxores, quodque potissimum obtinet ante conceptionem fœtus. Aug. lib. 22. contra Faust. cap. 47. excusans Jacob habentem plures uxores, dicens; *quando mos erat, crimen non erat; & nunc propterea crimen est, quia mos non est*; intelligit morem illum fuisse fundatum in divina dispensatione indirecta in lege naturæ; qualis initio non fuit, nec modò est (sicut dispensavit Deus cum Israëlitis in spoliandis Ægyptiis) quâ suppositâ, sequitur, Jacobum nec contra naturam, nec contra Legem peccasse: & simile est de libello repudii. Quoad alia animalia, disparitas est, quod non sint naturæ rationalis, capacis domini, traditionis, morum rationabilium.

Erunt duo in carne una, physica, idque vel actu, glutine copulæ, in id scribente etiam Paulo 1. ad corint. 6. v. 16., *Qui adheret meretrici, unum corpus efficitur*; vel jure ad illud, ad quod vir & mulier conveniunt tamquam partes invicem adjuvantes, & influentes in fœtum, juxta illud Genes. 2. v. 18. *Adjutorium simile sibi*. Item, *duo in carne una*, physica inde prognata, ut intelligunt Hieron. & Beda. Scribit Trident. sess. 24. *Matrimonii perpetuum, indissolubilemque nexum primus humani generis parens, divini spiritus instinctu* (ut autoris naturæ, idque ante matrimonii consummationem) *pronuntiavit, cum dixit: hoc nunc os ex ossibus meis, &c.* Et Apostolus 1. ad Cor. 7. v. 39. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit*. Ex quibus habetur natu-

ralis indissolubilitas contractûs matrimonii : & quomoddò alioquin satis probaretur, concubinatum, vel fornicationem secundum se involvere malitiam? Cujus contrarium asserbat propositio 48. damn. ab Innocent. XI. Nec obstat huic firmitati libellus repudiî, nempe ob divinam dispensationem, & similiter quod matrimonium dissolvi possit in favorem fidei 1. ad Corint. 7. ; item per solemnem professionem in religione ante consummationem, juxta Trident. sess. 24. can. 6. Notandum insuper ; licet Christus matrimonium hîc pro N. L. reducat ad primævum statum ; non tamen quoad præceptum nubendi, utendique matrimonio, quod juxta suos autores fuerit initio mundi, & post Diluvium, usque ad sufficientem speciei multiplicationem, ut patet ̄. 11. & 12. 1. ad Corint. 7., ex Trid. cit. can. 10., ubi præfertur cœlibatus. Nec periculum est interitûs speciei ; quia, ut Joviniano id objicienti respondet Hieron., *difficilis est virginitas, & ideo rara*, respectivè ad conjugatos ; &

̄. 11. *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, à Deo donum intelligentiæ & continentiæ* : pro quo sciendum contra Hæreticos, quamvis non omnes habeant donum continentiæ in actu 2., habere tamen in actu 1. per gratiam sufficientem, in oratione, sui custodia &c. ; ita Origen. tract. 7. in Matt., Ambros. lib. 3. de Virginib., Autor oper. imperf. hom. 32., Hieron., Beda, Chrys., Theophyl., Euthym. sicut, licet non omnes habeant donum fidei, alteriusve virtutis, non omnes justi donum perseverantiæ, quo actu perseverant ; habent tamen, quo credere, aliamve virtutem obtinere, perseverare possint, si velint : ut proin continentia non sit de genere eorum donorum, quæ sine nostra cooperatione aut electione conferuntur : qualia sunt donum

donum prophetiæ & miraculorum. Et verò aliàs Christus hïc, uti & Apostolus 1. ad Corinth. 7., & SS. PP. passim fidelibus frustra suaderent continentiam; cùm suaderi nequeat, nisi quod cùm divina gratia, quam Deus paratam offert, est in potestate. Imò Apostolus cit. dicens: *Unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic*; æquè de matrimonio agit, ac de continentia: atqui donum matrimoni omnibus volentibus datur: ergo & castitas; licet hæc sit difficilior.

Illa Christi verba *ψ. 12. Qui potest capere capiat*; non innuunt impotentiam physicam, sed moralem genericè in communi hominum corruptione; sicut diximus impossibile esse, non venire scandala: item respectu aliquorum in particulari, quibus continere moraliter impossibile, id est, valdè omnino difficile dicitur, ob nimiam humoris seminalis abundantiam, accedente præsertim inveteratâ peccandi consuetudine; de quibus Apostolus 1. ad Corinth. 7. *Si non se continent, nubant*, quamdiu id ipsis est liberum: *melius est enim nubere, quàm uri*, id est, consentire: multi namque Sancti cum Apostolo passi sunt carnis stimulos, sed, non consentiendo, iisque resistendo, non urebantur; sed vincebant: *nam virtus in infirmitate perficitur*, inquit Deus ad Apostolum 2. ad Corinth. 12. *ψ. 9. In statu immutabili positi, emergere tamen possunt ac debent; etsi similes non rarò deinceps, etiam in pœnam, pati debeant inviti, quæ antea volentes admiserunt. Certè stat regula Sacra, 1. ad Corinth. 10. ψ. 13. Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quòd potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Cæterùm, illa Christi verba hortantis sunt, & animantis ad rem arduam cœlibatûs: si-

cut si in stadio currentes præmium manu tenens agonotheta cohortaretur dicens, qui potest capere capiat; Hieron. lib. 1. contra Jovinian., Chrysoft.

ψ. 12. *Sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum*, per propositum, vel votum continentia impotentiam generandi, non physicam, sed moralem sibi inducentes: hos enim hic laudatos eunuchos distinguit Christus ab aliis physicis, à natura vel hominibus talibus. Sub viris, tamquàm sexu nobiliore, comprehendit & fæminas. Peccant se physicè exsecantes; *neque concupiscentia mansuetior ita fit, sed molestior*; Chryf.; etsi enim tollatur potentia generandi, non tamen pruritus carnis, & rei venereæ appetentia, ut indicatur Eccli 20. ψ. 2., & 30. ψ. 21. vide dicta cap. 5. ψ. 29. *Propter regnum Cælorum*, promerendum, Orig., Hilar., Chryf., Euthym. non; ut volunt hæretici, tantum propter Evangelium, ut nimirum illi serviant: quia sic de solis Evangelii ministris illa dicerentur: quod tamen ipsi hæreticorum falsi Evangelii ministri non servant.

ψ. 16. *Et ecce unus accedens*; ψ. 20. vocatur *adolescens*; Lucas ψ. 18. *quidam princeps*; sincero animo & studio salutis, secundum Basil. hom. contra divites, Chryf., Euthym., & patet ex Marci ψ. 20. & 21. *hæc omnia, mandata Dei, naturalia, de quibus in textu, observavi à juventute meâ. Jesus autem intuitus eum dilexit eum, adedque verum dicentem, juxta Patres cit. contra quosdam alios apud Maldonat. Et dixit ei: unum tibi deest, ad perfectionem; Matthæo scribente; si vis perfectus esse, &c.*

ψ. 17. *Quid me interrogas de bono, à te faciendo ad merendam vitam æternam?* Aug. 2. de consensu cap. 63. Apud Marc., Luc., & in Græ

In C
is Codicibus
cit. ait: com
dam. Non
sed elevat ad
unus est ho
creat, nunt
bos proposit
negat hic Chri
se non negat De
tis esse innum
tum, qualem
nominat: ita
Hieron., Aug
Euthym.

ψ. 24. Fa
transire: an
co, Orig.,
occasione ado
conillis Evang
bos in univer
eterna propo
Marcus ψ. 24.
em modus ille
deos unitatus, &
possibilem vel
bant, Maldon.
ψ. 26. Apud
manis viribus in
sequi; vel etiam
ribus: nam ψ.
Christi, Dicit
quis ergo pter
nes divini stru
possibilia sunt,
specialem Dei
objiciat; vel
sed illis recte

cis Codicibus est : *quid me dicis bonum ?* Aug. cit. ait : *commodissimè intelligitur utrumque dictum.* Non retundit Christus juvenem dilectum, sed elevat ad altiorem de se cognitionem, dicens : *unus est bonus Deus*, essentialiter, bonitate increata, infinita, præ omnibus bonis creatis, quibus præponit bonitatem Dei. Quarè, sicut non negat hic Christus bonitatem creaturarum, sic se non negat Deum, ut volunt Ariani; sed potius esse insinuat, & plusquam Magistrum bonum, qualem adolescens honoris causâ ipsum nominarat: ita Maldon. conformiter ad mentem Hieron., Aug., Gaudent., Bedæ, Theophyl., Euthym.

ÿ. 24. *Facilius est camelum per foramen acus transire* : animal intelligitur cum Syro, Arabico, Orig., Hilar., Hieron., Chryf. Christus, occasione adolescentis, qui propter divitias à consiliis Evangelicis fuerat deterritus, de divitiis in universo genere agit, quomodò à vitâ æterna propter divitias, quibus confidunt, ut Marcus ÿ. 24. addit, retardentur. Videtur autem modus ille hyperbolicus loquendi apud Judæos usitatus, & proverbialis fuisse, quo rem impossibilem vel valdè difficilem significare volebant, Maldon., à Lap.

ÿ. 26. *Apud homines hoc impossibile est* : humanis viribus impossibile est diviti salutem consequi; vel etiam, in vestris hominum cogitationibus : nam ÿ. 25. auditis superioribus verbis Christi, *Discipuli mirabantur valdè, dicentes : quis ergo poterit salvus esse, cum & passim omnes divitiis studeant ? Apud Deum autem omnia possible sunt*, adedque & hoc ipsum; quia per specialem Dei gratiam fieri potest, ut dives opes abjiciat; vel, ut eas servans, cor non apponat, sed illis rectè utatur, vel citra grave peccatum.

y. 28. *In regeneratione*; in resurrectione mortuorum, & extremo iudicio; ita Aug., Gregor., Gaudent, Theophyl., Euthym. apud Maldon., & quia sequitur: *sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Quidni propria cum Christo sessio in thronis nubium splendidis intelligatur? Iudicium est sedere. Non repugnat Apostolus ad Rom. 14. dicens: *Omnes stabimus ante tribunal Christi*: Judicabuntur stantes Apostoli, iudicabunt sedentes; idque non tantum iudicio comparationis, sicut Regina Austri & Ninivitæ, nec solâ approbatione, ut omnes iusti; sic enim nihil peculiare hic promitteretur Apostolis: sed tamquam doctores & testes prædicati, repudiatique Christi, tamquam principes Christo propinquissimi, tamquam senatores, seu assessores, quos Christus iubebit causas cognoscere, & sententiam dicere, quam ipse dein confirmabit, & solemniter edicet. Amplectimur verba S. Bernardi serm. de S. Benedicto: "nemo
 " autem putet, duodecim tantum Apostolos,
 " quia pro Juda prævaricante Mathias electus est,
 " tunc esse iudicatos; sicut nec 12. solæ sunt
 " Tribus Israël iudicandæ; alioquin Tribus Le-
 " vi, quæ tertia decima est, iudicata rece-
 " det; & Paulus, qui tertius decimus est Apo-
 " stolus iudicandi sorte privabitur; cum ipse di-
 " cat: nescitis, quia Angelos iudicabimus? Scien-
 " dum namque est, omnes qui ad exemplum
 " Apostolorum sua reliquerunt omnia, & secuti
 " sunt Christum, Iudices cum eo venturos; si-
 " cut etiam omne mortalium genus esse iudican-
 " dum: quia enim duodenario sæpe numero solet
 " in Scripturis universitas designari, per 12. sedes
 " Apostolorum omnium universitas iudicantium,
 " & per 12. Tribus Israël universitas eorum, qui

judicandi sunt, ostenditur. Idem sentit Aug. in Psalm. 86. Est ergo hoc præmium Apostolorum, eorumque sequacium: quamquam & credibile est, Ordinum Fundatores etiam habituros aliquam prælationem judicaturæ in suos.

¶ 29. *Et omnis*, generaliter, etsi Christum non secutus in vita Apostolica, Chryf. *qui reliquerit*, &c. Marcus ¶ 29. habet, *propter me, & propter Evangelium*, intellige sive promulgandum, sive, cum Orig. observandum. *Centuplum accipiet*: Marcus addit; *nunc in tempore hoc; & cum persecutionibus*, quas nec defuturas docet Christus. Rectè Hieron. "Sensus iste est: qui carnalia pro Domino dimiserit, spiritualia recipiet; quæ comparatione sui ita erunt, quasi si parvo numero centenarius numerus comparetur. Itæ etiam Beda, aliique. At, dices: Marcus *centuplum* illud explicat, *domos, & Fratres & Sorores, & Matres, & Filios, & Agros.* R. Cum Chryf., Orig., Euthym., Theophyl., Cassiano collat. ult. cap. ult., etiam intelligi centuplum temporale, saltem passim, & quasi *de Jure*, etsi *de facto* aliter fiat quandoque. Patet in viris Apostolicis, & religiosis, qui pro una dimissa domo habent 100., id est, multò plures, etiam fidelium sibi parentes, etiam in persecutionibus; agros, quibus alantur sine suis sumptibus & labore; superiores & coæquales, à quibus amentur plus, quàm paterno, maternoque, fratris & sororis amore, juventur ac foveantur: de quibus Paulus: *nihil habentes, & omnia possidentes.*

¶ 30. *Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.* Hæc verba respiciunt ad sequentem parabolam; ubi in fine idem repetitur; quamque proponit Christus occasione promissorum de singulari præmio Evangelicæ paupertatis & sequelæ Christi, ut, juxta Chrysoft. & Euthym.

homines ad sequendam Evangelicam perfectionem accenderet.

CAPUT XX.

Parabola operariorum in vinea. Prædictio Passionis, Marci 10. v. 32. Lucæ 18. v. 31. Ambitio filiorum Zebedæi, Marci 10. Duo cæci illuminati, Marc. 10. Luc. 18.

Vers. 1. &c. *Simile est Regnum Cælorum homini Patri-familias, &c.* Scopus hujus parabolæ est, secundum Hieron., Chryf., Aug., docere, multos vocatione & tempore, quo in vinea laborarunt, primos, ipsoque labore & meritis quoad apparentiam, hominumque judicium (qualis etiam erat populus Judaicus respectu Christianorum) futuros novissimos in accipienda mercede; & novissimos primos. Patet ex eo, quod hæc parabola in Græcis codicibus connectatur per particulam *enim*, cum eo, quod v. 30. præcedentis cap. dixerat: *multi erunt primi novissimi, & novissimi primi*; iisdemque verbis rursus concludatur. Et sic benè explicatur illud v. 16. *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi*, strenui nempe, & excellentes operarii, quales erant illi postremi, qui non nisi unâ horâ laborando tantumdem, vel amplius sunt meriti, quantum alii toto die: bona enim quæque excellentia solemus appellare *electa*, quod primum è multis eligi soleant. Atque hæc hujus loci explicatio propria est, præ illa quorundam, quod ex multis vocatis à Deo per gratiam, pauci electi sint ad gloriam (quamquam hoc ipsum verum sit sensu cap. 7. assertione 1. & 2. ad v. 13. & 14.) sic enim non apparet, quomodò novissimi futuri sint primi inter illos, qui omnes mercede affiendi,

adedque salvandi sunt; accepto denario, (qui erat laboris diurni merces) per quem Hieron., Chryf., Anselm. hîc, Aug., Tertullian., Nazianzen., Gregor., intelligunt vitam æternam.

Porrò in hac parabola *Pater-familias*, est Deus, Iren. lib. 4. cap. 70., Athanas. Quæst. 52., Greg. hom. 19. in Evang., Beda. *Vinea*, omnis temporis Ecclesiam significat, Orig., Greg. cit. sicut Deus populum suum vineam suam appellat Isaia 5. *Dies*, totum tempus, quod inter initium & finem mundi interjacet; Orig. in Matt. 10., Optat. Milevit. Lib. 5. contra Parmenian. & *Hora* quidem diei istius Prima, (sic numerata apud Judæos, diem ab ortu solis dividentes in quatuor horas Ecclesiasticas, quarum singulæ tres horas usuales complectebantur; de quibus cap. 12. v. 40., & cap. 27. post. v. 34. num. 1.) est ab Adam usque ad Noë; Tertia, à Noë usque ad Abraham; Sexta, ab Abraham usque ad Moysen; Nona, à Moysè usque ad Christum; Undecima autem hîc usualis, quæ est ultima pars nonæ Ecclesiasticæ (nam undecimam Ecclesiasticam non habebant Judæi) est à Christo usque ad finem mundi occidentis, quo alludit Joan. Epist. 1. cap. 2. *novissima hora est*: ità Hilar., Autor oper. imperf., Greg. cit., Beda, Theophyl. Non repugnat tamen cum Hieron., Chryf., Basit., Euthym., Gregor., *diem* etiam hîc intelligere cujusque hominis ætatem, cujus hora Prima sit pueritia; Tertia, juvenus; Sexta, ætas virilis; Nona, senilis; Undecima, decrepita: quatenus omni tempore usque ad finem mundi omnes vocantur in vineam, quorum quidam sequuntur in pueritia, alii ætate mediâ, alii in senectute, &c. verbo: alios citiùs, alios tardiùs in vineam venire indicat. *Forum*, totum mundum interpretantur Orig., & Autor oper. imperf.; unde operarii vocantur in vineæ cultu-

ram, quibus singulis istius vineæ pars, id est, anima sua excolenda traditur; conformiter ad Isaïæ cap. 5. vinea.... domus Israël est; & vir Juda germen ejus delectabile. Operarii insuper cum Orig. & Greg. hom. 19. in Evang., intelliguntur Prædicatores, Patres seu Patriarchæ, legis Doctores, Prophetæ, Apostoli. Applicari etiam potest Judæis, quod servi priores dicunt se portasse pondus diei & æstus, id est molestissimum Legis jugum.

Alia, non comparationis faciendæ, sed ornatus causâ adjiciuntur (vide ad cap. 13. v. 3.) ut, quod dicunt, se à nemine conductos; quod inducitur procurator; quod servi murmurant; nullus enim salvandorum in die judicii, aut Cælo murmurabit; quod Pater-familias pro suo arbitrio æquale omnibus præmium dare asserit, & similia. Nempe quod inter homines ita contingere soleat, ut Pater-familias servis injustè murmurantibus nolit dare rationem sui facti. Quod autem omnes æqualem denarium accipiant, non significat, omnes æquales fore in gloria, sive serò ad Ecclesiam venerint, sive citò, sive multùm, sive parum laboraverint, ut volunt hæretici; sed fieri posse, ut posterior tempore justè accipiat æqualem laboris mercedem cum anteriore diutius laborante, si hic minùs strenuè laboravit. Rectè Aug. lib. 7. in Lucæ cap. 15. *Datur omnibus idem denarius, quoniam sancti omnes sine fine regnabunt: quemadmodùm commune stellis omnibus est perpetuò fulgère in cælo, tametsi aliæ aliis clariùs micent:* ita etiam Greg. 4. moral. cap. 31., Hieron., alique. Quin & ipsos hæreticos, qui vitam æternam soli fidei adscribunt, rogo: an in omnibus est æqualis fides? An ergo non est inæquale præmium? Cæterùm parabolæ contextus indicat, conductis operariis mercedem dari ex justitia.

ŷ. 21. *Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Nondum intelligebant regnum Christi, quod putabant fore terrenum. Occasionem petitioni dedit, quòd jam de 12. Sedibus facta erat mentio, Chryf. volebat id ergo Salome, *errore muliebri & pietatis affectu*, inquit Hieron. & Ambros. *mater est, cui immoderatio quidem, sed tamen ignoscenda mensura votorum est*; à filiis itidem imperfectis ac pudibundis subornata, ut colligitur ex Marco ŷ. 35., qui ipsos filios id petiisse refert, nempe per matrem, Aug. lib. 2. de consensu Evang. cap. 64., Chryf., Theophyl., Euthym., Gregor. hom. 27. in Evang.; nisi forte post matrem etiam filii rogârint. Spem obtinendi dabat, quòd jam sæpius illos Christus fecisset eximios, ità ut non nisi unus Petrus superesse videretur, quocum de dignitate contenderent; cui tamen, etiam titulo cognationis, præferri posse sperabant.

ŷ. 22. *Nescitis quid petatis; quàm sit magnum, mihi proximum sedere in regno, nempe cœlesti, non mundano, quod vos cogitatis: qui vulgatus gentis illius error aded infederat, ut in ipsa Ascensione Actor. 1. ŷ. 6. adhuc rogent: Domine, si in tempore hoc restitues Regnum Israël? Item, nescitis, quàm inordinate petatis, volentes triumphum ante victoriam, Chryf., Theophyl. quarè addit: potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus sum? scilicet passionis, ut intelligitur ex cap. 26. ŷ. 39., Marci 14. ŷ. 36., Lucae 22. ŷ. 42., quo ad regnum pervenitur; unàque allicit suo exemplo; Chryf. Marcus ŷ. 38. addit: aut Baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Itidem passionis; ut & est Lucae 12. ŷ. 50., & intelligunt Tertull. lib. de Baptismo, Cyprian. epist. ad Jubajan., Philastr. contra No-*

vatian. ; & aqua passionem afflictionemque significat, Pſal. 65. v. 12., Pſal. 68. v. 2., 15., 16. Dicunt ei : possumus : nec id ipsum intelligentes, quod se posse affirmabant, sed sperantes se habituros postulata, inquit Chryſ. Calicem hunc & Baptiſmum metaphoricum, ex Chriſti mox prædictione, *calicem quidem meum bibetis*, expertus etiam eſt Joannes, quando a Domitiano Imperatore, ſecundum Tertulian., Romæ in ferventis olei dolium miſſus eſt, unde integer miraculoſè exiit; Orig., Hieron.

v. 23. *Non eſt meum dare vobis*. Rectè Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 3. *Non dixit, non eſt meum dare : ſed, non eſt meum dare vobis ; non ſibi poteſtatem deeſſe aſſerens, ſed meritum creaturis ;* & Beda : *non eſt meum dare vobis, id eſt ſuperbis*. Conſentiunt Hieron., Epiphani. hæreſi 69., Cyril. lib. 10. theſauri c. 5. Eſt contra Arianos perperam volentes, fieri hinc comparationem inter Patrem & Filium, quâ ſignificetur, Patrem poſſe, quod Filius non poſſit : cum comparatio fiat inter perſonas, quibus huiusmodi honor dari poteſt, id eſt, non omnibus, ſed merentibus, & quibus à Patre paratus eſſet: ſicut, ut habent Chryſ., Euthym., Theophyl., ſi Rex, propoſitâ coronâ in ſtadio currentibus, alicui, qui nondum cucurrifſet, illam petenti reſponderet : *currere quidem poteris ; coronam autem, non eſt meum dare tibi, ſed cui deſtinata & parata eſt, id eſt, vincenti*. Licet autem opera Dei ad extra ſint toti SS. Trinitati communia ; cum tamen in Scripturis potentia & providentia Patri ſoleat attribui, ſicut ſapientia Filio, gratia ac dona Spiritui S., & præparatio illa, ſeu prædeſtinatio ſpecies quædam ſit providentiæ, Patri potiùs, quàm Filio tribuitur.

v. 25. & 26. *Principes gentium dominantur eo-*

sua. Non ita erit inter vos. Hinc Anabaptistæ tollunt omnem Magistratum, & Potestatem in alios: sed jus divinum & humanum ostendit contrarium: vide ad Rom. cap. 13. ψ . 1., ad Titum 3. ψ . 1., 1. Petri 2. à ψ . 13., Actor. 5. in punitione Ananiæ & Saphiræ, 1. ad Cor. 5., & 1. ad Timoth. 1. in hominibus perniciosis satanæ tradendis. Christus hinc non taxat, nisi ambitionem, & superbum dominatum; simul Apostolis, omnibusque Ecclesiæ Præsulibus exhibens seipsum exemplar humilis, & charitate pleni regiminis.

ψ . 28. *Et dare animam suam redemptionem pro multis;* id est, 1. pro omnibus, qui simul sunt multi, voluntate antecedente, & fertili mediolorum ad salutem sufficientium, etiam respectu parvulorum morientium ante Baptismum. Sic Paulus ad Rom. 5. *Unius delicto MULTI mortui sunt.* Et infra: *per inobedientiam unius, peccatores constituti sunt MULTI,* id est, omnes, & singuli. 2. *Pro multis,* non omnibus, voluntate consequente, & quoad fructum, seu quatenus non omnes, sed multi, mortis Christi fructum percipiunt, id est, actualem conversionem, & adhuc pauciores vitam ipsam æternam; quia non omnes percipere voluerunt. Priori voluntate Christus aliquando orat pro omnibus hominibus, etiam reprobis; ut pro suis crucifixoribus Lucæ 23.; posteriori, non nisi pro prædefinitis, & prædestinatis, ut Joan. 17. ψ . 20. & 21. Inter alia, Concil. Valentin. cap. 2. docet, *malos non ideò perire, quia boni esse non potuerunt, sed quia boni esse noluerunt.* Aug. lib. 6. contra Julian. cap. 4. *Nega, Juliane, Christum etiam pro parvulis mortuum, ut eximas eos de numero mortuorum, hoc est, de contagio peccatorum.* Quæ esset consequentia Aug., & Pauli 2. ad Cor. 5. ψ . 14.

Christus mortuus est *pro omnibus*, id est, in sententia adversariorum, pro generibus singulorum: Ergo singuli generum peccato originali inquinati sunt? De his plura Theologi: & vide cap. 23. ad *ψ*. 37., & Joan. 1. ad *ψ*. 9.

ψ. 30. *Et ecce duo cæci*. Unam esse hanc, eandemque historiam cum Marci 10. *ψ*. 46., & Lucæ 18. *ψ*. 35. tenet Theophylact., & monstrat Evangelistarum consensus quoad tempus, nempe ultimi ascensûs Jerosolymam; locum, prope Jericho; cæcum, aut cæcos sedisse mendicantes juxta viam, quâ Christus transibat; clamâsse iisdem verbis, *Jesu fili David miserere mei*; à turba Jussos tacere, vehementiùs clamâsse; stetit Christum, & cæcos ad se vocâsse; rogâsse, *quid vultis ut faciam vobis*, &c. at, inquires, Marcus & Lucas unius tantum cæci meminerunt. *R.* cum Aug. lib. 2. de consensu Evang. cap. 65., non inde negari alium; ut in simili de duobus dæmoniacis cum eo dictum est cap. 8., additque: *Bartimeus enim Timæi filius ex aliqua magna felicitate dejectus, notissima & famosissima miseria fuit. Hinc est ergo, quod ipsum solum voluit commemorare Marcus, ipsius, & Patris nomen exprimens. Verum Matthæus & Marcus dicunt, id contigisse, egredientibus illis ab Jericho: Lucas autem, cum appropinquaret Jericho. R.* Cum Ambros. in Lucæ 18., eundem fuisse cæcum, qui prius in ingressu urbis (quam circumstantiam, ut fit, omisit Matt. & Marcus) Christi misericordiam imploravit: sed, cum Christus se audire dissimularet, ut fidem ejus, ac spem acueret, & paulò post duos curaret, rursus se stetit ad portam urbis (quod omisit Lucas) ibique à Christo egresso visum postulavit, & cum socio Bartimæo impetravit. Aug. tamen cit., & lib. 2. qq. Evangelicar. q. 48. putat, unum ad ingressum urbis sanatum,

quoddam solus Lucas solum commemorat; dein alios duos simul in egressu, de quo Matthæus, nec negat Marcus; & utramque curationem pari modo fuisse factam.

CAPUT XXI.

Christus Jerusalem ingreditur, Marci 11. Lucæ 19. Joan. 12. Negotiatores eiecit è templo, Marc. 11. Luc. 19. Ficum arefacit, Marci 11. Questio de Joannis Baptismo, Marci 11. Lucæ 20. Parabola de duobus filiis missis in vineam. Parabola de vinea elocata, Marc. 12. Luc. 20.

Vers. 1. *Cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliveti: Marcus ̄ 1. Cum appropinquarent Hierosolymæ, & Bethania ad montem Olivarum: Lucas ̄. 29. Cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam: quia scilicet hæc invicem valde erant vicina: Bethania (ubi pridie Christus cœnaverat, ut habetur ex Joan. ̄. 1. & 12.) juxta Jerusalem quasi stadiis quindecim, Joan. 11. ̄. 18. Bethphage aliquantò minùs: mons Oliveti sabbati iter, Actor. 1. ̄. 12., de quibus Tirinus de mensuris longitudinum. Ingressus hic contigit Dominicâ Palmarum, quæ erat 18. Martii, luna, seu dies lunaris decima mensis Nisan, juxta Tirin. in Chron., quâ Agnus Paschalis, typus Christi, immolandus Lunâ 14., in urbem inducebatur; & turba plurima confluebat ad diem festum instantis Paschatis, juxta ritum Exodi 12. à ̄. 3., & indicat Joan. ̄. 12. & 20.*

̄. 4. Hoc autem totum factum est, ut Christus ex Prophetiæ testimonio hinc impleto, Regem se esse & Messiam promissum ostenderet; coge-

renturque Judæi ipsum ut talem agnoscere: quis enim alius Judæorum Rex, ut Chryf. argumentatur, asino vectus Jerusalem ingressus umquam est, de quo Prophetæ vaticinium possit intelligi? Quamvis invidis & exacerbatis Pharisæis hæc pompa, & sequentes acres increpationes, incredulis & obstinatis, dederint amplius occasionem eum necandi.

ψ. 5. *Dicite Filia Sion*, id est, urbi Hierusalem, cujus potior pars regia in monte Sion erat ædificata, pro civibus aut incolis Hierusalem, per metonymiam Scripturæ familiarem. Hæc verba sunt apud Isaiam cap. 62., sequentia apud Zachar. cap. 9.; ergo Evangelista ex utroque Prophetæ unum testimonium conflavit; qui & Zachariam citat juxta versionem 70. Interpretum, sensum etiam, non verba secutus: *mansuetus*, pro, *pauper*, quia pauper mansuetus esse solet aut debet, qualis certè Christus erat futurus: item Joan. ψ. 15. *Noli timere filia Sion*, pro, *exulta satis filia Sion*, quia qui exultat, non timet. *Sedens super asinam, & pullum filium subjugalis*: utrique jumento successivè infederit Christus, fortè in ascensu & descensu montis Oliveti super asinam tamquam robustiorem, ac dein super pullum, in ingressu urbis: quamquam enim alii Evangelistæ tantum meminerint pulli, cui nemo umquam hominum sedit, secundum Lucam ψ. 30., non negant tamen prius. Verba autem tum Zachariæ hanc explicationem requirere videntur, tum Matthæi ψ. 2. & 3. etiam expressè scribentis: *Invenietis asinam, & pullum cum ea; solvite, & adducite mihi. Et: dicite, quia Dominus HIS opus habet, & confestim dimittet eos. Et ψ. 7. Adduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.*

§. 9. *Dicentes : Hosanna Filio David*, per contractionem, SALVIFICA, OBSEURO, interpretatur; ab HOSIAH, *salvifica*, & ANNA, *quæ interjectio deprecantis est : salvum autem fac dicitur, ut subaudiamus, populum tuum Israël, sive generaliter mundum*; ita Hieron. epist. ad Damasum; qui & hîc ait, significari, *quod adventus Christi salus sit mundi*. Salus nobis fit à Filio David, cui dicitur illud *Hosanna*; Origen. tract. in Matt. 15., Iren. lib. 4. cap. 24., Hilar. can. 21., Ambr. in cap. 19. Lucæ, Hieron., Beda. Lucas §. 39. Scribit: *Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini*, missione & autoritate Dei; *pax sit nobis in Cælo*, cœlitus firmata; & *gloria in excelsis, Deo*. Marcus §. 10. *Benedictum quod venit regnum Patris nostri David : Hosanna*, salva, obsecro, Deus, qui es *in excelsis*. Sunt ergo omnes hæ acclamationes, aliæ ad Christum, aliæ ad Deum, voventium tum sibi, totique mundo, tum Christo, ejusque regno omnem salutem & prosperitatem, ac gloriam Deo. At, inquires, Judæi, quamvis perperam, sibi à Messia Regnum tantum, & bona terrena expectabant. R. Sicut res hæc tota singulari Dei motu contigit, ita & illa generalia verba, prout speciali Dei instinctu ab ipsis prolata (sicut habetur ex §. 40. Lucæ, *si hi tacuerint, lapides clamabunt*) significâsse regnum Christi spirituale, & salutem etiam totius mundi: quemadmodum §. 15. innocentes pueri in templo idem *Hosanna Filio David* dixerunt, juxta Chryl., & Caiphas Joan. 11. inscius propheta- vit.

§. 12. *Et intravit Jesus in Templum Dei*, verosimilius rectâ in ingressu viâ, tamquam in domum suam Regiam, Patrem oraturus, ipsique gratias acturus, quod se, velut Messiam, populi applausu glorificâsset, etiam in testimonium con-

tra suos inexcusabiles inimicos; nec non docturus, more suo, & curaturus infirmos, ex *ψ*. 14. & Lucæ *ψ*. 47.

Et eiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit. Contigit hoc sequenti ab ingressu in urbem die, ut patet ex Marco à *ψ*. 12. dicente, *& aliâ die, &c.* quod proin Matthæus ponit per anticipationem: & est conformius ordini, quem tenuit Marcus, de quo *ψ*. 19., quamvis Aug. 2. de consensu Evangelistar. c. 68. contrarium, & Marcum id recordatum postponendo inseruisse, putet esse probabilius. Est etiam hæc secunda ejectio, diversa ab illa initio prædicationis suæ Joan. 2. juxta Chryf., Aug. cit. cap. 67., Euthym., Theophyl. Hæc autem animalium ad sacrificia necessariorum nundinatio ad ipsum templi atrium, seu porticum Salomonis, qui orationi dumtaxat servire debebat, translata erat à Sacerdotibus, commoditatis, vel potius, ut Hieron., lucri causâ locum elocantibus, & etiam per suos vendentibus necessaria ad sacrificium; institutis ibidem insuper mensis nummulariorum, qui monetam majorem minore, peregrinam usitatâ mutabant, pecuniam mutuabant, etiam sub aliqua palliatæ usuræ specie: unde Christus illis exprobrat, quod domum orationis fecerint *Speluncam Latronum*, seu furum latentium sub specioso prætextu subministrandi necessaria ad Sacrificia, &c. Hieron. *mibi olamoi m*

ψ. 17. *Et relictis illis*, principibus Sacerdotum & Scribis, de quibus *ψ*. 15. tamquàm ultrâ indignis suâ præsentia & colloquiis, Theophyl.; & ne magis exacerbarentur, Chryf., Euthym., *cum jam vespera esset hora*, inquit Marc. *ψ*. 11., *abiit foras extra civitatem, cum duodecim*, ut addit Marcus, *in Bethaniam, ibique mansit.* Vide-

tur

tur Christus cum suis toto illo die in templo perseverâsse.

ŷ. 18. 19., &c. *Manè autem*, sequentis ab urbis ingressu diei lunæ (19. Martii, lunâ 11. Nisan) *revertens in civitatem, esuriit*, non esurie naturali; erat enim manè, & pridie vespere apud Martham verosimiliter cœnaverat, ut tam citò esurire non posset; sed sponte excitatâ in se fame, Chryf. nisi cum Maldon. dicatur, finxisse famem; sicut quibusdam indeterminatis signis finxit quærere fructum in ficulnea, quem sciebat se non inventurum; *non enim erat tempus ficorum*, teste Marco ŷ. 13. (sic & Lucæ 24. ŷ. 28. Discipulis in Emmaus finxit, se longiùs ire, &c.) itâ Aug. 2. qq. Evangelicar. q. 51., & Euthym., qui addunt, id factum iusta de causa, nempe, ut haberet occasionem ad sequens miraculum, eoque significaret, quid infructuosæ Synagogæ, à Deo esuriente ejus salutem, in pœnam carentiæ debitorum fructuum brevè esset futurum: etenim mysterium hoc in innocuæ arboris non pœnali arefactione latuisse, docent Orig. tract. 17. in Matt., Hilar., Hieron., utque discipulos inusitato hæctenus miraculo firmaret contra scandalum crucis; Hieron., Beda. Scribit Chryfost., Apostolos de suo sensu tribuisse Christo inquisitionem fructûs in ficulnea. Quidni *præcisè secundum scientiam experimentalem*, secundum quam Christo novi aliquid obvenire poterat, ut tractant Theologi, & vide cap. 8. ŷ. 10. Lucæ 2. ŷ. 52., humano modo agens verè quæsierit fructum in arbore eminus visa, quæ fortè, quam particulam Marcus addit, maturiùs fructus haberet in calidiore illa regione, ubi tum segetes erant maturæ? Idque, etsi scientiâ infusâ arborem nôsset, & esse sine fructibus? Inde Christus ascendit in templum, ex eo ejiciens ven-

dentes & ementes, à ψ . 12. Marci, usque ad ψ . 18. Vespere iterum ivit in Bethaniam, ψ . 19. Marci. Postero manè diei Martis (20. Martii, 12. Lunâ Nisan) ex Bethania cum eo regredientes Discipuli Jerosolymam Marci ψ . 20., quam pridè manè viderant arescentem, mirati *viderunt ficum*, jam totam *aridam factam à radicibus*, Aug. 2. de consensu cap. 68.: quando respondit Christus de fide ad patranda miracula; proût & aliàs fecerat: tum Christo in templum ingresso, sequentia contigerunt à ψ . 23. Matt. usque ad cap. 24., à Marci ψ . 27. usque ad cap. 13., Lucæ cap. 20., &c. Eodem die Martis egressus è templo, ivit ad montem Oliveti, ubi docuit Discipulos, Marci cap. 13.; & in Bethaniam, ubi mansit usque ad diem Jovis, quæ erat 22. Martii, Luna 14. Nisan, quâ rediit in urbem manducaturus Pascha.

ψ . 25. *Baptismus Joannis unde erat?* Est Synecdoche, pro Joannis doctrina, prædicatione, totoque instituto. Vis taciti argumenti est: si Joannes prædicandi & baptizandi potestatem à Deo habuit, uti omnes fatentur; ergo & ego illa omnia, quæ rogatis, faciendi potestatem habeo à Deo: hoc enim de me testificatus est Joannes, cum vos ad eum legatos ex professo misistis sciscitatum, an ipse esset Messias, Joan. 1. à ψ . 20.

ψ . 27. *Dixerunt, nescimus.* Postquàm, omnibus hærentibus quid responderent, quidam inter se de responso conferentes, captos se deprehendunt, mentiuntur nebulones, ne improbitatis convincantur: non enim non scire poterant, vitam Joannis & prædicationem fuisse sanctissimam, atque adeò à Deo.

ψ . 28. *Homo quidam (Deus) habebat duos filios.* Quod principes Sacerdotum, & seniores populi, Scribæ & Pharisei respondere noluerant,

Christus hic edicit, Joannis Baptisma fuisse à Deo, ac proin ipsos inexcusabiles; quos cum meretricibus & publicanis confert, & hos ad prædicationem Joannis pœnitentiam agentes illis impœnitentibus, & Regno cœlorum excludendis præfert: sicut filium, qui dixit, *nolo*, at dein pœnitens ivit in vineam patris, ipsimet præferendum fatentur ei, cui deerant facta, non verba: quales erant isti, qui quasi Religiosi legem Dei semper in ore habebant, reipsâ erant prævaricatores legis, & perstabant impœnitentes; ita Autor oper. imperf. Per primum filium, sive illas meretrices & publicanos, *gentiles* convertendos, per secundum, sive istos Phariseos, *Judeos* Christum repellentes, & à Deo repellendos designari, interpretantur Athanas. quæst. 39., Orig., Hier., Chryf., Euthym., Beda.

¶ 33. &c. *Aliam parabolam audite*, Scribæ & Pharisei: at Lucas cap. 2. ¶ 9. *cœpit dicere ad plebem*: nempe, quia principalius ad istos dirigebatur, audiente circumfusâ plebe. *Homo erat Pater-familias, Deus, qui plantavit vineam*. In hac parabola ex his principibus Sacerdotum extorquet sententiam, quâ se suamque gentem desereri, perdiq; à Deo meritam ipsi pronunciant, ut in ipsorum locum gentiles assumantur; prout & concludit Christus ¶ 45. dicens: *auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus*. Atque hic est scopus parabolæ. Itaque *vineam* ista, in qua Deus voluit homines salutem operari, cum communi, est Ecclesia, seu domus Israël, Isaïæ 5. *Coloni*, sunt non soli Sacerdotes, Scribæ, & Pharisei, ut putant Orig., Hilar., Euthym., Theophyl.; sed tota Judæorum gens, Ambros. *Servi ac Filius* missus, Prophetæ ac Christus; ex quibus Hieremias cæsus, Isaïas occisus, Zacharias lapidatus,

Hieron. *Sepes, Torcular, Turris*, generatim Deum vineæ, sive Ecclesiæ suæ fecisse, quidquid facere debuit ad custodiam & cultum, Maldonat., qui reliqua ornatûs causâ addi censet: & vide ad cap. 13. *ÿ. 3.* Quamquàm tamen speciatim, per *sepem*, Orig. tract. in Matthæum 19., Ambrosi. in cap. Lucæ 20., Hieron. tutelam Dei & Angelorum custodiam; Iren. lib. 4. cap. 70., & Author oper. imperf. Legem atque præcepta, quibus continerentur, intelligunt: per *Torcular* & *Turrim*, Orig., Hieron., Beda, Euthym., Theophyl., Altare victimarum sanguine quasi musto redundans, & templum Hierosolymitanum: *peregrè profectionem*, Dei longanimitatem interpretatur Chryf. Quod addit Lucas, **FORTE verebuntur filium meum**, Chryf., Euthym., Theophyl. idèd dixisse putant Dominum vineæ, Deum, ut indicaret, quid coloni facere deberent, non quod futurum ignoraret; & ne se Dei prædictione coactos fuisse dicerent.

ÿ. 41. Malos malè perdet. Hæc verba Marcus *ÿ. 9.*, & clariùs Lucas *ÿ. 16.* non Scribis, sed ipsi Christo tribuit; nam Luc. ait, Scribas, his verbis auditis, dixisse: *absit*. Hæc optimè conciliat Chryf. & Euthym.; scilicèt, quod Scribæ nondum intelligentes, contra se esse parabolam, responderint, *malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis*, ut hìc narrat Matt.: dein Christus illa approbaverit, ut est apud Marcum, & Lucam, simul nutu, vel signo aliquo, aut vocis sono innuens, hanc ob dicta scelera comminationem esse contra ipsos: quo audito & intellecto, ipsi vultum contraxerint, respondentes: *absit*, ut hæc nobis comminata eveniant. At probat, & instat Christus sequenti metaphora;

ÿ. 42. Numquàm legistis in Scripturis, Psal. 117., Lapidem, quem reprobaverunt edificantes,

qui præfunt Synagogæ ædificandæ, Chryf., Euthym., Theophyl.; vel, ut alii, gens Judaica, sicut diximus de colonis; *hic factus est in caput anguli*, id est, positus est in angulo fundamenti, tamquam firmum caput & initium totius structuræ, in quo uterque paries conjungitur. Lapis ille Christus est, qui ad Ephes. 2. *Fecit utraque unum*, fideles & electos V. & N. Testamenti conjungendo in unam Ecclesiæ fabricam, Orig., Hilar., Aug., Hieron., Beda, Theophyl., Euthym. apud Maldon.; item, qui 1. Petri 2. Judæis incredulis factus est *lapis offensionis & petra scandali*, quales nempe lapides angulares esse solent in quos facilius impingitur.

¶ 44. *Qui ceciderit super lapidem istum*, in Christum non credendo, Chryf., Aug. serm. 4. de verbis Domini, eique adversando, *confringetur*, seipsum lædet: *super quem verò ceciderit*, gravi suo condemnationis judicio, Aug. cit., *conteret eum*, irreparabiliter. Per priorem partem pœnas ab incredulis Judæis, & in Christo scandalum passis luendas in hac vita; per posteriorem alterius vitæ supplicia significari, ait Aug.

CAPUT XXII.

De Nuptiis Filio Regis. De Censu Cæsari dando, ac Resurrectione contra Sadducæos, Marci 12. Lucæ 20. De magno Legis mandato, Marci 12. Interrogatio de Christo filio David, Marci 12. Lucæ 20.

Vers. 2. &c. *Simile factum est Regnum Cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* Hæc parabola, quæ est in re insolita (nullus enim rex humanus sic nuptias instruit) similis est illi, quam dat Lucas cap. 14. : diversa tamen,

juxta Aug. lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 71., Gregor. hom. 38. in Evang.; inter alia enim, consequenti ordine hæc contigit publicè in templo, ut dictum ad cap. 21. v. 18. in fine; illa in domo Pharisei: hæc Nuptiæ Filio Regis, & prandium; illa, cœna cujusdam hominis vocatur: in hac occiduntur servi missi, perduntur homicidæ, civitas succenditur (quo Chryl. & Euthym. Jerosolymæ everisionem sub Tito & Vespasiano signari scribunt) homo non vestitus veste nuptiali ejicitur; non in illa: denique, ut habet Greg. cit., *Hic per nuptias præsens Ecclesia, illic per cœnam, æternum & ultimum convivium designatur.*

Per Nuptias Filio Regis, intelligitur Verbi Divini Incarnati à Patre Rege missi cum sua Ecclesia conjunctio, quam desponsans acquisivit sanguine suo: quomodò etiam Apostolus ad Ephes. 5. de matrimonio agens dicit: *Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*: ità Orig. tract. 20. in Matt., Hilar. can. 22., Hieron., Greg. cit. Per convivium nuptiale, communis mensa proposita saluiferæ doctrinæ ac gratiarum, Orig. cit., Autor. oper. imperf., Euthym. Per invitatos seu vocatos, Orig., Athan. q. 45., Hieron., Beda, Chryl., Euthym., Theophyl. intelligunt Judæos omnes, etiam anteriores, qui dici possunt invitati ad Nuptias, scilicèt ut in venturum Messiam crederent, & interim verbo Legis & Prophetarum pascerentur, quorum præcepta si servarent per gratiam ex ejusdem futuris meritis paratam, ad cœlestes etiam agni nuptias pervenirent. At præcipuè notantur Judæi posteriores; adde & gentiles; utpote jam inchoatis nuptiis in Verbi incarnatione, omnibusque paratis ad ipsum opiparum convivium nuptiale. Servi missi, secundum Orig.,

IN CAP.
Hier., Chryl.,
melis etiam &
ad exitus vitarum,
post repulsum &
cuti. Anque hæc
Homo non verus
fidelis invocatus,
operibus, & vitiis
secundum Tertullianum
Chryl., Hier., Gre
ided in die Judic
(quando Rex pe
nitentiam dedit, vi
ciendus in tem
8. v. 12. Inep
telligi debere
homo enim illu
trate poterat, n
Ecclesia, Greg. c
fit Ecclesiam con
probis; item ver
operibus. Hæc est
sic concludit Chr
est, omnes plane
quibus Ambros.
de hæreticos univ
sunt vocati ad C
pasci vero electi
volentibus venire
cetur, non omni
v. 16. Phari
Herodiani. An
Luciferianos:
"qui ante adve
"sperant; quod
"ceps Prophet
"illius radice

Hier., Chryf., Greg., sunt Prophetæ, contumeliis etiam & morte affecti, & Apostoli missi ad exitus viarum, sive etiam gentiles vocandos, post repulsam à Judæis, qui & hos sunt persecuti. Atque hæc est prima pars parabolæ.

Homo non vestitus veste nuptiali, est quivis fidelis improbus, sive destitutus charitate, bonis operibus, & vitâ Fidei Christianæ respondente, secundum Tertulian. lib. de resurrect., Orig., Chryf., Hier., Greg., Theophyl., Euthym.; & idè in die Judicii, juxta Hieron. & Bedam (quando Rex per Filium, cui Joan. 5. *omne judicium dedit*, visurus discumbentes intrabit) ejiciendus in tenebras exteriores, de quibus ad cap. 8. v. 12. Ineptum est, quod dicunt hæretici, intelligi debere hominem destitutum veste fidei: homo enim ille non aliter, quàm per fidem intrare poterat, nec esse in istis nuptiis, id est, vera Ecclesia, Greg. citat.; unde & liquet, veram Christi Ecclesiam constare bonis & malis, etiam reprobis; item veram fidem posse esse sine bonis operibus. Hæc est secunda pars parabolæ; quam sic concludit Christus v. 14. : *Multi enim*, id est, omnes planè Judæi, potissimum posteriores; quibus Ambros. in Lucæ cap. 14. addit gentiles & hæreticos universim signatos v. 3. 4. 5. 6. 9. *sunt vocati* ad Christi nuptias, sive Ecclesiam, *pauci verò electi*, id est, eam ingressi; pluribus nolentibus venire, & ex quibus ipsis ingressis docetur, non omnes salvari.

v. 16. *Pharisæi mittunt ei discipulos suos cum Herodianis.* Audiri meretur Hier. dialogo contra Luciferianos: "Taceo de Judaismi hæreticis, qui ante adventum Christi legem traditam dissipârunt; quòd Dositheus Samaritanorum Princeps Prophetas repudiavit; quòd Sadducæi ex illius radice nascentes, etiam resurrectionem

"carnis negârunt; quòd Pharifæi à Judæis diviſi
 "propter quasdam obſervationes ſuperfluas, no-
 "men quoque à diffidio ſuſceperunt; quòd He-
 "rodiani Herodem Regem ſuſcepere pro Chri-
 "ſto, nempe Herodem Aſcalonitam, ut etiam
 cenſent Epiphaniſ. lib. 1. hæreſi 20., Tertul. lib.
 de præſcript. Quamquàm putem, hos potiùs id
 adulando ſimulâſſe; ob dicta cap. 2. Hæc itaque
 ſuperſtes factio Romanis favens, tributum Cæ-
 ſari dandum aſſerebat; Pharifæi verò negabant,
 quòd ſolum Deum tamquàm Dominum per le-
 gem dicerent agnoſcendum; ità Origen. & Hie-
 ron. Utrique ergo ad Chriſtum accedunt, hanc
 inter ſe ſimulatores controverſiam quaſi deciden-
 dam ipſi proponentes, eâ fallaciâ, ut, ſi dandum
 aſſerat tributum, Judaicæ plebis; ſi neget, Ro-
 manorum invidiam, & reatum tamquàm perduel-
 lis, incurrat.

¶. 21. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari.*
 Hæc reſponſione Chriſtus omnem adverſariorum
 aſtum eludit, neque expreſſè dicens, neque ne-
 gans, ſed ex ipſorum met verbis inſinuans, cen-
 ſum Cæſari eſſe dandum; cùm præventi inter-
 rogatione Chriſti, *cujus eſt imago hæc*, antea
 admiferint, denarium Romanum, utpote imagi-
 ne & inſcriptione Tiberii Cæſaris inſignitum, pu-
 blicâ auctoritate cuſum eſſe in Judæa; quo ad-
 miſſo, contra ſe pronuntiârunt, illum Cæſari
 tributum deberi: cùm moneta non ſoleat cum
 alicujus inſcriptione publicè cudi in aliena regio-
 ne, niſi is in ſupremum illius regionis Dominum
 agnoſcatur: quin & agnitum fuiſſe Cæſarem,
 ipſimet fatentur Joan. 19. *Non habemus Regem,
 niſi Cæſarem.*

¶. 30. *In reſurrectione neque nubent, neque
 nubentur, viri & fœminæ. Nubere, nuptus, etiam
 viris tribui, eſt in autoribus apud Calepinum; ſi-*

cut & tribuitur græcum γαμήν. *Nubere de viris, & nubi de uxoribus scriptum*, ait Hieron. Ex hoc loco mansuram in Cœlo sexûs diversitatem, sententia est Aug. lib. 2. de civit. cap. 17., Tertul. lib. de resurrect., Hieron. epist. 61. scribentis: *nemo enim dicit de rebus, quæ non habent membra genitalia, non nubent, neque nubentur*. Et ratio est, quia sexûs diversitas natura est, non vitium naturæ, utpote quæ fuit, & fuisset in statu naturæ integræ: & quia in propria individua natura quisque resurgere debet; non ergo mulieres in aliena viri. Non tamen tunc erit diversitas illa ad usum: quia, ut hîc ait Christus, *erunt sicut Angeli Dei*, id est, immortales; sic, ut non opus sit ampliùs generatione tendente in hac mortali vita ad multiplicationem & propagationem speciei aliàs interituræ. Nec obstat ad Ephes. 4. v. 13. *donec occurramus omnes in virum perfectum*: quia sub viris comprehenduntur & fœminæ, similiter in proprio individuo corpore resurrecturæ, *in mensuram ætatis plenitudinis Christi*: sicut, inquit Aug. cit. cap. 18., *in eo, quod dicitur, Psal. 109., beatus vir, qui timet Dominum, utique ibi sunt & femina, quæ timent Dominum*.

v. 32. *Ego sum Deus Abraham, &c.* Argumentum depromit Christus ex Pentateucho Moyfis, Exodi 3.; quia hunc solum recipiebant Sadducæi, Prophetas respuentes, teste Orig., Hier., Bedâ; & ex quo, Deuter. 15. irrisores carnales crassum argumentum objecerant. Vis autem hæc est: Deus etiamnum est Deus Abrahæ; atqui Deus non est Deus nihili; ergo Abraham non est nihil, adeoque adhuc superest, saltem quoad animam; atque ita *non est Deus mortuorum, sed viventium*, secundum animam: quam, quia mortalem esse, nec superesse putabant Sadducæi, idcirco negabant resurrectionem, ut notat Orig. & Hier. Hæc

enim duo inter se secundum Philosophiam connexa habebantur, ut, si anima esset immortalis, cum illa naturaliter propendat ad corpus tamquam materiam, cujus ipsa est forma, utique illud resurgeret. Item, etiam secundum corpus, *non est Deus mortuorum*, prout illi mortuos putabant, sed *viventium*, in decreto omnipotentiae Dei, quo, dum vult & volet, ipsos facile quasi de somno excitatos vivificat; sicut cap. 9. dixerat Christus: *non est mortua puella, sed dormit*; & Joan. II., Lazarum dormire.

¶ 35. *Interrogavit eum unus ex eis*, Phariseis, *Legis Doctor tentans eum*, scilicet initio, ut ait Chryf.; vel, licet se velle Jesum capere fingeret coram Phariseis, qui id unice studebant, expectantes, teste Chryfost., an forte in divino dilectionis mandato aliquid immutaret, quoniam Deum se faciebat; tamen ipse in animo cupiebat audire & doceri, quid Christus ad quaestionem hanc satis tunc agitatam, quibusdam sacrificia dilectioni praeferebat, in qua ipse dubius haerebat, esset responsurus: quia, quod responsum Christi sincero animo exceperit, dicens Marci ¶ 32. & 33.: *bene Magister, in veritate dixisti, diligere Deum & proximum majus est omnibus holocaustibus & sacrificiis*, patet ex verbis sequentibus: *Jesus videns, quod sapienter respondisset, dixit illi: non es longè à regno Dei; minùs abes à doctrinâ Novi Testamenti*, Chryf. Alius hic est à Legisperito Lucæ 10. ¶ 25.; quia est multa ordinis differentia. Hic Christus interrogatur de præcepto charitatis, & respondet; ibi, aliam prius quaestionem rogatus, interrogat, altero respondente: hic Legis Doctor à Christo commendatur, *non es longè à regno Dei*; ibi ille hypocrita, volens justificare seipsum, non item; additurque de descendente ab Jerusalem in Jeri-

IN CA
cho, qui incidi
sensu cap. 7.
¶ 42. &c.
jus filius est
argumentum
lium David,
vocat suum Dom
quod de eo mar
lum, praefertim
redè appellat: e
ad aeterno à Pat
insinuat, se Me
simplicem hom
simulque terre
non inimic
Chryf. Hoc
bis extremo
hostibus suis,
si donec non in
nem, & ampliat
rò dictum Plalm
telligendum,
que Rabbi Barac
Rabbini, teste R
Psal. 109; uti
intenti, ut Chri
alioqui facile re
illum non ager
Hieron., cui al
ante Luciferum
in aeternam sec
&c.

cho, qui incidit in latrones : ità Aug. 2. de consensu cap. 73.

ψ. 42. & c. *Quid vobis videtur de Christo? Cujus filius est? Dicunt ei: David.* Vis sequentis argumenti est: Messiam, secundum carnem filium David, idem David Psal. 109. in spiritu vocat suum *Dominum*. Atqui non secundum id, quod de eo natus est: non enim Pater Rex filium, præsertim nondum natum, *Dominum* suum rectè appellat: ergo secundum id, quod natus ab æterno à Patre erat: quibus Christus dextrè insinuat, se Messiam Deum, & plus esse quàm simplicem hominem, qualem ipsi existimabant; simulque terret: *sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*: ità Chryf. Hoc omnino complebitur in publico orbis extremo judicio; quando, prostratis æternùm hostibus suis, perfectissimè regnabit: adeoque *τò donec* non significat finem, sed continuationem, & amplificationem sessionis & regni. Porro dictum Psalmum de Christo, seu Messia intelligendum, censent Jonathan Chaldæus, ipsique Rabbi Barachias, Rabbi Levi, ac Veteres Rabбини, teste Rabbi Moyse, & Genebrardo in Psal. 109.; uti & hîc Pharisæi isti, qui in hoc intenti, ut Christi verba carperent, haud dubiè alioquì faciliè redarguissent, dicendo, Psalmum illum non agere de Messia. Et sanè, ut notat Hieron., cui alteri convenire potest: *ex utero ante Luciferum genui te*: item, *tu es Sacerdos in æternum secundum Ordinem Melchisedeck*, & c.



CAPUT XXIII.

Docet audiendos, non imitandos Scribas & Phariseos, quorum vitia castigat, Marci 12. v. 38. Luc. 20. v. 45.

Vers. 2. & 3. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei.* Per Cathedram, metonymicè Hier. & Beda doctrinam intelligunt: quasi diceret, in ejus officium & autoritatem docendi successerunt. *Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, servate & facite;* omnia nempe, quæ Legi, utpote nondum abrogatæ, & quam Christus ipse servavit, & mandatis divinis convenientia docent. Vide cap. 16. v. 6. *Secundùm opera verò eorum, quæ Christus hic in sequentibus, & alibi, ut cap. 5. 6. & 15. insectatur, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt, Legem.* En primum eorum vitium. Vos ergo factores potius estote. v. 4. *Sequitur secundum vitium: Alligant enim onera gravia & importabilia, rigidâ Legis interpretatione, additione, multiplicatione, & severâ exactione; digito autem suo volunt ea movere.* Rectè Chryf: *Duplicem nequitiam eorum ostendit, tum quia sine venia exquisitissimè multitudinem vivere volunt, tum quia nimium sibi ipsis indulgentes, magnam assumunt licentiam.* His meritis increpationibus & comminationibus Christus Scribas & Phariseos, quamvis seiret magis suâ culpâ exacerbandos, vel sic tamen conatur reducere ad frugem; sin autem, patefactis eorum vitiis, miseram plebem monere, ne ipsorum fuco capta fallatur. Notandum insuper, quod eadem similis argumenti sint cum illis Lucæ 11.; attamen loco & tempore diversæ: hæ enim contigerunt die martis post Domi-

nicam Palmarum, in templo, ut colligitur ex cap. 24. ψ . 1., & Marci cap. 12. ψ . 41., & cap. 13. ψ . 1.; illa autem antea, in domo Pharisei, ubi prandebat, Lucæ 11. à ψ . 37., scribente etiam Aug. lib. 2. de consensu cap. 75. *Quia jam venerat Dominus in Hierusalem à Galilæa, & post ejus adventum ita superiora usque ad hunc sermonem contexuntur, ut probabiliter accipiantur in Hierusalem gesta; Lucas autem illud narrat, cum adhuc Dominus iter ageret in Hierusalem, videntur mihi similes duos esse sermones, quorum ille alterum, alterum iste narravit.*

ψ . 5. *Dilatant enim, philacteria sua, id est, conservatoria legis divinæ, à Græco φουάκτω, custodio. Erant hæc, ut Orig., Hier., Chryf. scribunt, membranulæ divinæ legis mandatis inscriptæ, quas fronti & brachiis circumligabant, ut ad ejus observationem perpetuò commoerentur; ad litteram, non ad sensum Deuter. 6. attendentes; non intelligentes, quòd hæc in corde portanda sint, non in corpore; Hieron. Et magnificent fimbrias. Fimbriæ erant per quatuor angulos palliorum, in quibus erant vittæ hincinthinæ, in recordationem mandatorum Dei, ut præcipitur Num. 15. ψ . 18. Has etiam Christum gestasse, indicat Lucas 8. ψ . 44. Ratio autem dilatandi philacteria, & majores fimbrias cum prolixioribus vittis gestandi istis erat, ut cæterorum in se oculos converterent, hisque observantiores haberentur, ostentatores hypocritæ; Hieron.*

ψ . 8. *Vos autem nolite vocari Rabbi. Plana est sententia usque ad ψ . 13., ne Phariseorum mores Discipuli imitentur, sed sectentur humilitatem. Non prohibet Patrem aut Magistrum vocari, vel vocare in terris absolutè; sed, ut indicat textus, comparativè ad Deum, & ad Pha-*

rifæos; de quibus loquebatur : ad Deum quidem, ut comparatione illius excellentiæ, cujus intuitu omnia sunt, tamquam non sint, nemo Pater aut Præceptor æstimetur, neve istos amoris & honoris titulos Dei honori amorique præferamus : ad Pharifæos verò, ne eorum more ambitiosè gloriosèque Magistri aut Patres vocari quæramus, aliosve appellemus; ut & illi appellabant 1. ad Corinth. 3. *Ego autem sum Pauli, ego autem Apollo*, ut suo quisque Magistro gloriaretur, adversus alium inflatus; Chrysof.

ψ. 13. *Clauditis regnum Cælorum ante homines : vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare*; quod nec ipsi in Christum crederent, & ne alii crederent, impedirent, ejus miracula blasphemando, &c.; Orig., Hilar., Hieron.; item, secundum Chryf., ob pravos mores & dogmata. Lucas 11. ψ. 52. idem sic habet: *Quia tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis*: id est, ita scientiam legis vobis vindicastis, quasi nemo, nisi vobis aperientibus januam, cælum ingredi possit: unde simplex populus ab hypocritis falsâ doctrinâ seductus, vanis gravibusque oneribus obrutus, unâ cum ipsis peribat. Metaphora desumpta à Domino, qui, cum neminem ingredi aut egredi, nisi suo jussu, vult, clavem totius domûs accipit.

ψ. 15. *Circuitis mare & aridam*. Adagialis locutio est; quasi dicat: movetis omnem lapidem, ut faciatis unum profelytum, Latinè adventitium, à gentilismo scilicet ad religionem Judaicam, de quo Exod. 12. ψ. 19., & Ezechiel. 14. ψ. 7. *Et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, quàm vos*: facitis eum obnoxium damnationi duplo majori: quia, ut rectè Autor oper. imperf., Chryf., & Euthym., ita est na-

IN CAP.
vicio comp
ritates imitan
discipulos vincto
ψ. 23. Domini
SYMBIUM : et
herbarum, Hiero
losè decimus villim
Aug. Eccl. Phari
solvens decimus,
in omnium. Non e
quit Christus: sed
ent, ut viderentur
graviora legis mo
ricordiam, ad fi
quo suum cuic
Phariseis & S
ut est apud Lu
gerent.
ψ. 24. Eccles
stranguet; caneb
rum peccatorum
Arabici legunt
maximi minimo
sive metaphorica
ψ. 26. Munda
professus, conscie
si, quod deforis e
dam. Arguuntur
sanctitatem ponan
terim cum intus
& hypocriti.
ψ. 29. Eccl. 18
Difficultus est,
Lucæ 11. ψ. 18.
consentire oper
reccisione: pot
Prophetarum

turæ vitio comparatum, ut mala potius quam virtutes imitentur; sicque improbi magistri dent discipulos vitiosiores.

ŷ. 23. *Decimatis mentham, & anetum, & cuminum*: exactissimè exigitis decimas vilium herbarum, Hieron.: vel potius, valdè scrupulosè decimas vilissimorum olerum offertis; ità Aug., Beda: Pharisæos enim exactos fuisse in solvendis decimis, indicat Lucas 18.: *decimas do omnium*. Non ergo eorum avaritiam hìc arguit Christus; sed quòd minutias illas observarent, ut viderentur Religiosiores; cùm interim graviora legis mandata, quæ spectant ad misericordiam, ad fidem seu fidelitatem, ad iudicium, quo suum cuique à Iudice tribuitur (quales è Pharisæis & Scribis Iudices assumebantur) &, ut est apud Lucam, ad Dei dilectionem, negligerent.

ŷ. 24. *Excolantes culicem, è potu, ne vos strangulet; camelum autem glutientes, magnorum peccatorum*. Etiam Codices Græci, Syri, Arabici legunt *camelum*. Major est oppositio maximi minimo, non inusitatâ Hebræis hyperbole metaphoricâ.

ŷ. 26. *Munda prius, quod intus est calicis & paropsidis, conscientia tuæ & intentionis, ut fiat id, quod deforis est, operum externorum, mundum*. Arguuntur, quòd maximam operam & sanctitatem ponant in lotionibus exterioribus, interim dum intus pleni sunt rapinâ, immunditie, & hypocrisi.

ŷ. 29. *Ædificantes sepulchra Prophetarum, &c.* Difficultas est, quomodò concludat Christus Lucæ 11. ŷ. 18. eos, illa extruendo & ornando, consentire operibus patrum suorum in ipsorum occisione: potius enim videri poterant per hoc Prophetarum virtutem æstimare, & non con-

sentire eorum occisoribus, ut ipsi etiam expressis verbis significant ψ . 30. \mathcal{R} . cum Orig., Hieron., Chryf., Euthym. sensum esse: ostenditis, filii viperini & mendaces, vos consentire patribus vestris, quoniam censendi estis ædificare sepulchra Prophetarum potius in memoriam facinoris à majoribus vestris patrati, quàm in honorem Prophetæ occisi, ex eo, quòd cum simili affectu me occidendi illos sepelitis; mentientes erga eos pietatem, dum me meosque invidi persequimini, qui veritatem dico vobis; sicut Patres vestri, osores veritatis, Prophetas occiderunt: quare & addit:

ψ . 32. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum*, mei & discipulorum occisione, Hieron. *Implete his vestris accumulatis peccatis ad peccata parentum, quo fiat communis mensura plena ad præstitutam vindictam Dei, ut ψ . 38. & in sequentibus prædicitur.* Verba sunt, non jubentis, sed, ut notant Chrysof., Theophyl., Euthym., prædicentis: item permittentis & comminantis; sicut illud Virgilii: *I, sequere Italiam ventis.* Teste quidem Ezechiële 18. ψ . 20., *filius non portabit iniquitatem Patris, & ψ . 30. unumquemque juxta vias suas judicabo,* quantum ad culpam, quam quisque suam portat, & ad mensuram particularem personalium culparum, eique respondentem pœnam, etiam æternæ damnationis: attamen quantum ad pœnam temporalem, communi quâdam mensurâ impletâ, non rarò puniuntur regiones excidio, pestilentiâ, defectione à fide, &c. sic Genes. 15. *necdum completae sunt iniquitates Amorrhæorum;* sed post 400. annos complebuntur; quando illos delebo per Moysen & Josue. 1. Reg. 15. Jubetur Saül delere posteros Amalec ob scelera majorum. Et sic Deuter. 5. dicitur *Deus æmulator, reddens iniqui-*

iniquitatem Patrum super Filios, in tertiam & quartam generationem.

¶ 33. & 34. *Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ? Vel sic, & sequentiâ proponendo & comminando, eos absterret à scelere, Chrysoft. IDEÒ, non significat causam, cur Prophetas mittat; nec enim ob eorum nequitiam missurus erat; sed reddit rationem, cur eos essent occisuri, quia nimirum serpentes erant. Ecce EGO mitto ad vos Prophetas... & ex illis occidetis, &c.; ubi & se Deum asserit; id quod Lucæ 11. ¶ 49. testè indicat; sapientia Dei, quæ utique est Christus, decernendo dixit, mittam ad illos Prophetas & Apostolos.*

¶ 35. *Ut veniat super vos, ad talem pœnam, omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel justi: non quòd Judæi ipsum interfecerint; sed quia Cain erat Symbolicus Pater & typus parricidarum Judæorum secundum Tertul. contra Judæos c. 5., & Aug. 1. 12. contra Faustum cap. 9. usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachæ, quem occidistis inter templum & altare; non vos quidem, sed Patres vestri, quibuscum filii nequam unum moraliter corpus seu generationem, id est, genus constituitis. Item, hi duo, Abel & Zacharias, à Christo proponuntur, tamquam repræsentantes omnes justos à Judæis occisos, occidendos, & persequendos; ita Hieron. Quæritur, quis hic sit ille Zacharias. 1. Sententia est Orig., Petri Alexand., Cyril., Epiphani., Basil. apud Tirin., esse Patrem Joannis Baptistæ. Sed 1. hic nusquam in Scriptura dicitur filius Barachæ. 2. Traditionem illam (variantibus etiam Scriptoribus in autore & causa mortis) ex apocryphorum somniis manasse, ait Hieron. 3. Etsi fuerit Propheta (dixit enim: Præstabis ante faciem Domini, &c.) non tamen ut ta-*

lis notus, aut occisus habetur in Scripturis. 2. Sententia est Chrystost. hom. de Joanne Bapt., hunc esse Zachariam, qui inter 12. Prophetas est undecimus, qui Zachar. cap. 1. expressè vocatur *Filius Barachia*: verùm hic nullibi legitur occisus; nec, *inter templum & altare*; quod tamen tunc extitisse, contra Hieron. probat Tirinus præfatione in Zachariam. 3. Sententia est Hieron. & Tertul. in Scorpiaco cap. 8., Zachariam esse Filium Joiadæ Sacerdotis: quia hic solus in Scripturis *inter templum & altare* occisus legitur à Rege Joas 2. Paralip. 24., ubi & hujus solius sanguinis ultio exprimitur; *qui cum moreretur, ait: videat Deus, & requirat*: sicut & Abelis Genes. 4. v. 10. Et est verisimile, Christum notam historiam & sacris testatam literis commemorasse, ne Scribæ & Pharisei à Patribus suis occisos fuisse negare possent. Adde, quòd inter eos, quos in Scriptura occisos legimus, hic Zacharias ultimus sit, inquit Maldon. Dices: hic Zacharias non Barachia, sed Joiadæ filius appellatur. Respondet Hieron.: "*Barachia* linguâ nostrâ *Benedictus Domini* dicitur, & Sacerdotis Joiadæ justitia Hebræo nomine demonstratur. In Evangelio, quo utuntur Nazareni, pro filio Barachia, Filium Joiadæ reperimus scriptum., Unde quidam putant, Joiadam etiam Barachiam fuisse vocatum.

v. 37. *Quoties volui congregare filios tuos, etiam per Prophetas à me missos, Hieron quemadmodum Gallina congregat Pullos suos sub alas, & noluisti.* Quasi macerantem & anxiam curam, similem Gallinæ congregantis pullos suos sub alis, ingeminat Christus, voluntatemque feriam & fertilem mediõrum ad salutem verè sufficientium, quibus Jerusalem obstinata restitit. Taceant hic Jansenius & Quesnellus, inter alia volentes omnem gratiam esse efficacem.

IN CAP. XXIII. MATTHÆI. 211

ŷ. 39. *Non me videbitis amodò, ab instanti mea morte, Chryf., Theophyl., Euthym. Donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.* Designatur finis mundi, iidem cum Aug. lib. 2. de consensu cap. 75., quando Judæi Oseæ 3. ad Christum convertendi sunt. Sensus est; donec ad fidem conversi, ultro, &, quoad Judæos damnandos, juxta Chryf., Theophyl., Euthym., in judicio inviti, agnoscat, me esse Messiam, mihi que verè convenire, quod jam in solemnium urbis ingressu à turbis ac pueris mihi acclamatum indignamini. Simile dicit Christus alio tempore & loco Lucæ 13. ŷ. 34.

CAPUT XXIV.

Prædicit Christus everisionem Jerosolymitanam, finem mundi, & secundum suum adventum, Marci 13. Lucæ 21.

Aug. lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 77. in fine ita scribit: "Quæ in hoc sermone Matthæus posuit communia cum Marco, nihil habent quæstionis; quæ autem cum Luca (cap. 17. à ŷ. 23.) non in hoc sermone Lucas ea posuit, cujus hic ordo concordat; sed alibi talia, vel recordatur atque inserit præoccupando, ut prius commemoret, quæ postea à Domino dicta sunt, vel bis à Domino dicta facit intelligi, & nunc secundum Matthæum, & tunc secundum ipsum., Quæ tamen hinc manebunt explicata.

ŷ. 1. *Et egressus Jesus de Templo, vespere Diei Martis, ibat, more suo, in montem Olivarum ad pernoctandum, ut habetur ex Lucæ ŷ. 37., & cœnandum in Bethania, domi Marthæ; cum toto die docuisset jejunos in Templo; à Lap. Et ac-*

cesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei edificationes Templi. Existimat Euthym., omnes Discipulos, prius de Templi structura & pulchritudine inter se collocutos, ad Christum accessisse; unum autem ex illis pro omnibus dixisse, vel inchoasse; *Magister aspicias, quales lapides,* ut scribit Marcus. Volebant Templi pulchritudine & magnificentiâ Christum ad commiserationem flectere, ut sententiam de ejus desolatione, vel desertione cap. 23. v. 38. latam revocaret; Origen., Hilar.

v. 2. *Non relinquetur hic,* adverbialiter, Græcè *αὐδα, lapis super lapidem,* moraliter; quod contigit sub Tito: sicut tota domus destructa dicitur, etsi sub terra remaneant fundamenta: quæ tamen ipsa templi fundamenta, ut est apud Baron. & Spondan., cum ex Juliani Apostatæ permissu Judæi ea denudârunt fabricam Templi resumpturi, subito terræ motu, & igne erumpente, penitus fuere dissipata.

v. 3. *Sedente autem eo super montem Oliveti.* Marcus addit; *contra Templum,* id est, ex adverso. Hæc contigere die nostro Mercurii post Dominicam Palmarum, quo verosimiliter non est in Urbem regressus; quia nullus Evangelistarum, qui accuratissimè ultimos hos vitæ Christi dies & gesta describunt, id memorat. Quod autem post hunc sermonem narrat Lucas v. 37., *Erat autem diebus docens in Templo: noctibus vero exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliveti;* id de anterioribus diebus intelligitur. *Accesserunt ad eum Discipuli secretò,* omnes scilicet, secundum Euthym. Marcus exprimit interrogasse Petrum, Jacobum, Joannem & Andream, nempe tamquam præcipuos; aliis auscultantibus ad responsa & monita Christi, & sequentes parabolæ. *Dic nobis quando hæc erunt,* everfio Templi &

Urbis, secundus adventus tuus, finis mundi, Hieron. & quod signum adventus tui, & consummationis sæculi? Videntur Discipuli putasse, hæc esse conjuncta, Chryf. nec longè abesse: cujus contrarium edocentur. Cùm autem hæc confusè interrogârint, Christo similiter respondente, sequuntur signa aliqua prævia excidio Urbis & Orbis, intelligibilia de utroque tempore, secundùm Aug. Epist. 80., Hieron., Bedam; adedque non restringenda ad solum finem mundi cum Irenæo lib. 5. cap. 25., Greg. Hom. 1. in Evang.; nec ad solum Urbis interitum cum Chryf., Euthym., Theophyl. Nec non intermiscet Christus intermedio tempore eventura, ut Discipulos præmuniat. Huc etiam, sed potissimùm ad tempus Antichristi spectare videtur, quod habet Lucas 17. v. 22. *Venient dies, quando desideretis videre unum diem filii hominis*, id est, meam, quam modò habetis, præsentiam, tum ad vestrum in tribulationibus solatium, tum ad oriturarum hæresum repressiorem, & non videbitis. Ad munimen prædicit futurorum malorum acerbitatem.

v. 5. & c. *Multi enim venient in nomine meo; qualis ante urbis everisionem fuit Theodas, dicens se esse aliquem, id est, magnum Prophetam; & Judas Galilæus, de quibus Actor. 5. v. 36. & 37., Simon Magus, Actor. 8. v. 9., qui, teste Hieron., ajebat: ego sum sermo Dei, ego speciosus, ego Paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei: Plures præcedent consummationem sæculi. Secundum utriusque temporis signum, & mala intermedia eventura, sunt bella: quæ autem præcesserint destructionem Urbis, dat Joseph. lib. 20. antiquit. c. 8. & 15., & 1. 2. de Bello c. 11. 12. 14. 20. 21. Quæ præcedent diem Judicii, prædicit Daniël cap. 7. à v. 19. Tertium similiter, fames; Act. 11. v. 28. 12*

Joseph. lib. 20. antiq. cap. 2. & , quæ bellum & famem sequi solet, pestilentia. Quartum, terræ motus; qualis fuit sub Nerone, teste Euseb. in Chronico. Lucas ψ . 11. addit: *terroresque de cælo, & signa magna*; de quibus ante everisionem Urbis vide Joseph. lib. 7. de Bello cap. 12. & Tirin. in Chronico cap. 50. ad an. à morte Christi 35. Quintum, persecutiones, qualis nominatim fuit sub Nerone ante urbis occasum; aliæ priores habentur in Actis Apost. Sextum, defectiones Christianorum, & invicem traditiones.

ψ . 14. *Et prædicabitur*, illis omnibus non obstantibus, *hoc Evangelium Regni in universo Orbe, in testimonium omnibus gentibus*, condemnationis incredulis, & salutis credentibus; Hieron., Chryf., Euthym. *& tunc veniet consummatio mundi*; Hieron., Beda: item Urbis, Chryf., Theophyl.; quia tunc fuit prædicatum toto mundo, non absolutè, sed per plurimas & præcipuas orbis partes: quomodo etiam intelligitur illud ad Rom. 1. *fides vestra annunciat in universo mundo*: quia ante Urbis interitum America adhuc erat incognita, ubi proin nondum fuerat prædicatum, &c.

ψ . 15. *Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniële Propheta, stantem in loco sancto*, id est, *in Templo*, ut Daniël exprimit cap. 9. addens: *& usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio*: unde hoc esse desumptum, monstrat textus connectens tempus mortis Christi: cap. autem 12. agit de abominatione desolationis Antichristi, qui, teste Apost. 2. Thessal. 2. ψ . 4., in Templo quasi Deus sessurus sit. Significari hic tempus interitus Jerusalem, communis est sententia; & confirmatur ex additis, *tunc fugiant, &c.*, aliàs interitum non evasuri; & ex dicendis ψ . 21. ex Luca. Per

abominationem desolationis non intelligitur illa-
tua Cæsaris, nec Adriani: nam prior imago
fuit à Pilato Jerosolymis posita in vexillis, ante-
quàm hæc à Christo prædicerentur, idque non
in templo, & paucos dies stetit, secundùm Mal-
don. ex Josepho; posterior verò nonnisi urbe
diu eversâ: putant Chryf., Theophyl., Euthym.,
esse imaginem Titi Imperatoris; sed de hac ni-
hil Josephus, qui interfuerat, nihil autores eo-
rum temporum vicini: adde, quod Titus tan-
tùm factus sit Imperator anno à morte Christi
48., cùm Jerusalem eversa esset anno 40. Ab
aliquibus ergo intelligitur factio Zelotarum, qui
paulò post Cestii Galli solutam obsidionem Je-
rosolymæ templum occupârunt, illudque abo-
minandis latrociniiis, & innocentium sanguine
fœdârunt; de quo Joseph. lib. 6. de bello cap. 1.
(quarè & multi Christianorum, memores hu-
jus Christi prædictionis, post obsidionem Cestii
præcavescentes, civitatem deseruerunt, & in Pel-
lam urbem ultra Jordanem migrârunt, secun-
dùm Epiphan. hæresi 29. & 30.) verùm tunc
nondum urgebat id, quod Christus dicit versu
21., & ob quod tam celeri fugâ opus esset. Aliud,
juxta Euthym. Signum prognosticum urbis bre-
vi interituræ dat Lucas v. 20.: *Cùm videritis
circumdari ab exercitu, Titi filii Vespasiani Im-
peratoris, Jerusalem; saltem initio obsidionis,
quando ex urbe fugiendi adhuc locus aliquis su-
peresse poterat: quia v. 21. dicit: qui in medio
ejus, discedant: & qui in regionibus, non intrent
in eam, urbem scilicèt. Abominatio desolationis
cum Maldon. meliùs sumitur pro ipso interitu
urbis, seu abominanda horrendaque desolatione;
quæ proin non sit hujus signum, sed necessitatis
fugæ ocysimæ, de qua sequitur.*

v. 16. *Tunc qui in Judæâ sunt, fugiant ad*

montes; ne tota gens pereat. Non præcisè præscribitur fugæ locus, sed potiùs montes & aviæ petenda dicuntur, quàm in Civitatibus Judaicis manendum. Fugientium consuetudo est montes petere.

ÿ. 17. 18. 19. 20. *Et qui in tecto est, &c.* Hyperbolicæ hæ locutiones sunt, quibus acceleratio fugæ necessaria innuitur. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus*: quia illæ uteri, hæ infantium sarcinâ gravatæ, festinare non poterunt; Hilar., Hieron., Chryf.; item, quia hostium crudelitas ne prægnantibus quidem & nutrientibus parceret; Origen. calamitatis acerbitas proponitur. *Orate autem, ut non fiat fuga vestra in Hyeme*, quando viæ difficiles, dies breves, duritiâ frigoris: *vel sabbato*, quo non nisi exiguum iter conficere licere per legem putatis; ità Hieron., Chrysof. Necessitas longæ & acceleratæ fugæ significatur.

ÿ. 21. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modò, neque fiet.* Comparat Christus interitum hujus urbis & gentis, non cum universali excidio orbis tempore Noë, & in fine mundi, quod certè fuit, & erit atrocius; sed proin cum particulari excidio cuiusque gentis, etiam Judaicæ, præterito aut futuro. Lucas ÿ. 24. *Cadent in ore gladii: & captivi ducentur in omnes gentes, & Jerusalem calcabitur à gentibus: donec impleantur tempora nationum*, ad Christum convertendarum; Beda, & de quo ad Rom. 11. ÿ. 25.; item *tempora definita regnorum nationum*: quia propositio universalis non est coarctanda. Et Lucas cap. 19. ÿ. 43. & 44., *circumdabunt te, & coangustabunt te undique: & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eò quod non cognoveris tempus visitationis tuæ*, à Christo, quem occidisti. En cau-

fam interitûs, Chrysoft. Toto tempore belli ce-
 ciderunt Judæorum undecies centena millia; alia
 nonaginta septem millia in captivitatem abducta,
 & magna ex parte vilissimo pretio divendita: ita
 de his omnibus Josephus ipse tunc vivens, ibique
 præsens, & à Romanis servatus, præsertim libro 6.
 Belli Judaici, aliique Scriptores Gentiles apud
 Spondan. ad an. Christi 72. Ex quibus omnibus
 impletis, Judæi, qui & juxta Prophetiam Oseæ 3.
 ab illo tempore *sedent sine Rege, & sine Princi-
 pe, & sine Sacrificio, & sine Altari, & sine Ephod*
 (Sacerdotio) & sine *Theraphim* (manifestationi-
 bus) exuti templo, urbibus, possessionibus, va-
 gi; à militia, magistratibus, publicis officiis, privile-
 giis exclusi, omnibus invis, fateri debent Messiam
 venisse, cujus perstat sola vera Ecclesia Christia-
 na Catholica. Addo verba ipsius Josephi Judæi
 lib. 18. antiquit. cap. 4. " Eodem tempore fuit Je-
 " sus vir sapiens, si tamen virum eum oportet
 " dicere: erat enim mirabilium patrator operum,
 " & Doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt.
 " Plurimos quoque tam de Judæis, quàm de
 " gentibus, sui habuit sectatores, & credebatur
 " esse Christus. Cumque invidiâ nostrorum Prin-
 " cipum cruci eum Pilatus addixisset, nihilomi-
 " nus qui eum primùm dilexerant, perseverârunt:
 " apparuit enim eis tertiâ die vivens: multa &
 " hæc & alia mirabilia carminibus Prophetarum
 " de eo vaticinantibus: & usque hodie Christia-
 " norum gens ab hoc sortita vocabulum, non de-
 " fecit. ,, Eodem libro cap. 7. Joannem Baptistam
 insigniter laudat,

¶. 22. *Et nisi breviati fuissent dies illi, urbe*
 captâ, belloque finito citiùs, quàm Judæorum
 impietas, & justitiæ divinæ rigor exigebat: Titus
 enim non integris sex mensibus illam obsedit,
 captisque, & inspectis eorum munitionibus, dixit,

218 IN CAP. XXIV. MATTHÆI.

Deo ipsis irato, non suis armis cefisse Judæos, Joseph. lib. 6. Belli cap. 43., Euseb. lib. 3. hist. cap. 6. *Non fieret salva omnis caro*, Judaica, sive nullus Judæorum foret superstes: *sed propter electos*, qui ex Judæis jam credunt, vel credituri sunt aliquando, ne, omnibus sublatis, non supersint ad fidem convertendi & salvandi, *breviabuntur dies illi*; ita Chryf., Theophyl., Aug. epist. 80., indicatque particula *et* connectens cum præcedentibus. Quamvis tamen quidam hæc referant ad tempora Antichristi.

ŷ. 23. *Tunc si quis vobis dixerit*. Hic dilabitur Christus ad signa præcessura finem mundi, Hieron., Chryf.; etsi enim post excidium urbis non defuerint Pseudochristi & Pseudoprophetae, nec toto tempore intermedio sint defuturi, quales secundum Orig., Hieron., Aug. cit., sunt hæresiarchæ prædicantes contra Christum; hi tamen non dederunt signa, qualia mox subduntur edenda ab Antichristo, ejusque asseclis. Ineptiunt Calvinistæ, volentes, non esse credendum afferentibus, *ecce hic est Christus*, in Eucharistia; *ecce illic*, in penetralibus Templi: quia 1. Christus docet Discipulos, se, solum Christum, jam venisse, & secundò venturum instar fulguris subitum, toti mundo conspicuum; adedque non credendum Antichristo aliisve, se, vel alium ubicumque Christum esse dicentibus. 2. Loquitur de Pseudochristis visibilibus, arte magicâ prodigia magna facturis; adedque non de Sacra Eucharistia, ubi & unus idem Christus est invisibilis.

ŷ. 28. *Ubicumque fuerit corpus* (Græcè, *Cadaver*) *illic congregabuntur & aquilæ*. Hoc quasi proverbium sumptum ex Job. c. 39., significat: sicut Aquilæ corporum prædam illicò ex alto cernunt, illucque convolant; ita divino instinctu ac virtute ad locum judicii congregandi sunt

omnes homines; Theophylact., Beda. Locus autem hic, ut est communis Patrum, Hilar., Hieron., &c. & constans traditio, habeturque ex Joële cap. 3. *ψ*. 2. 12. 15. 16., agente de extremo Judicio, erit locus vallis Josaphat prope Jerusalem, ut ibi Christus gloriosus judicet, ubi ignominiosè fuit judicatus, ipsiusque cadaver in cruce pependit.

ψ. 29. *Statim autem*, id est, non longo temporis intervallo, de quo agetur ad *ψ*. 37., *post tribulationem dierum illorum*, finitâ persecutione Antichristi jam mortui, Chryf. *sol obscurabitur*; non quod offuscandus sit majori splendore Christi advenientis, ut tamen Hilar., Hieron., Chryf.; quia hæc obscuratio præcedet tamquam signum prognosticum adventûs Christi: de his enim signis Solis, Lunæ, Stellarum, sonitûs maris & fluctuum, scribit Lucas *ψ*. 26., *arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ supervenient universo orbi*, nempe conflagratio, &c.; nec per eclipsem interpositâ lunâ, erit enim universalis toti orbi: nec per interpositionem nubium; Christo etiam clarè dicente: *erunt signa in sole & luna*: sed quia verè obscurandus suâ luce privabitur, idque vel retractis radiis, vel subtracto Dei concursu, ne lumen effundat. Hinc minùs audiendi sunt, qui omnia hæc impropriè explicant, per Solis, &c. obscuracionem intelligentes, magnam aded hominum tristitiam & terrorem, ut præ stupore mentis solem videre non videantur: cum & hic stupor futurus sit effectus terribilium signorum. *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum*, utpote deficiente sole, à qua ipsa lumen accipit: & proin idem est de aliis Planetis defecturis. *Et stelle cadent de celo*. Agi hîc de stellis propriè, indicant præcedentia de sole & luna; item, cum & nîl re-

pugnet, de proprio lapsu, cum Chryf. & Euthym. Intellige partes ignitas diffilientium stellarum (sicut pulvis pyrius accensus diffilit) non enim tam multa & immensa corpora integra circum cadere possunt in respectivè tantillum globum terræ. Joëlis quidem cap. 3. *ψ. 15.* habetur; *Et stellæ retraxerunt lumen suum*: verùm & hoc futurum credo, ante earumdem casum; sicut de sole. *Et virtutes cœlorum commovebuntur.* Orig., Chryf., Theophyl., Euthym. Angelos intelligunt, qui ad tantas mutationes & terrores obstupescunt. Litteraliter ipsos Cœlos & polorum cardines, & consequenter astra ipsis inhærentia, insolito motu commovenda accipe cum Maldon., & à Lap. Virtus muri commoveri dicitur, ubi murus concutitur.

ψ. 30. *Et tunc parebit signum filii hominis in Cœlo*; signum triumphale Crucis Christo ab Angelis præferendum; Hilar., Hieron., Chryf.; canente etiam Ecclesiâ in officio S. Crucis: *hoc signum crucis erit in Cœlo, cum Dominus ad judicandum venerit.* Imò ipsammet crucem fore, in qua Christus pependit, putat Chryf.; quam & quidam ut signum triumphi æternum in Cœlo conservandam existimant. *Et tunc parente cruce & adveniente Christo, plangent omnes tribus terræ, serâ poenitentia, ex omnibus tribubus seu gentibus damnandi*; Chryf., Hier., Aug.; nam boni, qui, ut est 2. ad Timoth. 4. *ψ. 8.*, *diligunt adventum ejus*, potiùs lætabuntur, ut habetur ex *ψ. 32. & 33. & Lucæ ψ. 28. & 31.*

ψ. 31. *Et mittet Angelos suos.* Hoc præponendum dicto planctui tribuum terræ: resurrectio enim præcedere debet hunc planctum. Putat Gregor. hom. 1. in Evangel., Angelos splendidis corporibus fore visibiles, utique ex aère vel aliunde assumptis. *Cum tuba, & voce magna*: sic

IN CAP. XXIV. MATTHÆI. 221

etiam legunt Græci Codices : adedque non metaphoricâ, sed verâ tubâ, distinctâ à voce illa magna ; prout etiam distinguit Apostolus 1. ad Thessal. 4. *in voce Archangeli* (Michaëlis Principis, etiam justorum, & præliatoris contra diabolum, ut est in Apocal. & officio ejus Ecclesiastico, aliorumque Angelorum Custodum, ut habet S. Tho. in Supplem. q. 76. art. 3) *Et in tuba Dei, & 1. ad Corinth. 15. in novissima tuba, Et mortui resurgent.* Et quidem, ut præmiserat, *in momento, in ictu oculi fiet resurrectio* cujusque hominis in loco proprio, adductis eò è Cœlo & inferno animabus, ministerio Angelorum, virtute divinâ, in jussu Christi : sicque intelligitur Joan. 5. *omnes, qui in monumentis sunt, id est, mortui, audient vocem filii Dei, qui vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt, per jussos & missos Angelos.* Erunt ergo voces mixtæ tubis, efficaciter jubentes in virtute Dei surgere mortuos, & venire ad judicium ; ad cujus locum dote agilitatis ferentur beati, comitantibus Angelis ; & simul cum dæmonibus per Angelos invitati cogentur damnati. Quidam tamen existimant, mortuorum cineres per Angelos in vallem Josaphat & latè circum congregandos, ibique futuram resurrectionem.

Et congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à summis Cœlorum usque ad terminos eorum, id est, undequaque, modo loquendi Scripturistico ; & ob animas beatorum à summis Cœlorum educendas. De electis tantum fit mentio honoris causâ ; omissis reprobis, etiam processuris quidem, *sed in resurrectionem judicii ; non in resurrectionem vitæ, ut habet Joannes cap. 5., vel, ut in Psal. 1. non in concilio justorum.*

¶ 34. *Non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.* Origen., Hilar., Chryf., Eccle-

fiam; Hieron. genus humanum intelligit. Potissimum videtur significare generationem Judæorum: sæpe enim, ut cap. 11. v. 16., cap. 12. v. 41. & 42., cap. 23. v. 36. nomine hujus generationis Judæi designantur; proin mansuri usque ad diem Judicii. *Cælum & terra transibunt*: quia, præter dicta, 2. Petri 3. v. 7., *Cæli, qui nunc sunt, & terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem Judicii. v. 10. Adveniet autem dies Domini ut fur: in quo Cæli magno impetu transient, elementa verò calore solventur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. v. 11. Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint. v. 12. Per quem (Deum) Cæli ardentes solventur, & elementa ignis ardore tabescent.* Psal. 101. v. 26. & 27. *Initio tu Domine terram fundasti; & opera manuum tuarum sunt Cæli. Ipsi peribunt.* Similia canit Sibylla lib. 2. Oracul. Hic itaque ignis conflagrationis, partim cœlestis, solis & astrorum diffilientium, depluentium, quaquaversum furentium, vel etiam efficacior, aliquis à Deo de novo excitatus, qui unà agat in cœlos fidereos; partim è cœlo aëreo, è venis tetraë, & ab inferis erumpens (Gregorio lib. 18. moral. cap. 12., Procopio, Ruperto, Rabano illud Deuteronomio 32. v. 22. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima: devorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet, intelligentibus de igne inferni) cœlos terramque devorabit, non quoad substantiam, seu illorum materiam annihilando: hoc enim saltem sensa Eccles. 1. *Terra in æternum stat.* Et cap. 3. v. 14. *Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum.* Psal. 148. *Statuit ea in æternum*: sed quoad accidentia, imò (quod certius est de corporibus aëreis, sublunaribus, terrenis, mixtis). quoad formas proprias, spe-*

cificas, substantiales, destruendas: quia id videntur exigere verba Scripturæ citata, & Apoc. 21. *vidi cælum novum, & terram novam*: ibid. *ecce nova facio omnia*: 2. Petri 3. *novos verò cælos, & novam terram secundum promissa ejus expectamus*: Isaïæ 65. *ŷ. 17. Ecce CREO cælos novos, & terram novam*. Fiet ergo mundi renovatio per modum creationis; scilicet sicut Genes. 1. Deus creavit, id est, eduxit è terra plantas & arbores, ex aqua pisces & volatilia: & Cyril. lib. 4. in Isaïæ cap. 51. scribit: *creaturæ renovationem, velut ex mortuis resurrectionem, sicut in humanis corporibus, fore ait, Propheta*: atqui per mortem substantia nostri corporis mutatur in aliam substantiam cineris; & rursus in resurrectione, depositâ formâ substantiali cineris, induet formam substantialem carnis humanæ ejusdem, etiã in individuo cum priori (ut sit resurrectio ejusdem, quod cecidit) sed jam gloriosè, &c.; ergo sic quasi ex cinere, sive materia novus mundus existet, ejusdem quidem substantiæ cum priori ante conflagrationem, tantumque quasi accidentaliter in meliùs mutatæ; sed substantialiter diversus ab eo, ad quem igne fuerat redactus.

Quod autem cæli non tantum aërei, sed & syderei igne sint conflagraturi, sententia est S. Clement., discipuli & successoris S. Petri lib. 2. recognit., Basil., Justini, Hieron., Theodor., Ambrós., Nysseni, Hilar., OEcumen. contra Aug., Epiphani., Damascen., Gregor. apud à Lap. in 2. Petri cap. 3. *ŷ. 10. Quidam verò arbitrantur, cælos, qui Jobi cap. 37. solidissimi quasi ære fusi sunt, igne fluituros; unde velut aurum clariores firmioresque sint exituri. Inter hæc autem cælum beatorum intactum permanebit, utpote incontaminatum, omnino incorruptibile, perfectis-*

224 IN CAP. XXIV. MATTHÆI.

simum, innovandum tamen etiam aliquatenus accessione corporum gloriosorum.

Communis autem sententia est, cum D. Tho. in Supplem. q. 74. a. 7. (cum & ex ψ . 31. certum hoc sit de resurrectione) ignem conflagrationis præcessurum adventum Christi & iudicium; quo & homines tunc viventes salvandi quidem diversimodè pro meritis mirabiliter purgentur à peccatis; & omnes comburantur: juxta illud Psal. 96. agentis de iudicio: *ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Ad contrariam autoritatem S. Aug. respondet S. Tho. cit.: *Augustinus non loquitur determinando, sed opinando.* Comitabitur tamen etiam, & sequetur, quatenus tempore iudicii cingens locum vallis Josaphat & damnatos, eos finito iudicio simul correptos fundet in barathrum æternò claudendum; sicque reliquum orbis purgabitur à Blasphemiis reproborum in die iudicii commissis, ut alià purgatione opus non sit.

Dein fiet dicta innovatio tam cœli syderei & aërei cum suis splendidioribus astris & planetis (scribente Isaiâ cap. 30. *Erit lux lune sicut lux solis, & lux solis erit septupliciter.*) Quæ suis fixa locis manebunt sine diei & noctis vicissitudine, cessante motu, qui via est ad quietem, tunc futuram perpetuam; quàm terræ, quæ erit instar Paradisi terrestris juxta Guiliel. Paris. apud Dionys. Carthuf. in 4. dist. 47., Catharin., Salmeron., Picum Mirandul. in cap. 25. Mat., Serarium in Judith. cap. 16., Anselmum in Elucidario: in quibus 2. Petri 3. *Justitia habitabit sempiterna; supernaturalis in cœlo, naturalis quædam æquitas in terra, in qua, secundum Autores cit., utpote non frustra sic innovata, relictæ infantæ sine Baptismo mortui morabuntur: quinam enim alii ejus incolæ sunt assignabiles? Qui*
infantes,

infantes, non Beati, sed, ut est apud Less. de attribut. divin. lib. 13. cap. 23., ex S. Tho., Scoto, Marsilio, Dom. Soto, aliisque Scholasticis, suo modo comprehensi in universali Christi sententia, damnati erunt pœnâ damni, seu æternæ beatitudinis *Privatione*, utpote æternum manentes in culpa originali, juxta illud, *nisi quis renatus fuerit*: imò & in inferno, loco scilicet, qualis est terra respectu cœlorum: cæterum ibi (at citra beatitudinem naturalem, quæ importat *Negationem* beatitudinis æternæ non supponentem ullam culpam) feliciter victuri, sine concupiscentia, miseriis, peccatis personalibus, morte; Deum cognoscentes & amantes cognitione abstractivâ in, & ex creaturis, & amore naturali. Ità Autores cit., ex quibus solvenda relinquo, quæ hîc objici possent ex S. Aug.

ψ. 36. *De die autem illa & hora, judicii, moraliter complectente cœlorum transitum, & orbis conflagrationem, præcedenti ejusdem diei nocte subitò superventuram, ut habetur ex 2. Pet. 3. ψ. 10. & Lucæ 17. ψ. 34., ubi vocatur Nox. nemo scit, neque Angeli cœlorum, nisi solus Pater. Marcus ψ. 32. addit: neque Filius; proût, teste à Lap., legit Græcus, Latinus, Syrus, Arabicus, Ægyptius, Æthiopicus, Persicus: adedque locus non est corruptus. Sensus est contra Arianos; solus Pater, neque Filius, quatenus Legatus Patris: sicut legati secreta, quæ Rex occulta velit, rectè dicunt se nescire, solique Regi nota; Hieron., Chryf., Orig., Beda, Theophyl., Aug. lib. 83. qq. q. 61. Huc reduci possunt Athan., Ambros., Nazianz., Cyril. apud à Lap., volentes, Christum quâ hominem nescisse hunc diem, scivisse quâ est homo-Deus, id est, scivisse, non vi humanitatis, sed unionis hypostaticæ, seu divinitatis per scientiam infusam in intellectum huma-*

num, in quo, ad Coloff. 2. *Sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ.*

¶ 37. & c. *Sicut autem in diebus Noë, ita erit adventus filii hominis, inopinatus, subitus; ut etiam ex sequentibus patet: unde insuper habetur, à finita persecutione Anti-Christi usque ad diem adventus Christi, seu usque ad signa immediatè præcessura iudicium, aliquod intercessurum tempus à Deo dandum ad quietem & penitentiam lapsis; quo tamen abutentur mali.* Daniël cap. 12. scribit: *à tempore cum, jussu Anti-Christi, ablatum fuerit iuge sacrificium, Eucharistiæ & Missæ, cultusque veri Dei, scilicet de templis destruendis, locisque publicis, non verò privatis, uti fieri solet in persecutionibus; ita Hieron., Iren., Hippolyt., Primas., Theodoret. apud Tirin. in Daniël. cit. (quamvis enim defecturi sint omnino plures ad Anti-Christum, quo sensu intelligi potest illud Lucæ c. 18. Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra? Non tamen omnes, nec ita, ut intereat Fides Romano-Catholica cum suo capite, utpote duratura usque ad consummationem sæculi, cap. 28. ¶ 20.) Et posita fuerit abominatio in desolationem, id est, abominandus Anti-Christus, erunt dies 1290. tum addit: beatus, qui expectat, & pervenit usque ad dies 1335. unde aliqui numerant dies 45.; subductis enim ex 1335. diebus 1290., restant dies 45. Alii putant post 1290. dies, id est, post tres annos cum dimidio, & 12. dies tyrannidis Anti-Christi mortui, fluxuros alios novos dies 1335. id est, tres annos, 7. menses, & 15. dies, quos qui vixerit, beatus vocetur. Ezechiël cap. 39. prænuncians interitum & sepulturam innumerabilium exercituum Gogh & Magogh populorum, Principum, & Affeclarum Anti-Christi, ¶ 9. ait: egredientur habitatores de civitatibus Israël, & succen-*

dent, & comburent arma, clypeum, & hastas, & arcum, & sagittas, & baculos manuum, & contos, & succendent ea igni SEPTEM ANNIS. Verùm nullibi dicunt Prophetæ, post lapsum istorum temporum immediatè secuturum iudicium; quod & aliàs, ut rectè notat Hieron., tunc præsciri facilè posset. Daniël igitur perventuros ad dies illos 1335. *beatos* vocat, quia tunc, liberis omni tandem omninò tyrannorum metu, fides publica & cultus Dei efflorescet, exstruentur templa, multæ hominum myriades convertentur; quæ & tantillo 45. dierum spatio fieri non poterunt. Itaque summa rei ex dictis & sequentibus parabolis, manebit incerta. Id certum, ex τὸ *statim post*, ψ. 29. non longum fore temporis intervallum.

ψ. 40. *Tunc duo erunt in agro, unus assumetur, salvandus, & unus relinquetur, damnandus; Hieron., Theophylact.*

ψ. 42. &c. *Vigilate ergo, quia nescitis, quâ horâ Dominus vester venturus sit, tum ad iudicium universale, tum ad particulare in cuiusque morte; dicente Hieron. in cap. 2. Joël.; quod in die iudicii futurum est omnibus, hoc in singulis die mortis impletur. Similia habet Aug. epist. 80. Huc etiam spectat sequens parabola servi à Domino suæ familiæ præpositi, ut in sua absentia familiæ in tempore prospiciat de rebus necessariis (quo signantur Episcopi & Pastores à Christo Ecclesiæ regimini præfecti, Hilar.) qui si malè fuerit conversatus, veniet Dominus in die, quâ non sperat, & dividet eum; non quòd gladio eum dissecet; sed quòd à sanctorum consortio eum separet, inquit Hieron., partemque ejus ponet cum hypocritis; id est, quasi hæreditatem seu conditionem talem dabit ei, qualem habent impii hypocritæ; sive illum similiter damnabit.*

CAPUT XXV.

Parabola decem virginum, & talentorum ad negatiandum, deque extremo Judicio.

Vers. i. &c. *Tunc*, cum Dominus ad iudicium veniet, utpote de quo agit in præcedentibus & sequentibus; *simile ERIT regnum cælorum*, præsentis temporis Ecclesia, in qua mali cum bonis admixti sunt, seu virgines fatuæ cum prudentibus, juxta Greg. hom. 12. in Evangel. : vel Ecclesia iudicanda, procedens ex Ecclesia militante, quæ in hac vita se præparet ad iudicium : ut tunc sit appariturum, quod nunc latet, dum boni malis mixti vivunt. *Decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso; quo nomine nullo dubitante Christus significatur*, inquit Aug. lib. 83. qq. 9. 59., & *sponsæ*, Ecclesiæ, æternis nuptiis Christo jungendæ in cælis, de qua Apoc. c. 21. *vidi civitatem Jerusalem novam descendentem de cælo à Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Vocem *sponsæ* nunc non habent Græca, nec legit Basil. cap. 5. in Moralib., nec Chryf., Theophyl., Euthym.; legendum tamen est cum Latino & Syro interprete, cum Orig. tract. 12. in Matt., Hilar. can. 27., Aug. epist. 120., Gregor. cit., Autore oper. imperf.; neque hæc lectio abhorret à sententia : non enim dicitur sponsa sponso; sed virgines illæ, sive Ecclesia, quæ supra, sponso obviam processisse, & sponsæ, sive Ecclesiæ ut *triumphanti*. Parabola hæc desumpta est ab antiquo ritu, quo, sicut sponso juvenes, ita sponsæ virgines addebantur, quæ ipso nuptiarum vespere in sponsæ ædibus sponsum expectabant, venientique, ut eam in ædes suas abduceret, obviam sponso prodibant cum lumine,

& abducentem comitabantur; de quo Salmeron tom. 7. tract. 38.

Decem virgines cum lampadibus (qui numerus quandam universitatem denotat) Hilar. & Hieron. nimis extendunt ad Christianos, Judæos & Hæreticos, ob rationem mox dicendam: Chryf., Theophyl., Euthym. nimis arctant ad solas propriè virgines: rectiùs ad scopum parabolæ Aug. lib. 83. qq. q. 59., Orig., Gregor. cit., Autor. oper. imperf. intelligunt solos fideles: etenim quomodò, nisi per fidem, Christo obviam exierunt? ut bene notat Aug. cit., & *Lampades Fidem* interpretantur Orig., & Autor oper. imperf.; quæ utique fide carent Judæi & Hæretici. Quòd quinque virgines dicantur accepisse *oleum in vasis*, earum signat prudentiam. *Oleum* sunt bona opera, secundùm Orig., Hilar., Hieron., Autor. oper. imperf., Damascen. cap. 9. Huc, contra hæreticos, aliquatenus reducuntur Chryf., Euthym., Theophyl., Ambros., opera misericordiæ interpretantes. *Mora sponsi*, est tempus vitæ datum ad virtutes & pœnitentiam; Hieron., Hilar. *Dormitaverunt omnes*, morbis, aliisque hujus vitæ miseriis languerunt, & *dormierunt*, mortuæ sunt secundùm corpus; Hilar., Hieron., Chryf., Basil. cap. 5. moral. quia sunt ibi & prudentes, quæ utique non sunt mortuæ secundùm animam, ut rectè notat Aug. serm. 23. de verbis Dom. cap. 5. *Clamor nocturnus*, est inopinatus adventus Christi, & excitatio mortuorum, de qua suprâ. *Surrexerunt*, in resurrectione, & *ornaverunt Lampades suas*; quod nihil est aliud, quàm *parare Deo OPERUM SUORUM reddere rationem*, inquit Aug. citat. Fatuarum virginum defectu olei *Lampades extinctæ*, est fides sine operibus in morte & iudicio extinguenda. Ubi ergo parebunt hæretici cum sola sua fide; imò sine fide, utpote quæ per hæresim exciderunt?

Reliquâ ornatûs causâ adjiciuntur, prout humanitûs fieret in aliquo casu nuptiarum; nisi quodd significent, quodd tunc serdè & frustrâ mali vel-
lent ac lugeant, & quisque sibi sit futurus sol-
licitus in iudicio. Nec damnati post iudicium
petent intromitti. Scopus parabolæ est *ψ. 13. Vi-*
gilate itaque, dum tempus est operando bonum,
in hac vita, quia nescitis diem, neque horam ad-
ventûs sponfi.

ψ. 14. &c. Sicut ENIM homo peregrè proficif-
cens. Parabola hæc ejusdem est substantiæ cum
illa Lucæ 19., alio tamen tempore prolata, se-
cundùm Chryf. & Euthym.; hæc enim Matt.
dicta est post Dominicam Palmarum die Mercu-
rii in monte Oliveti, ut dictum cap. 24. *ψ. 3.,*
& quia particulâ *enim* significatur connexio &
continuatio præcedentis sermonis: illa verò Lu-
cæ antea, post egressum è domo Zachæi & Ur-
be Jericho versûs Jerusalem, ut indicat *ψ. 11.*
& *12., Hæc illis audientibus, adjiciens dixit pa-*
rabolam, eò quodd essent prope Jerusalem: & quia
existimarent, quodd confestim regnum Dei mani-
festaretur: dixit ergo: homo quidam, &c. &
in fine ψ. 28. & his dictis, præcedebat ascendens
Jerosolymam. Lucas servis decem, singulis sin-
gulas mnas; Matthæus tribus servis, uni quin-
que talenta, alteri duo, tertio unum, data scri-
bit: Lucas primum servum unâ minâ decem,
secundum quinque; Matthæus primum servum
quinque talentis alia quinque, secundum duo-
bus alia duo lucrifecisse, &c. De talentis & mi-
nis Hebræis tractat Tirinus de ponderibus & mo-
netis.

Homo peregrè proficifcens (Luc. addit; *acci-*
pere sibi regnum, & reverti, quemque cives
ejus, nempè Judæi, nolebant super se regnare,
ipsum Messiam abjicientes) est Christus in cæli

regnum conscendens, post multum temporis reversurus ad iudicium, & exacturus rationem à servis, Orig., Hieron., Gregor., Beda. *Servos*, Orig., Hieron., Beda, putant esse Apostolos & Doctores, quibus data sint talenta Evangelicæ Doctrinæ; melius pleniùsque Anastas. q. 84., Theophilus Antiochen. lib. i. allegoriar., omnes homines, saltem Christianos: dicente etiam Hieron., *vel diversas gratias intelligamus, quæ unicuique traditæ sunt.* Et Chryl. *non ad Principes, neque ad Judæos solùm, sed ad omnes hæc disserit.* Itaque *bona seu Talenta*, sunt omnes gratiæ, & dona gratis data, sive ad propriam, sive ad aliorum utilitatem; *Negotiatio*, quævis bona opera; *Lucrum*, merita; *Mercēs*, introitus in gaudium Domini, sive æterna beatitudo; quæ sunt ista *multa*, respectu quorum *pauca* sunt omnia, quæ habentur in terris. Hanc beatitudinem Matthæus parabolicè dat in specie; Lucas secundùm diversos gradus diversorum meritorum.

Illud *ψ. 15. unicuique secundùm propriam virtutem*, ornamentum est, nec ad institutum parabolæ; quòd homines prudentes plura soleant credere ei servo, qui majori pollet industriâ & diligentia; pauciora, qui minori. Nec Deus dat gratiam ex virtute & meritis naturæ: sed & sæpè majorem minùs dispositis, imò reluctantes, sicut Paulo contra stimulum calcitranti; *dividens singulis prout vult*, 1 Corint. 12., & supernaturali influxu dans ipsam virtutem sive potentiam. Nisi fortè significetur, quòd Deus variis statibus tribuat varia talenta gratiæ, eamque non rarò naturæ quasi attemperet.

ψ. 24. &c. Scio, quia homo durus es, metis tibi non seminasti, &c. falsum est timoris sui, ad palliandam suam ignaviam, improprium servi acediosi contra Dominum; qui & liberalissimum

jam ante sese ostenderat in præmiatione servo-
rum fidelium. Simile quid fortassis blasphema-
bunt reprobi in iudicio contra Christum. Ubi in-
super notandum, id Dominum, & Christum de
se non admittere; sed loqui ex sententia servi:
si tu tibi persuadebas, quòd meterem, ubi non
feminavi; at credere debebas, quòd meterem,
ubi feminavi meum talentum, quod tibi servo,
obligato servire Domino jubenti, concessi: *Ergo*
debebas cooperando lucrum reportare saltem ali-
quod; quod hìc describitur per dationem pecu-
niæ ad mensam nummulariorum cum usura, seu
fœnore recipiendæ, Hieron. Non mentis est
Christi in hac parabola significare, simile semper
contingere iis, qui unum vel pauca talenta acce-
perunt: utinam enim, quibus plura & majora
data sunt, quandoque gratiam Dei non vacuum
& in vanum accipiant: agitque Christus tantum
exempli gratiâ.

ÿ. 28. *Tollite ab eo talentum, & date ei qui
habet decem talenta;* qui dono meo prius habe-
bat quinque talenta, & iis lucratus est alia quin-
que, adedque universim habet decem. Hoc item
ornamentum est parabolæ; quia ita aliquando fit
inter homines, ut, quod uni ignavo & infideli
servo tollitur, gnavo & industrio tribuatur: non
enim talenta, quæ in iudicio ab uno auferentur,
alteri propriè dabuntur; Maldonat.

ÿ. 29. *Omni enim habenti.* Proverbialis est
sermo, de quo vide cap. 13. ÿ. 12. Sensus hic
est: *omni habenti* lucrum ex gratia, *dabitur* hìc
ulterior gratia, & *abundabit*, etiam in gloria.
Ei autem, qui non habet, ignavus & malus tale
lucrum, & *quod videtur habere* talentum (quod
quamvis reipsâ habeat, tantum videtur habere,
& est quasi non haberet, utpote absconditum & in-
fructuosum) *auferetur ab eo.*

¶. 33. *Statuet oves quidem à dextris suis*, id est bonos, ovibus comparatos, quia mites sunt, Theophyl., Euthym. & fructuosi, Hilar., Chryf. *hædos autem à sinistris*, id est, malos, quia asperi, & infructuosi iidem PP. *à Dextris*, sive nobiliori loco, puta in aëre; juxta illud 1. ad Thesfal. 4. *rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra*; *à sinistris*, sive humili ac viliori loco, puta in terra, S. Thom. ibid. Ovibus jungentur agni, baptizati; hædis, sine Baptismo mortui in pueritia. Per hædos, non tantum reprobos Christianos, sed & infideles quoscumque contra Orig. & Euthym. in judicium comparituros intellige cum Chryf. quia ¶. 32. dicitur: *congregabuntur ante eum OMNES GENTES*. Ad Rom. 14. *OMNES stabimus ante tribunal Christi*. Nec obstat illud Joan. 3. *qui non credit, jam judicatus est*: quia sensus est; aded manifestè mala est ejus causa, certa que damnatio, ut non opus sit in judicium tractandam deferri ac discuti, quia se ipse condemnat; sicut de hæreticis habetur ad Tit. 3. *subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus, carens fide ipsâ primâ radice salutis*.

¶. 34. *Venite Benedicti Patris mei*, quos per Christum, præparans ipsis regnum, *benedixit omni benedictione spirituali in cœlestibus*, ad Ephes. 1. scilicet ab æterno prædestinatione, in tempore justificatione, nunc glorificatione, Aug. in soliloq. Incipit à præmio, quia propensior est ad salvandum, quam ad damnandum, Autor oper. imperf.; tum ut reprobi acrius doleant, *videntes quid amiserint*, Bernard. serm. 8. in Psal. 90. *Possidete*, (Græcè κληρονομήσατε, hæreditate) *paratum vobis regnum à constitutione mundi: hoc juxta præscientiam Dei accipiendum, apud quem futura jam facta sunt*, inquit Hieron.

234 IN CAP. XXV. MATTHÆI.

ψ. 35. *Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c.* sicut Christus tamquam causam salutis, & ψ. 42. damnationis, unam speciem bonorum operum misericordiæ exercitorum & neglectorum ponit pro genere, & exempli gratiâ, secundum Chryf. & Aug. serm. 39. inter novos; unde aliæ, etiam graviores species & causæ intelligerentur (non enim Christo fuit propositum singulas commemorare) ita unam quasi speciem adulatorum, à quibus potissimum ratio exigetur, pro toto hominum genere posuit, ut in exemplis facere solemus. Infantes enim citra discussionem simpliciter salvandi & damnandi erunt.

Ex ψ. 35. Patet contra hæreticos, præter Fidem, necessitas, & vera bonorum operum merita, sicut ψ. 42. demerita malorum præter infidelitatem; non tantum *post*, sed & *propter* quæ bona malaque opera homines salvantur & damnantur. Confirmatur Proverb. 11. *Seminanti justitiam MERCES fidelis.* Sap. 5. *apud Dominum est MERCES eorum.* Eccli. 16. *Faciet locum unicuique secundum MERITUM operum suorum.* Matt. 5. *MERCES vestra copiosa est in Cælis.* Eadem habentur cap. 6. ψ. 1., cap. 10. ψ. 41. & 42., cap. 20. ψ. 8., 2. ad Timoth. 4. *Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex.* 1. ad Corinth. 3. *Unusquisque propriam MERCEDEM accipiet secundum suum laborem.* Apocal. 11. ψ. 18. & cap. 22. *MERCES mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.* Job. 2. *Juxta multitudinem adinventio-
num suarum sustinebit.* Apocal. 8. *Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum.* Estque communis Ecclesiæ, & PP. Latinorum & Græcorum consensus; Trident. Sess. 6. can. 3. & cap. 16., Lateran. cap. *Firmiter.* de summa Trinitate., Araus. can. 18.,

Ambros. lib. 1. de officiis cap. 15., Paulini epist. ad Victricium, Aug. epist. 105. ad Sixtum, Hilar. can. 5. in Matth., Hieron. lib. 2. contra Jovinian. circa finem, Cypriani lib. de simplicitate Prælatorum, Ignat. Martyr. epist. ad Rom., Justini Apolog. 2., Basil. lib. 1. de Spiritu S. cap. 24., Chryf. hom. 4. de Lazaro, Gregor. Nazian. orat. ultimâ in S. Baptisma, Nysseni orat. 1. de amandis pauperib., S. Tho. 2. 2. q. 2. a. 9., & 1. 2. q. 114. a. 3. apud autorem Constitutionis *Unigenitus* Theologicè propugnata, & tractat Bellarmin. tom. 3. de justificatione lib. 1. à cap. 4., & lib. 4. à cap. 7., & toto lib. 5.

Hæretici volentes gloriam æternam dari solo titulo *Hæreditatis* filiorum adoptivorum per Christum in Baptismo, vel solâ Fide, ex illo ad Rom. cap. 8. *Si autem filii, & hæredes*, errant: 1. quia in textu sequitur: *si tamen compatimur, ut & conglorificemur*; aliaque ibi habentur de spe, charitate, mortificatione, fuga peccatorum carnis. 2. Quia titulo *Hæreditatis* non repugnat titulus *Mercedis* bonorum operum liberè sub gratia factorum, unde ipsa, supposito divino promisso & elevatione, habeant quamdam æquitatem & dignitatem altioris ordinis ac supernaturalis, ad talem gloriæ effectum. Nec Deo repugnat, sed in Scripturis datur titulus Patris, Regis, Domini, Conductoris operariorum, Remuneratoris: ergo nec creaturæ rationali titulus Filii, subditi, servi, mercenarii; cùm & hæc ipsa sint essentialiter correlativa. Vita ergò æterna dicitur *gratia*, in quantum respicit ipsam gratiam, ex qua fiunt opera meritoria, indebitè, gratis, nullisque præcedentibus operibus datam, & sic Deus coronat sua dona puræ liberalitatis; sicut & coronat in infantibus solâ Baptismi gratiâ salvatis. Dicitur verò *Merces*, in quantum immediatè reddi-

tur difficilibus ac laboriosis operibus supernaturalibus præsuppositis, quibus quasi stipendium seu mercedem Deus eam dare promisit. Non sit tamen Merces debita ex stricta Justitia commutativa, utpote quâ Deus magnificæ liberalitatis mercede remunerans supra condignum (sicut si Rex parvo labori maximum præmium statuisset) supremus in omnibus Dominus, non possit obligari creaturæ; sed ex tali, quæ fundatur in veraci & infallibili Dei adpromissione intuitu talium operum præstandorum. Vide Luc. cap. 17. v. 10.

v. 37. & 44. *Domine quando te vidimus esurientem, &c.* Hæc respondebunt fideles, non ex oblivione, sed humilitate, Orig. & Autor. oper. imperf.; neque ex ignorantia; cum hanc Christi doctrinam vel in ipsa mortali vita noverint; sed, salvandi quidem, etiam ex admiratione Christi dignantis repræsentari in pauperibus, & tantæ remunerationis ob tam exilia opera; damnandi verò serâ pœnitentiâ & desperabundâ blasphemîâ, à Lap. v. 40. *quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, Apostolis & similibus, repræsentantibus totum genus pauperum, mihi fecistis.*

v. 41. *Discedite à me maledicti;* en pœna damni, consistens in separatione à fine ultimo; *in ignem æternum;* en pœna sensûs. Est igitur in inferno verus ignis & æternus, qualis & vocatur c. 18. v. 8. & v. 9. *gehenna ignis.* cap. 3. v. 10. *Exscindetur & in ignem mittetur.* v. 12. *Comburet igni inextinguibili.* Judæ v. 7. *ignis æterni pœnam sustinentes.* Isaïæ cap. 33. v. 14. *quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Cap. 66. v. 24. *vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* De quo & vide ad Marci cap. 9. v. 43.; quamvis hic ignis secundum Orig. tract. 34. in Matt., Ambros. in Cap. 14. Lucæ, Damascen. lib. 4. de fide cap. ultimo, dissimilis con-

tionis est à nostro. C
abili, forte unius d
ta salutis & condem
abili voce profere
quæ inter tot m
nam iudicium pro
veter cypriane Com
tenet, vel Deus re
scriptus, id est con
dicentibus manifestat
que Apostolus 1. ad
nabit adscindata te
nilla cordium.
v. 46. Et venit
sum, prius in conf
quasi de submerso
dein, iusti solum in
20. cruciantur de
illis itaque quoad em
faciter maledictis sup
singulis æternum fo
æternum ardu
gonis, cap. 8. v. 12
non tamen ad
æquale alternand
mento cuiusque c

insultant Principes
Jesu, Marci 14.
ma, ibidem, & Jo
14. Lucæ 22.

[E]rl. 1. Cum con
omnes, totius
met: cum Docto
vincium se accin

ditionis est à nostro. Cæterum in iudicio, satis notabili, fortè unius diei spatio, duraturo, sententia salutis & condemnationis, multaque alia, sensibili voce proferentur: multa non item; ne alioqui inter tot millones hominum plurium annorum iudicium protrahatur; sed hæc vel testis ac iudex cujusque Conscientia Deusque internè discernet, vel Deus revelans patefaciet, vel liber scriptus, id est conscientia mirabiliter aperta inspicientibus manifestabit; Maldon., à Lap. scribitque Apostolus 1. ad Corint. 4. tunc Deus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

¶ 46. Et ibunt hi IN SUPPLICIUM ÆTERNUM, priùs in conspectu Beatorum, de hostibus, quasi de submerso Pharaone, triumphantium; dein, iusti autem in vitam ÆTERNAM. Et Apoc. 20. cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Istis itaque quoad omnia interiora exterioraque efficaciter maledictis supplicium sensûs & dicti damni singulis æternum fore, est de fide. Porrò præter ignis æternum arsure futuram etiam gehennam frigoris, cap. 8. ¶ 12. diximus ex Jobo & Patribus; non tamen ad cessationem supplicii, sed ad æquale alternandum tormentum, pro mensura ac merito cujusque culpæ numquam delendæ.

CAPUT XXVI.

PARS PRIMA.

Consultant Principes Sacerdotum de occidendo Jesu, Marci 14. Lucæ 22. Ungitur in Bethania, ibidem, & Joannis 12. Venditur, Marci 14. Lucæ 22.

Vers. 1. Cùm consummâsset Jesus sermones hos omnes, totius hæctenus Evangelii: quasi diceret: cum Doctoris explêssset, ad Redemptoris officium se accinxit; S. Tho. hîc.

238 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

§. 2. *Post Biduum Pascha fiet.* Protulit hoc
 Christus feriâ quartâ, seu die Mercurii; 21. Mar-
 tii, lunâ 13. Nisan, quæ simul sumpta cum feria
 quinta usque ad vespervas, statuit hoc Biduum,
 post quod hîc asserit, Pascha celebrandum. Porrò
Pascha Syris sic dictum, Hebræis *Phase* (*id est*
transitus) *Domini*, Exodi 12. §. 11., in memo-
 riam Dei per Angelum in percussione nocturna
 primogenitorum in Ægypto transilientis, seu tran-
 seuntis domos Hebræorum, fiebat mensis primi
 lunaris, lunâ, id est die lunari 15. Nisan, isto anno
 incidente in nostrum diem veneris, qui erat 23.
 Martii, pridèe cujus festi incipientis à vespervis,
 id est, lunâ decimâ-quartâ sub vesperam, sive so-
 lis occasum finiente, tuncque inchoante lunâ 15.,
 erat tempus Agni Paschalis & Azymorum simul
 incipiens; quod, teste Maldonato, Hebraicè est,
inter duas vespervas, id est, in confinio & quasi
 junctura utriusque diei, seu lunæ 14. & 15., sicque
 Agnus & Azyma nunc 14., nunc 15. dici possunt
 fuisse, ut idem Maldon. notat. A dicta vespera
 usque ad vigesimam primam ejusdem mensis ad
 vesperam pane Azymo, non fermentato, vesci li-
 cebat: unde septem erant dies, quos Judæi vo-
 cabant *Azymorum*, ex quibus primus & ultimus
 erant festi, quibus ab omni opere abstinendum,
exceptis iis, quæ ad vescendum pertinent, Exodi 12.,
 Levitici 23. §. 5. & 6., Numeror. 28. à §. 16.,
 Deuteron. c. 16. Pascha etiam sumitur pro ipsa
 victima Agni Paschalis, Matt. 26. §. 17. *ubi vis*
paremus tibi comedere Pascha? Item pro aliis vi-
 ctimis, quæ septem diebus Azymorum offere-
 bantur; de quibus Deuteron. 16. §. 2., Nume-
 ror. 28. à §. 16., Levit. 23. §. 8.

§. 3. *Tunc*, eâdem feriâ quartâ, lunâ decima-
 tertîâ, ut & habetur ex Marc. 14. §. 1.; quare distin-
 guitur hoc Concilium ab eo Joannis 11. §. 47. ut-

IN CAP. XXVI. MATTHÆI. 239

pote quod contigit non paucis ante diebus, paulò post suscitatum à Mortuis Lazarum. Idem est, etsi cum quibusdam *tò tunc* referatur ad unctio- nem, quæ mox subditur. *Congregati sunt Principes Sacerdotum, capita familiarum Sacerdotalium, & seniores populi, sive magistratus, in atrium Principis Sacerdotum, Supremi Pontificis, qui dicebatur Caiphas, de cujus ad hanc dignitatem promotione* Joseph. 18. antiq. cap. 3. ac depositione, cap. 6.

¶ 5. *Dicebant autem: non in die Festo; non ex religione festi Paschalis instantis, sed timore humano, ne tumultus fieret in populo, Hieron. Mutârunt tamen postea consilium in arena, spe- rantes rem se ad exitum festinè perducturos, cum jam Christum à Juda proditum sine turbis captum tenerent.*

¶ 6. *Cùm autem Jesus esset in Bethania, in do- mo Simonis leprosi; sive is antea talis, sive nomen familiæ; sive hic idem fuerit Simon, qui Lucæ 7. Phariseus dicitur, quique, cum primùm ibi con- vivio Christum excepit, ita ab eo fuerit edoctus, ut ipsi dein familiaris & favens factionem Phari- sæorum deseruerit, sive, cum Aug. 2. de Con- sensu cap. 79. & Beda, diversus ab eo.*

Porro ut narret occasionem proditionis instan- tis Judæ, altiùs hìc recolens, teste Aug. cit. c. 78., per recapitulationem interserit Matt. & Marcus, quæ contigerant Sabbato præcedente, 17. Martii, lunâ 9. Nisan, sex diebus ante Pascha, Joannis 12. ¶ 1. ubi eadem, quæ hìc & apud Marcum, cœ- na describitur, & consequenter una eademque ejusdem mulieris Mariæ sororis Marthæ & Lazari unctio; ita Aug. cit. c. 78. & 79. & Beda: patet- que ex consensu Evangelistar., de eodem loco Bethania, alabastro unguenti pretiosi, obmurmu- ratione Judæ, eadem defensione Christi, quòd hæc ad sepeliendum eum fecerit, quòd semper pauperes habituri secum essent, quòd ubique hoc

ejus factum prædicaretur in laudabilem ejus memoriam. Joannes non dicit, Martham & Magdalenam Christo domi suæ fecisse cœnam; sed sic res habet: *fecerunt autem ei cœnam ibi*, in Bethania, amici Jesu, interquos & primarius erat hic Simon, cujus domi, ut expressè habet Marcus, erat Jesus, & recubuit: *Et Martha ministrabat*, utpote gnara rei culinariæ, vicina & amans Christi, *Lazarus verò unus erat ex discumbentibus*, convivis, vel invitatis. Reliqua, in quibus dissonare videntur Evangelistæ, in decursu conciliabimus.

¶ 7. *Accessit ad eum Mulier (Mariam vocat Joannes) habens alabastrum*, vas unguentarium ex alabastro lapide, Hieron. satis tenuiter excavatum, sicque fragile, *unguenti pretiosi*, non crassi, sed ad effusionem liquidi, ex herbis valde odoriferis; nam *domus impleta est ex odore unguenti*, inquit Joan., ad robur & delibuti corporis recreationem olim inventi. Marcus addit: *Nardi spicati*, id est, non ex foliis, sed ex ipsis spiciis Nardi, quod est pretiosius, de quo Plinius & Dioscorides. Joannes scribit: *Libram unguenti Nardi Pistici*, vel cum Aug. tract. 50. in Joan., à loco, unde erat, etsi incognito; vel cum Hieron. *Pistici*, id est, fidelis, puri, non adulterati: græcè enim est πιστικός, *fidelis*.

Et effudit super caput ipsius recumbentis. Marcus addit: *fractò alabastro*, intellige, fractò ore vasis, ad conservationem unguenti istius generis adeò pretiosi, materiâ quâdam petrescente tam firmiter clauso, ut ad aperiendum frangi oportuerit. At inquires, Joannes habet: *unxit pedes Jesu*, *Et extersit pedes ejus capillis suis*; (fortè ante unctionem capillis exterserit pulverem pedibus Christi.) Respondeo, & caput, & pedes unxisse: quod unus Evangelista affirmat, alter non negat; ità Aug. 2. de consensu cap. 79.

Quæri-

Quæritur de numero Magdalenarum. Orig. ,
 Theophyl. in cap. 7. Lucæ , & Euthym. tres sta-
 tuunt diversas; primam Lucæ 7. ; secundam Joan.
 12. , quæ sex ante passionem diebus Christum
 unxerit; tertiam apud Matt. hîc , & Marc. 14. ,
 quæ ipsum unxerit duobus ante passionem die-
 bus : sed hæc sententia jam suprâ partim refuta-
 ta est y. 6. Superest ergo quæstio , an Maria
 Magdalena , quæ hîc , Marci 14. , & Joan. 12. est
 soror Marthæ & Lazari , ac justa , sit eadem mu-
 lier , quæ Lucæ 7. peccatrix unxit pedes Jesu.
 Dicti PP. cum Chryf. opinantur esse duas diver-
 sas : item Hieron. , nisi hic explicetur , esse duas
 moraliter , ob rationem quam addit , quòd pec-
 catrix non admitteretur ad unctionem capitis ;
 & hanc unctionem distingui ab illa Lucæ 7. , quod
 & nos dicimus ; certè Hieron. in cap. 27. dicit,
*Mariam Magdalenam , à quâ septem demones eje-
 cerat , fuisse in Monte Calvariæ cum aliis piis
 mulieribus. Ad S. Clement. lib. 5. Constitut. A-
 postolicar. cap. 6. Respondet Bellarm. de Scrip-
 torib. Ecclesiasticis : In Ecclesia Latina nullum
 ferè nomen habent. Ac pòst : Habentur in iis-
 dem Constitutionibus non pauca , quæ abhorrere
 videntur à veritate , ut quòd distinguat Mariam
 Magdalenam à Mariâ sorore Lazari.*

Nunc ergo Respondeo , esse unam eandem-
 que , cum Aug. 2. de consensu Evangelistar.
 cap. 79. , Tertull. lib. de pudicitia , editionis la-
 Barre fol. 634. , Cypriano tract. de duplici mar-
 tyrio , Ambros. in cap. 7. Lucæ , Gregor. hom.
 33. in Evangelia , Beda , Odone Floriacensi ,
 Toletò , aliisque passim interpretibus , & , cui
 in similibus adhærendum est , cum communi fi-
 delium & Ecclesiæ sensu , quæ in Ecclesiastico
 officio omnia uni Magdalenæ in ejus festo tri-
 buit , quæ narrat Lucas de muliere peccatrice ,

oratque : *cujus precibus exoratus quatrduanum fratrem Lazarum ab inferis resuscitasti.* Accedit Censura Sorbonica 1521., ipseque Origen. fatetur, vulgatam tunc fuisse sententiam : quin & aperte noster est hom. de Maria Magdalena, quæ est decima in diversos post initium, ab, *olim à Phariseo te defendebat*, & quæ sequuntur. Probatur ulterius Joan. 11. §. 12. *Maria autem erat quæ UNXIT Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis* : ubi nondum contigerat unctio, de qua Matt. hic, Marcus 14., Joan. 12. ergo intelligitur de unctio Luc. 7. Præterea Maria Magdalena illa dilectrix, cui primò Christus Joan. 20. à §. 11. post resurrectionem apparuit, fuit soror Marthæ & Lazari, teste ipso Orig. ult. cit. atqui hæc fuit illa peccatrix : probatur min. Marci 16. §. 9. *Primâ Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalena, de qua ejecerat septem dæmonia* : idem habet Martyrolog. Romanum. *Septem dæmonia*, septem peccata capitalia, vel quamdam universitatem iniquitatis, intelligunt Beda, Theophyl. in Lucæ 8., & Gregor. cit.; sed verbum *ejecerat*, & ut habet Luc. 8. §. 2. *de qua septem dæmonia EXIERANT*, indicat, illam etiam fuisse possessam septem dæmoniis realiter, five, ut præmittit, *spiritibus malignis*; ita Ambros. lib. de Salomone cap. 5., Euthym., &c. Denique confirmatur ex Historia Ecclesiastica & traditione Massiliensium & Provincialium, & inscriptione monumenti S. Magdalena, quod ei S. Maximinum, unum ex 70. Christi Discipulis, erexisse ferunt. Contra objectiones,

Nota : vel Maria Magdalena, natione Judæa, fuerit *in civitate*, antonomasticè sic dicta, nempe Jerusalem, *peccatrix*, ibique habitaverit, uti & Simon ille Phariseus : cum enim Lucas cap. 7. de re sollicitus, nil exprimat de loco &

IN CAP. XXVI.
 tempore, non est nec
 Galilea : potiusque
 de suis fratribus
 Galileam in Galilæam
 Galilæis, de quibus
 §. 15., & Galilæam
 cum Toletis, Fran
 ciscis in Galilæa,
 Nain, pecc
 Phariseus : sic
 in Judæa, de
 Martham & fr
 quod etiam migrav
 in supposito, quod
 eodem Simone.
 Luc. 7. sit divers
 Jerusalem, & fr
 conversus (de qu
 obest. Præterea,
 septem dæmonis fr
 via remissione pec
 cogitibus dæmon
 possessa, quæqu
 amatos magis
 Magdalena dant ad
 §. 8. Videntes au
 rates : at quid p
 sit unus ex Discip
 Cum Aug. lib. 2.
 ventorem, falsa
 nos simpliciores A
 ro misericordie s
 um avarus indign
 sequenti, non in
 elebat, sed im
 betur Joan. §.

tempore, non est necesse dicere, id contigisse in Galilæa : potuitque Magdalena conversa, Christo de suis facultatibus ministratura, eum è Jerusalem in Galilæam, ac dein cum aliis itidem mulieribus, de quibus Marci 15. v. 40. & Matt. 27. v. 55., è Galilæâ in Judæam esse secuta. Vel, si cum Toletò, Franc. Luca, à Lap. vis, contigisse in Galilæa, dic : *mulier quæ erat in civitate, Nain, peccatrix*; ubi & habitaverit Simon Pharisæus : sicque intelligitur Christum secuta in Judæam, demum habitatura apud sororem Martham & fratrem Lazarum in Bethaniâ; quò etiam migraverit Simon ille vir opulentus, in supposito, quòd Matt. 26. & Luc. 7. agatur de eodem Simone. Sin potius Simon ille Pharisæus Luc. 7. sit diversus; manserit ipse in Galilæa vel Jerusalem, & fuerit, aut non fuerit à Christo conversus (de quo nihil habet Scriptura) nil obest. Præterea, si non ante, quidni à dictis septem dæmoniis fuerit liberata Luc. 7., simul in ipsa remissione peccatorum, interno jussu Christi aufugientibus dæmoniis? Quibus ob peccata fuerat possessa, quæque illam sic attemperaverant, ut amafios magis pellexerit. Plura pro una Magdalena dant Acta SS. Antverpiensia ad 22. Julii.

v. 8. *Videntes autem Discipuli, indignati sunt, dicentes : ut quid perditio hæc? Joannes scribit: dixit unus ex Discipulis ejus, Judas Iscariotes.* R. Cum Aug. lib. 2. de consensu cap. 79., Judam incontentorem, falsâ specie miserationis pauperum, alios simpliciores Apostolos ad indignationem ex vero misericordiæ affectu manantem excitâsse; cum avarus indignaretur, quòd pretium hujus unguenti, non in suos loculos, quos portans fur clepebat, sed in Christi caput fuisset effusum, ut habetur Joan. v. 6.

244 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

ῥ. 12. *Ad sepeliendum me fecit*; id est, pio impulsu, ita opportunè me unxit, acsi in sepulturam id mihi fecisset nunc, quod tunc à se fieri vellet: quomodò & Marc. ῥ. 8. ait: *Prævenit ungere corpus meum in sepulturam.* Vel potiùs textus indicat, quòd Magdalena instantem Christi mortem (etiam Apollolis prædictam) resciverit, edque actuali intentione respexerit hoc factò, tamquàm fortè ultimo, grato ipsi, laudatoque singularis amoris officio ostendens, quid in ejus sepultura facere cuperet. Eòdem redit illud Joan. ῥ. 7. *Sinite illam, me ungere, ut in diem sepulture meæ servet illud*; id est, obfervet, faciat illud nunc præveniendò; quo sensu Græcum *τηλω*, *servo*, sumitur Matth. 19. ῥ. 17., cap. 23. ῥ. 3., cap. 28. ῥ. 20.; Marci 7. ῥ. 9.; Joan. 8. ῥ. 51. & 55., cap. 14. ῥ. 15. 21. 23. 24., cap. 15. ῥ. 10. & 20.

ῥ. 13. *Dicetur, & quòd hæc fecit, in memoriam ejus*, nempe Magdalenæ, ut patet ex Græco fœminino *ἀντὶς*: quare, *in memoriam ejus*, refertur ad τὸ *dicetur*, non verò ad *fecit*.

ῥ. 14. *Tunc abiit, Judas Christum venditurus*, vel ipso die Concilii Sacerdotum ῥ. 3., cui hic versus esset jungendus; vel aliquantò antè, fortè paulò post prædictam unctionem, ut censet Chryf.: non autem ipso die proditiõnis; ut probant hæc verba ῥ. 16., *Et exinde quærebat opportunitatem, ut eum traderet*; quæ significant morale temporis intervallum. Lucas ῥ. 2. addit, *fatanam in Judam intrasse*; quod intellige, sicut illud Joan. 13. ῥ. 2. *Cùm diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum*; nempe rationes phantasiæ ejus congruentes objiciendo, quibus tam enorme scelus persuasit; ità Didymus lib. 3. de Spiritu S. & Euthym.: nisi fortè tunc fuerit etiam physicè à diabolo possessus.

§. 15. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt illi 30. argenteos.* Non quolibet pretio, ut tamen putat Hieron., Judas, utpote avarus, Christum tradere voluit; sed mutuâ operis & mercedis pactione: etenim Lucas dicit: *Pacti sunt pecuniam illi dare.* Porro unum argenteum sumi pro argenti libra, id est 30. florenis Brabanticis, putat Baron. ad an. Christi 34.; adedque 30. argentei essent 900. floreni tales. Sed tantum Sacerdotes tantillo labori monstrandi Christum militibus, qui capere eum possent, dare noluerint: cum & PP. afferant, vili pretio venditum; quod & Zacharias 11. §. 13. per ironiam vocat *decorum*, id est vile, *pretium*. Maldon., Tirin., Salmeron, per 30. argenteos intelligunt tot siclos seu stateres, id est, 30. florenos tales; & favet, quod hoc sit pretium vitæ servi, Exodi 21. §. 32. Nec Jerem. 32. §. 9. staterem, id est, siclum distinguit ab argenteis, dicens: *Appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos*: nam juxta Tirin. sensus est; *septem & decem stateres argenteos*: Hebraicè enim est: *septem siclos & decem argenti*; ad distinctionem à siclis auri. Budæus vidisse se asserit Parisiis, uti & à Lapide Romæ, nummum unum ex 30. argenteis, quibus venditus est Christus; qui appendebat, duas drachmas, id est decem stuferos nostrates; secundum quos, uti & Suarez, Riberam, aliosque, Christus venditus fuisset 15. florenis Brabanticis. At, inquires, quomodò tam parvo 30. vel 15. florenorum pretio emi potuit ager figuli in sepulturam peregrinorum? R. 1. Quomodò Jeremias cit. emit agrum patruëlis sui 17. siclis, sive 17. florenis, ut supra? 2. Si quid pro vili fortè agro pretii defuit, suppleri ex alia pecunia potuit: nec ullibi dicitur, totum agri pretium fuisse 30. vel 15. florenos. Vide cap. 27. §. 9.

CAPUT XXVI.

P A R S S E C U N D A.

Ultima Cœna, S. Eucharistiæ institutio, Prædictio negationis Petri, Marci 14. à ψ. 12. Lucæ 22. à ψ. 7. Joan. 13.

V Erf. 17. *Primâ autem die Azymorum*: Marcus addit: *quando Pascha immolabant*. Lucas, *in qua necesse erat occidi Pascha*. Subsumo contra Græcos, à quibus orta est hæc controversia circa an. 1053., de qua post, qui falsò putant, diem jovis quo Christus Pascha comedit, fuisse lunam 13., diem autem veneris, quo mortuus est, fuisse lunam 14.; atqui luna 13. mensis Nisan non erat *prima dies azymorum, quando Pascha immolabant, in qua necesse erat occidi Pascha*, secundùm legem Exodi 12.; sed dies seu luna 14. ad solis occasum; quæ per Synecdochen dicitur prima azymorum, eò quòd sub vesperam ejus diei Azyma & Pascha inciperent. Infero cum Latinis: ergo non præveniendò, lunâ 13., sed juxta legem lunâ 14. incidente in diem Jovis vespere, Christus Pascha comedit; & consequenter S. Eucharistiam instituit in pane azymo. Sicque rectè figura, id est, Agnus Paschalis occisus, præcessit figuratum, id est, Christum, Agnum, qui tollit peccata mundi, immolatum in Cruce ipso die solenni Paschæ luna 15. Apud Græcos verò figuratum, id est, Christus occisus, præcessisset figuram, id est, occisum Agnum Paschalem, ipsumque Pascha, utpote ipsis incipiens die veneris post solis occasum; cùm jam hoc die

Christus fuisset mortuus ad horam nostram tertiam pomeridianam.

Imò, gratis dato, Christum prævenisse esum Agni Paschalis; cæterum haud dubiè id fecerit juxta præscriptum legis, cujus erat observantissimus: atqui ab esu inclusivè Agni Paschalis per septem dies sequentes non poterat in domibus Hebræorum inveniri panis fermentatus: ergo vel sic S. Eucharistiam instituerit in pane Azy-mo. Etenim, si Num. 9. v. 12. *Omnem ritum Phase servare debebant*, quibus id ob immunditiam erat differendum ad unum mensem; etiam præveniens Christus servare debuisset. Quamquàm & notandum, nullibi haberi, licuisse Pascha prævenire; sicque Christus fuisset adversariis reprehensibilis.

Christum comedisse pascha lunâ 14., tenent Orig. tract. 35. in Matt., Chryf. citand. in respons. ad 2., Theophyl. Alexandrin. apud Bedam lib. de ratione temporum c. 57. & 59., Theodoret. q. 24. in Exod., Tertullian. libro contra Judæos., Cyprian. serm. de Cæna Domini, Ambros. Epist. 83., Hieron. in c. 26. Matt., Aug. Epist. 86. ad Casulan., Beda cit. cap. 61.; item occisum esse ipso die solemni Paschæ, Tertull. cit., Epiphani. hæresi 70., Theophil. Alexandrin. apud Bedam cit. cap. 57., Cyril. Hierosol. Catechesi 13., Aug. Tract. 10. in Joan., Chrysof. Hom. 86. & 87., Socrat. lib. 6. histor. cap. 21., Leo serm. 7. de Paschate, Beda in cap. 18. Joan., Anselm. in cap. 26. Matt., ità apud Bellarm. de Eucharistia lib. 4. cap. 8.

Objicies 1. Joannis 13. dicitur Cæna contigisse ante diem Festum Paschæ.

2. Joan. 18. v. 28. habetur: *ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.*

248 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

3. De die Passionis Christi Joan. 19. ψ . 14. scribitur : erat autem *Parasceve Paschæ*, id est, dies præparatoria rerum necessariarum ad, vel ante Pascha.

4. Si dies Paschæ illo anno fuerit dies veneris; & dies Manipulorum, qui erat secundus Azymorum, incidit in Sabbatum, sequitur, etiam Festum Pentecostes tunc incidisse in Sabbatum: erat enim Pentecostes dies quinquagesimus à die Manipulorum, Levit. 23.; atqui Apostoli acceperunt Spiritum S. die Dominico, qui erat Pentecostes.

5. Anselmus in c. 27. Matt. dicit, se comperisse, Christum esse occisum lunâ 14., & lunâ 13. celebrâsse Pascha.

6. Epiphanius hæresi 50. *Oportebat Christum in 14. die immolari.* Et Tertullian. lib. contra Judæos, Christum illo die fuisse immolandum, quando immolandus erat Agnus Paschalis.

7. Quomodò mulieres, teste Luca c. 23. ψ . 56. à Christi sepultura *revertentes paraverunt aromata & unguenta*; nec non Joseph & Nicodemus, Joan. 19. à ψ . 38. Christum de cruce deposuerunt & sepelierunt, tanto Festo?

8. Quomodò Judæi tunc Christum morti adjudicâssent, &c.?

R. Ad 1. Significatur Cæna contigisse ante ipsum solemne Festum Paschæ, incidens in diem seu Lunam. 15. secundum Levitici cap. 23. ψ . 5. & 6. *quarta-decimâ die mensis ad vesperam, Phase Domini est: & quinta-decimâ die mensis hujus, Solemnitas Azymorum Domini est*: idem habetur Numeror. cap. 28. ψ . 16. sicut nos solemus in vespera Sabbati Sancti dicere; cras est Festum Paschæ; licet jam cœperit Festum Celebrari in Officio Ecclesiastico.

Ad 2. Per *manducarent Pascha*, intelligi po-

test non Agnus Paschalis, sed aliæ victimæ Paschales ovium, boum, &c. quæ toto Azymorum septiduo immolabantur, & comedebantur à mundis Sacerdotibus, quibus juxta Levit. 22. nisi puris Sacrificia edere non licebat; & qui hîc notantur non ingressi prætorium, ut non contaminarentur: de quibus victimis suprâ ψ . 2. Idem vult Aug. dicens, acceleratam fuisse (nempe ab iisdem Joan. 19. ψ . 31. instantibus apud Pilatum) Christi sepulturam, *quia illâ nocte cenam puram comesturi erant.* Quod enim dicit Burgenfis, à captivitate Babylonica constitutum fuisse, ne unquam pridie vel postridie Sabbati celebraretur Festum Paschale, nec probatur, nec convenit Evangelistis suprâ, nec in responsione ad 3. infrâ; & quia tunc non defuissent viri zelosi, ut Esdras, Nehemias, qui abusum legi contrarium impedivissent. Mutatio verò in Calendariis, quibus modò utuntur Judæi, recentior est, & dudum post Christi tempora introducta; ut ex Thalmud, & Aben Esra, ac ex S. Epiphanio & Asiaticis probat Bellarm. lib. 4. de Euchar. cap. 8. Si tamen vis, per *manducarent Pascha*, intelligi Agnum Paschalem, \mathcal{R} . Verbis Chryf. hom. 85. in Matt. *Unde liquidò patet, cupiditate interficiendi Christum PRÆVARICATOS FUISSE, ac aliâ die Pascha comedisse: non enim Christus tempus Paschæ transgressus est, sed illi audacissimi homines, & mille transgredientes legis præcepta.* Præmittit, eos domi Caiphæ pernoctasse vigilantes, adeò ut Pascha eâ nocte comedere neglexerint.

Ad 3. *Parasceve Paschæ*, significat Parasceven Sabbati Paschalis: 1. Quia Pascha non habebat Parasceven. 2. Quia ità exprimit Marc. 15. ψ . 42. *erat Parasceve, quod est ante Sabbatum.* Lucas 23. ψ . 54. *dies erat Parasceves, & Sabbatum illuscabat.* Et ipse Joan. cap. 19. ψ . 31. *Judæi ergo (quo-*

niam Parasceve erat) ut non remaneret in Cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ILLE Sabbati) cæterisque solemnior postridiè Paschatis, incidens isto anno in secundum diem Azymorum, Lunâ 16., quando & erat dies Manipulorum, de quo Levit. 23. Pridiè igitur Sabbati, id est, ipso tunc Festo Paschæ Judæorum, omnia erant ad victum necessaria præparanda pro sequenti Sabbato.

Ad 4. Nego majorem: nam numerabantur divinitus Christianis dies 50., non à die Manipulorum, sed incipiendo à die sequente diem Manipulorum, quæ tunc erat Dominica, Resurrectione Domini Sacrata in Novum Pascha Christianorum, & primi mensis Nisan Lunâ 17., à qua numerando usque ad Lunam seu diem septimam tertii mensis Sivan, habentur præcisè in die Dominica 50. dies, & Pentecoste Christianorum, S. Spiritûs Apostolis ac Legis Amoris datione dicata; de qua agitur Actor. cap. 1., non de Pentecoste Judæorum, quæ in Sabbato pridè erat completa, in qua Exodi 19. lex timoris in Monte Sinai olim fuerat data; ut hæc fusè tractat & probat à Lap. in cap. 1. Actor. contra Serar. aliosque putantes, agi de Pentecoste Judæorum, ad quam 50. dies numerarent à die Manipulorum, hoc excluso. Itaque, sicut dies Paschæ Christianorum differt à Paschate Judæorum, ita & (anteà nempe completis omnibus figuris) Pentecoste Christianorum.

Ad 5. R. cum Bellarm. lib. 4. de Eucharistia cap. 9., hunc locum ab aliquo affectum Anselmo in gratiam Græcorum; cum ipse in cap. Matt. 26. ad illa verba: *primâ die azymorum*, aperte noster sit.

Ad 6. R. I. Bellarminus cit. Epiphanium, agentem contra Quarta-decimanos, explicat de Chri-

IN CAP. XXVI
Lunâ 14. occidit in
tunc parascève
quod; qui agnus factus
2. Utrumque Patrem
in Paschæ, quod
rum, ut y. 1. & sup
cipiens inter suas res
per Synecdochen,
Lunâ 14. non
quod current.
Scribit enim
Lunâ 15. secundum
ex Levitici cap. 23.
libro: Christus passus
quâ Agnus ut scilicet
fuerat præceptum. E
LEMNITATEM dicit
rum, Pascha esse Dom
fi. Nota, Solemnitat
Ad 7. licuisse op
monstrat & probat Ch
cap. 12. usque ad y. 1
17. & cap. 14. usque
Ad 8. Judæi, putan
sequium se præstare
Joannis 7. y. 19. dicit
gens, ferrum, dum
liciti erant de die
7. 5., & Chryl. in f
quod dies dimissio
ocere consueverat e
Evangelistas vocetur
quo proin Christi
mat nostram sem
Caterum, 1. fa

sto Lunâ 14. occiso in figura, id est Agno Paschali tunc *juxta legem*, ut expressè addit, occidendo; qui Agnus fuit typus & figura Christi. *¶* 2. Utrumque Patrem velle, passum esse Christum in Paschate, quod erat tempus Agni & Azymorum, uti *¶* 2. & suprâ *¶* 17. diximus, simul incipiens *inter duas vespervas* Lunæ 14. finientis (unde per Synecdochen, ratione ultimi instantis Lunæ 14. Luna 14. nominatur) & Lunæ 15. inchoantis, quâ currente, Agnus & Azyma peragebantur. Scribit enim Epiphanius hæresi 70. multò ante finem: *Quoniam in die FESTIVITATIS Christum crucifixerunt*; quæ utique *Festivitas* erat Lunâ 15. secundùm dicta in Responsione ad 1. ex Levitici cap. 23.; & similiter Tertullianus isto libro: *Christus passus est die primâ Azymorum, quâ Agnum ut occiderent ad vesperam, à Moyse fuerat præceptum*. Et post multa, ait, *hanc SOLEMNITATEM diei hujus, id est, Paschæ Azymorum, Pascha esse Domini, id est, Passionis Christi*. Nota, *Solemnitatem*.

Ad 7. licuisse opera bona & pia etiam festo, monstrat & probat Christus vel in ipso Sabbato, cap. 12. usque ad *¶* 14., Lucæ 13. à *¶* 10. ad 17., & cap. 14. usque ad *¶* 6.

Ad 8. Judæi, putantes Christum persequendo obsequium se præstare Deo, & de quibus ipse Joannis 7. *¶* 19. dixerat: *nemo ex vobis facit legem*, ferrum, dum candebat, cudentes, parùm solliciti erant de die festo, secundùm dicta hîc *¶* 5., & Chryf. in fine respons. ad 2. Accedit, quòd dies dimissionis Barabbæ (sicut eis semper facere consueverat eo die Pilatus) apertè apud Evangelistas vocetur *solemnis, Festus, Pascha*; in quo proin Christus occisus est: quod & confirmat nostram sententiam.

Cæterùm, 1. falsò ait Calvin. lib. 4. institu-

252 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

tionum cap. 17. §. 34., azyma primùm instituta ab Alexandro (puto intelligere Alexandrum I. qui sedit circa annum 100., nam reliqui sunt posteriores Leone IX.) hic autem Leo acerrimè defendens sententiam Ecclesiæ Latinæ de usu azymorum, in epist. ad Michaëlem cap. 5. scribit, illam controversiam à Græcis ortam circa an. 1053., & Romanam Ecclesiam à Petro (adèdque non primùm ab Alexandro) didicisse, qualiter divina mysteria celebrari debeant; & per 1020. annos retinuisse eundem morem. Tum cap. 24. sanctos Martyres primitivæ Ecclesiæ fuisse nostris azymis faginos. 2. Panis azymus (qui est ejusdem speciei cum fermentato) Lucæ 24. §. 30. & 35. æquè vocatur simpliciter *panis*: erant tunc dies azymorum. Etymologia proin Græci ἀζυμος, *panis*, si est ab ἀζω, *elevo* (quod fiat à fermento) tantùm desumitur ab accidentali conditione panis, qui est ordinariæ mensæ usualis. Dixi, *Si est ab ἀζω, &c.*; quia panis ipse azymus Deuteron. 16. §. 3., & apud Lucam cit. vocatur ἀζυμος. Utitur autem Ecclesia azymis, non Judaizandi, sed Christi exemplum in institutione Sacramenti imitandi causâ. Aliud est de vino: nec constat, in albone an rubro Christus consecrârit: nec hujus, vel illius speciei, aut coloris vinum, e. g. Palæstinæ, ubivis est parabile.

§. 18. *Ite in civitatem ad QUEMDAM*, quem Matthæus miraculo prædictum, tamquàm ex persona sua, studio brevitatis insinuat, non exprimit; quem Marcus & Lucas dicunt Patremfamilias, vel Dominum domûs, ad quem introiret homo lagenam vel amphoram aquæ portans. Marcus vasis genus, Lucas modum significavit: uterque tamen veritatem sententiæ custodivit: ità Aug. lib. 2. de consensu cap. 80.

§. 20. *Vespere autem facto discumbebat cum duodecim Discipulis suis.* Præsentia ad mensam arguitur, non situs, quem subinde ratio aut usus mutavit; ut etiamnum manente phrasi, quamvis sedentes, dicamur discumbere ad mensam. Cæterum Christus primò comedit Pascha, de quo Luc. §. 15., idque *stans*, utique juxta ritum indicatum Exodi 12. §. 11.; ità Chryf. hom. 83. in Matth. Scribit Marc. §. 17. *Vespere autem facto, venit cum duodecim*: quod moraliter accipe; aliis nempe decem Apostolis annumerato Petro & Joanne, quos antè à Bethania, vel via Bethaniensi, Lucæ §. 8., præmiserat Hierosolymam, paraturos Pascha. Vel dic, Petrum & Joannem, omnibus jam paratis, Christo obviam processisse, & cum eo aliisque decem Apostolis rediisse in cœnaculum. Porrò cœnaculi hujus Dominum fuisse Christi Discipulum, & familiarem, ac divitem, indicant verba, *Magister dicit, & tempus meum propè est*, nempe moriendi, & apud Luc. *cœnaculum grande stratum*. Traditio est, inquit à Lap., domum hanc fuisse Joannis, qui cognominatus est Marcus, fuitque socius Pauli & Barnabæ, in qua & Apostoli acceperunt Spiritum S. in Pentecoste.

§. 21. *Et edentibus illis, post Cœnam legalem, & lotionem pedum, de qua suo loco apud Joannem, sed ante institutionem Eucharistiæ, dixit: amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est*: Universim addens §. 23. *Qui intingit mecum manum in paropside*; quod idem videtur significare, ac illud, quod Joannes §. 18. ait, *Qui manducat mecum panem*; Lucas §. 21. *Mecum est in mensa*. Monet ergo, non manifestat Judam sceleris autorem, ut vel sic, uti & in sequentibus, ad pœnitentiam revocet, juxta Hieron. Tum exemplo aliorum suæ infirmitati dif-

254 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

fidentium Apostolorum, Judâ simulato ani-
 mo rogante. *ψ.* 25., *Numquid ego sum Rabbi?*
Ait illi: tu dixisti; vel aliis non advertentibus,
 vel quodd, *tu dixisti*, non sit affirmatio, sed sus-
 pensio affirmationis; ac si dicat: ego hoc non
 dico; tu videris. Etenim, si hîc omnino fuisset
 detectus, quomodò Joannes à *ψ.* 23. adhuc spe-
 ciatim inquirat, & cum aliis Apostolis intelligit,
 quis sit proditor? Itaque dein, post institutam
 sumptamque Eucharistiam, Christus in genere
 rursus agit de proditore, ut clarè ponitur apud
 Lucam *ψ.* 21., & dein, ut est apud Joan. à *ψ.*
 22., tristibus iterum Apostolis, *hesitantibus de*
quo diceret, & inductu Petri rogante Joanne,
 omnibus fuit manifestatus Judas datione buccellæ
 panis intincti; quâ acceptâ, *introivit in eum sa-*
tanas, plenius; quàm antè, eum possidens, &
exiit continuo, ad scelus perficiendum; ità quoad
 omnia Aug. lib. 3. de consensu Evangelistar. cap.
 1. Hunc nostrum ordinem tenet à Lap., nisi quodd
 putet, *quò tu dixisti*, esse affirmationem manife-
 stativam, illamque interrogationem Judæ & res-
 ponsionem Christi proin, tamquàm à Matt. per
 anticipationem dictam, ponat post dationem buc-
 cellæ panis. Nota, hanc buccellam non fuisse
 Eucharistiam, sed profanam seu communem,
 ut cum Concil. Bracaren. III. can. 1., & Aug.
 tract. 62. in Joan. docent communiter Theolo-
 gi. Concludimus ergo cum Eugen. cap. *Si Sa-*
cerdos, de officio judicis ordinarii, Orig., Cy-
 ril., Chryf., Ambros., Leone, Cypriano, Aug.,
 Beda, S. Tho., aliisque cit. apud Suarez in 3.
 part. S. Tho. disput. 41. sect. 3. (contra Hilar.,
 Theophylact., Innocent. III. lib. 4. de Myster. Eu-
 charist. cap. 13., Rupert. lib. 10. in Matt. in fine,
 Clement. Roman. lib. 5. Constit. cap. 16., quem
 Suarez ait tantùm locutum ut Doctorem priva-

tum) Judam interfuisse institutioni Eucharistiæ, eamque cùm aliis Apostolis à Christo accepisse: canente etiam Ecclesiâ: *cibum turbae duodenæ se dat suis manibus.* De his plura apud Joan.

Ÿ. 24. *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille; vulgari modo loquendi; id est, minus malum, quàm æternum damnari.* Unde & annihilatio à damnatis expetitur, non tamquàm aliquid boni, sed tamquàm minus malum.

V. 26. *Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & Deo Patri gratias actis, ut habet Luc., & Paulus I. Corinth. II., idque oculis in Cœlum elevatis, ut est in canone nostro, & liturgia S. Jacobi; Benedixit, eundem panem (pro quo vide cap. 14. Ÿ. 19.) divinam videlicet omnipotentiam super illum invocando, ut præstò esset, & jam, & futuris Sacerdotum consecrationibus. Benedictio hæc non fuit ipsa consecratio, sed prævia oratio, ut est communior, & habetur ex Trid. sess. 13. cap. 1. dicente, hoc tam admirabile Sacramentum in ultima cœna Redemptorem nostrum instituisse, cùm post PANIS VINIQUE BENEDICTIONEM se suum ipsius Corpus illis præbere, ac suum Sanguinem, disertis ac perspicuis verbis testatus est. Ac fregit, panem, in tredecim partes, antequàm consecraret; deditque Discipulis suis, singulis in manus post consecrationem, unâ sibi retentâ. Et ait: accipite, & comedite: hoc est Corpus meum: cui Apostolus I. ad Cor. II. addit: quod pro vobis tradetur, in Crucem: Lucas, quod pro vobis datur, offertur hîc à me Deo Patri, & quidem propriâ mox cruentâ specie in ara Crucis; Tirin. Prolata sunt hæc verba ante distributionem & manducationem: scribente Trid. cit. c. 3., nondum Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cùm verè tamen ipse affirmaret, corpus suum esse, quod præbebat. Unde*

etiam docet ibid. & can 4., Eucharistiam esse Sacramentum permanens, & non tantum in usu consistens. Rectè notat Bellarm. in hac historia Evangelica (ut in quibusdam aliis) non tam debere attendi seriem verborum (in qua ludunt hæretici) sed sensum & significationem. Ad Innocent. III. quasi Christus sine verbis, solâ virtute internâ consecrasset, dic cum S. Tho. 3. p. q. 78. a. 1. ad 1, ipsum magis *opinativè*, quàm *determinativè* locutum fuisse: docente Florent. in decreto: *forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris*; quibus ad Consecrationem Sacerdotes jubentur uti non tantum *narrativè*; sed, quod facit ad essentiam, *enunciativè*, practicè, personaliter, seu quasi in persona Christi, Luca 22. 19. *hoc facite* (quod me hîc videtis facere) *in meam commemorationem*; & Paulus 1. ad Cor. 11. ait: *mortem Domini annuntiabitis donec veniat*, ad iudicium, adedque semper. Circa hæc verba etiam definit Trid. sess. 22. can. 2. *si quis dixerit illis verbis: HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi alique Sacerdotes offerrent Corpus & Sanguinem suum, anath. sit.*

Hujus autem propositionis, *Hoc est Corpus meum* (Liturgia S. Matthæi habet: *Hoc Caro mea est*) significantis identitatem prædicati cum subjecto, hic est sensus: *hæc res præsens est corpus meum*: ubi ex parte subjecti habetur significatio, *hujus rei præsentis*, ibi sistendo; ad quam idea panis, alteriusve speciei, est planè adjectitia: ut patet ex eo, quod, si Apostoli clausis oculis audissent vocem Hoc, non magis potuissent ex vi significationis formare ideam panis, quàm lapidis; sed tantum *hujus rei præsentis*: sicut, *Hoc est aurum*, significat, *hæc res est aurum*.

Item 2

Item, eadem propositio, ut est practica, in actu exercito significans mirabilem illam conversionem seu *Transubstantiationem*, id est, conversionem totius substantiæ panis in totam substantiam Corporis Christi, sequitur naturam alterius propositionis practicæ; de cuius ratione est, ut non significet, aut demonstret id, quod initio suæ prolationis existebat, & eâ prolatâ, non existit; sed id, quod initio suæ dictionis non existebat, & in fine ipsius esse incipit. Sic, si Christus his verbis, *hoc est vinum*, in Cana Galilææ mutâisset aquam in vinum, non fuisset sensus, *hæc aqua est vinum*; nec per eam propositionem demonstrâisset aquam, quæ desisset existere, sed id, quod incepisset existere; & sensus fuisset, *hæc res est vinum*. Similiter hîc, &c. Si Christus, ut certè potuit, & nos fecisse credimus, hoc Sacramentum instituit, quomoddò clarioribus potuit uti verbis, quàm, *hoc, sive, hæc res præsens est corpus meum*?

Ex his, & Trid. Sess. 13. contra hæreticos habetur 1., quod Corpus & Sanguis Christi *verè*, non tantùm in signo & figura; *Realiter*, non tantùm quatenus objectivè apprehenditur per fidem; ac *substantialiter*, seu secundùm substantiam, non solâ virtute, & quodam effectu; sub specie dumtaxat panis & vini, mirabili existendi modo, sit in Eucharistia; &, factâ divisione specierum, in singulis ejus partibus. 2. Accidentia in Eucharistia manent sine subjecto; Trid. Can. 2., & contrarium damnat Concil. Constantiense Sess. 8. contra Wiclef. 3. Definit Trid. cap. 3., in Eucharistia existere "corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie, *ex vi verborum*; ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub

„ utraq̄ue, vi naturalis illius connexionis & con-
 „ comitantie, quâ partes Christi.... inter se copu-
 „ lantur : Divinitatem porrò propter admirabi-
 „ lem illam ejus cum corpore & anima *Hyposta-*
 „ *ticam unionem*. Quapropter.... tantundem sub
 „ alterutra specie, atque sub utraque contineri.,
 4. *Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo ve-*
rum & proprium Sacrificium.... anath. sit; Trid.
 Sess. 22. Can. 1., cujus essentia sumpta pro ipsa
 actione offerendi & sacrificandi, in consecratio-
 ne consistit, exemplo Christi. Alia dant Theo-
 logi.

Ÿ. 27. *Et accipiens Calicem.* Lucas Ÿ. 20. *si-*
militer & Calicem, postquam cœnavit, etiam usua-
liter. Similiter, nempe cum gratiarum actione
 & benedictione, ut Ÿ. 26. dictum de pane, &
 est in Canone Missæ. Post consecrationem Chri-
 stus ipse prius inde aliquid hausit, ac dein tra-
 dito Calice reliqui ordine Apostoli : mox enim
 addit : *non bibam amodò de hoc genimine vitis.*
 Patet hystorologiam esse apud Marcum Ÿ. 23.,
 dum ait : *dedit eis : & biberunt ex illo omnes,*
 & dein, Christum consecrâsse narrat; ne alioqui
 Christus ibi sit post usum; quod ne hæretici qui-
 dem somniabunt.

Ÿ. 28. *Hic est enim Sanguis meus Novi Testa-*
menti, qui pro multis effundetur (hactenus &
 Marcus, exceptâ voce enim) *in remissionem pec-*
catorum. Eodem sensu Lucas Ÿ. 20., *Hic est Ca-*
lix Novum Testamentum in Sanguine meo, qui
pro vobis fundetur. Similiter & Paulus 1. ad Cor.
 II. Liturgia S. Matthæi habet : *hoc Sanguis meus*
est. In Canone Missæ est, *hic est enim Calix San-*
guinis mei; additurque, & Æterni Testamenti,
 & *mysterium fidei, qui pro vobis* (ut est apud
 Luc.) *& pro multis* (ut est apud Matt.) *effun-*

detur in remissionem peccatorum. Hanc Canonis formam, juxta S. Th. & Cap. *Cum Marthe* de celebrat. Missar. habet Ecclesia partim ex Evangelio, partim ex traditione Christi per Apostolos: etsi non omnia sint de essentia; de quo tractant Theologi. Sensus item est: *Hæc res, vel, contentum hujus Calicis, est Sanguis meus: sicut, hic est calix vini, significat, contentum hujus Calicis est vinum.* Quod autem pronomen substantivum *Hic* ponatur in genere masculino, fit propter convenientiam Latinæ constructionis. Vocatur *mysterium fidei*, sive objectum, circa quod præstet fides supplementum sensuum defectui: estque signum sacrum cruenti sacrificii in cruce: est *signum, & res*; quemadmodum si rex ipse personaliter in scenam prodiens præsentaret victoriam à se relatam. Dicitur etiam, *sanguis meus Novi Testamenti, & Novum Testamentum in sanguine meo*; quo scilicet sancitur novum fœdus inter Deum & homines; Chrysofost. Alludit ad illud Exodi 24., *Hic est Sanguis fœderis, quod pepigit vobiscum Deus.* Sicut enim olim sanguine & morte animalium confirmatum, & quasi sigillatum fuit antiquum testamentum, seu fœdus, quo Deus Judæis legabat, ac promittebat terram Chanaan, & alia bona temporalia, hæc conditione, si servarent mandata, & ceremonias ab ipso tunc præscriptas: ita jam Christus vero suo sanguine in hoc sacrificio oblato, & paulò post in cruce, confirmat novum fœdus, novam pro hoc tempore ultimam voluntatem suam, quâ nobis legat spiritualia bona, & cœlestem Hæreditatem atque æternam (unde & *Æternum Testamentum* appellatur) eâ conditione, ut præcepta ejus servemus, & Sacramentis ab ipso institutis utamur. Nec dicas cum Hæreticis: ergo dum Laicis prohibetur usus Calicis,

260 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

eripitur filiis Testamentum Patris : de quo, & aliis, vide ad Joannis 6. à ψ . 48. Non eripitur filiis Testamentum Patris, etsi primogenitis cedant quædam bona specialia. Sic certè non competit Laicis potestas Sacerdotii & consecrandi; quæ hîc à Christo committitur Apostolis, & futuris Sacerdotibus.

ψ . 29. *Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illam, &c.* sive hoc semel dictum sit, ut vult Aug. lib. 3. de consensu cap. 1., putans Lucam bis mentionem facere de eodem calice consecrato, semel anticipando ψ . 17., tum ψ . 20. sive, cum Hieron., Bedâ, & Theophyl. bis dictum fuerit, nempe primò apud Lucam ψ . 17. & 18., ad Calicem legalem non consecratum, qui in fine Cœnæ Agni Paschalis (quem & Lucæ ψ . 16. non se amplius manducaturum ait) à Patre-familias solemniter libari solitus erat, ex quo dein omnes qui agnum comederant ordine bibebant, ut notat Baron. & interpretes: & deinde, ut hîc est apud Matthæum, post calicem sacrum. Porrò sanguis Christi sub speciebus vini potest vocari vinum, nempe sacrum; sicut Corpus Christi à Paulo 1. ad Cor. 11. vocatur panis; nimirum, quia sicut panis & vinum nutrit corpus, sic Eucharistia animam: & sanè Paulus ibid. in præcedentibus & sequentibus fati monstrat, se non agere de pane reali. Tum ratione specierum panis & vini, quæ post remanent: ipsæque species sive accidentia vini, quia nata sunt ex vite, rectè genimen vitis dicuntur: item ratione substantiæ panis & vini, quæ ante Consecrationem fuit: sic illuminatus Joan. 9. ψ . 17., antè & post *cæcus* vocatur; Exod. 7. ψ . 12., qui erat serpens, *virga* dicitur; Genes. 2. ψ . 23., *hoc nunc os ex ossibus meis*, quæ jam erat homo, Eva; Genes. 3. ψ . 19. de Adamo, *pulvis es*,

cum jam esset caro. Adde quod vox *panis* non raro significet quemvis cibum, ut Lucæ 14. v. 1., Genes. 43. v. 25., & 31., 1. Reg. 14. v. 28. & 29. *Usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum* (universaliter accommodè; excepto scilicet Judâ) *novum in regno Patris mei*; id est, novi & alterius generis, & bibitione metaphoricâ, quâ in cœlesti convivio, sine velamine hauriatur spirituale vinum dulcium gaudiorum, juxta illud Psal. 35., *inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*. Dices: Christus post resurrectionem adhuc comedit & bibit cum Apostolis suis. R. Ipsum indicare, hanc esse ultimam vitæ suæ mortalis cœnam Sacram sui corporis & sanguinis, vel etiam Paschalem, quam cum Apostolis celebret; & cui postea succederet dictum novum convivium cœleste: & post resurrectionem non comedit & bibit consueto & ordinario modo, sive ad serviendum necessitati naturæ vel nutritioni, sed ad manifestandam veritatem sui corporis redivivi.

v. 30. *Et hymno dicto*, gratiarum actionis, post cœnam Eucharisticam. Tum sequitur importuna & nova de majoratu inter Apostolos contentio Lucæ v. 24., à Christo, ut aliàs Matt. 20., suæ humilitatis exemplo repressa. Scandali, & Petri negationis prædictio Lucæ v. 31., & Joan. v. 38., quam Matthæus & Marcus narrans post egressum è cœnaculo fortè non posuerit suo ordine. Dico, fortè; quia in hanc rem notat Aug. lib. 3. de consensu cap. 2., Evangelistas alios potuisse præponere, quod alii postponunt: quique, etsi de hac prædictione putat esse credibilius, Petrum ter præsumpsisse ad tres diversas Christi sententias; nempe bis ante egressum è cœnaculo, ut videtur apud Lucam & Joannem; & semel post egressum, ut apud Matthæum & Marcum; con-

cludit tamen : sive ergo diversis Sermonum Domini locis commotus Petrus sigillatim ter enunciaverit præsumptionem suam, & ter ei Dominus suam negationem prædixerit, sive aliquo narrandi ordine possint omnium Evangelistarum commemorationes in unum redigi, quibus demonstretur semel Dominum prædixisse Petro præsumenti, quod eum negaturus esset; nulla hic Evangelistarum repugnantia deprehendi poterit, sicut nulla est. Hic autem potuit esse ordo unius prædictionis eodem tempore & loco ante egressum : Joan. v. 36. & 37. Petrus : Domine quò vadis? Christus : quò ego vado, non potes me modò sequi. Petrus : quare non possum te sequi modò? Dein, Lucæ v. 31. Christus : Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret tamquam triticum. Tum Mat. v. 31. omnes vos scandalum patiemini in me. Ad quod Petrus v. 33. etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. Et, ut est Lucæ v. 33. tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et Joan. v. 37. animam meam pro te ponam. Denique Christus Joan. v. 38. animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi : non cantabit gallus, donec ter me neget : cui simile habent alii Evangelistæ. Item sequitur monitio de vendenda tunica, & emendo gladio Lucæ v. 35. Denique insignis ille sermo Joannis Cap. 13. & 14. usque ad v. 31., surgite eamus hinc, nempe ad montem Oliveti, ut intelligit Aug. tract. 79. in Joan. : quando egressus è cenaculo reliquum sermonem profecutus est in via : nec enim est verisimile, Christum totam viam silendo transegisse, quando præcipuè Discipulos consolari & roborare oportebat. Nec obest illud, quod Joan. 18. v. 1. post integrum sermonem ponit : HÆC CUM DIXISSET Jesus egressus est trans torrentem Cedron : quia non dicit, immediatè

tunc exiisse è cœnaculo; sed vult egressum, seu progressum usque *trans torrentem*, quò usque ille egressus, & à cap. 15. sermo duravit: scribente Aug. tractatu 121. in Joan., *ut non eum antè opinemur (hortum) ingressum, quàm illa verba finiret.* Favet textus græcus; *hæc dicens egressus est trans torrentem*, scilicèt, *hæc dicens in via ab egressu è cœnaculo & urbe.*

¶ 31. *Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte: scriptum est enim: percutiam pastorem.* Zachariæ 13. est: *percutite pastorem*: sed idem est sensus. August. tract. 103. & Euthym. censent, fidem eos tunc perdidisse in Christum: sed id nullibi exprimit Evangelium. Mitiùs Hilar., *metu & infidelitate turbabimini*: hocque est, quod habet Lucas ¶ 31., *satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum*, id est, tentationum impulsu agitaret; Chrysost. putatque Maldonat., tantùm peccasse ex inordinato perturbati animi metu & pusillanimitate, diffugiendo, & Christum deserendo; scribitque Leo serm. 9. de passione: *Fuerit tunc discipulorum excusabilis pavor, nec diffidentie culpam Apostolicus mœror incidere.*

¶ 33. *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquàm scandalizabor.* Hieron., *fides est & ardens affectus erga Dominum, qui sic eum loqui cogit*; sed indiscretus, conjunctus cum aliqua sui etiam præ cæteris præsumptione, secundùm Aug. lib. 2. de corrept. & gratia cap. 9., Hilar., & vide ¶ 35.

¶ 34. *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequàm gallus cantet, ter me negabis*: quod Marcus ¶ 30. ex verbis Christi distinctiùs exprimit: *priusquàm gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus*: id est, antequàm gallus cantum suum compleat, bis, singulis vicibus satis notabili

264 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

tempore consequenter, canendo, seu inter mediam noctem, post quam est primus Galli cantus, & auroram, ante quam est secundus, quique famosè & magis propriè Galli cantus appellatur, ut Tobix cap. 8. v. 11., *Factum est circa pullorum cantum, &c.*, & Marci 13., *Nescitis quando Dominus veniet, serò, an mediâ nocte, an Galli cantu, an manè.* Matthæus ergo, Lucas, & Joannes vel hunc duplicem cantum intelligunt, vel dictum magis proprium, matutinum, antelucanum, non negantes priorem. Scribit Beda hic: *ut Deus, modum, tempus, ac numerum negationis prædicat.* Ter autem, nec amplius, Christum à Petro negatum, patet, quòd Matt., Marcus & Lucas tam studiosè exprimant trinam tantum negationem ex Christi prædictione; estque communis sententia cum Cyril., Hier., Euthym., &c. Vide ad v. 69. & seqq.

v. 35. *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.* Juxta præsentem generosi animi affectum loquuntur, Christi prædictionem vel non satis percipientes, vel non tam absolutam prædictionem, quàm propositi & amoris sui erga eum tentationem & probationem arbitrati; cui proin obstrepentes non fide lapsi sunt, sed quâdam veniali præsumptione; similiter, ut de Petro dictum est v. 33.

CAPUT XXVI.

PARS TERTIA.

De gestis in horto, domo Caiphæ, Petri negatione, Marci 14. à v. 32. Luc. 22. à v. 39., Joan. 18.

V Erf. 36. *Venit cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, id est, Torcular olei. Hier. vertit Gesemani, vallis olei, vel pinguedinis; di-*

citque de locis Hebraicis, sitam ad radices montis Oliveti. Marcus *prædium*, Joan. *hortum* dicit *trans torrentem Cedron*; ad cuius introitum iussis remanere discipulis, assumpsit secum Petrum, Jacobum & Joannem, tamquam præcipuos, hortum villæ seu prædii ingressus: quorsum, *secundum consuetudinem*, teste Marco, tunc euntem insidiatores observârunt; & quòd pervenerit circa horam nonam vespertinam.

ÿ. 37. & 38. *Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse: Marcus, pavere & tædère. Tunc ait illis: tristis est anima mea usque ad mortem, tristitiâ, quæ possiet mortem causare, vel cum Aug., ut parùm absit à morte. Sustinete hic, manete hic in tanta mea pressura, & vigilate mecum, etiam quasi ad aliquod humanitus solatium. Tristitia hæc orta est ex viva apprehensione bibendi calicis instantis acerbissimæ passionis & mortis, cum omnibus circumstantiis, ut monstrat textus, transeat à me calix iste; ac omnium hominum peccatorum eam causantium, juxta S. Th. p. 3. q. 46. a. 6., quorum multitudinem & malitiam quasi infinitam, nec non horum omnium tristes effectus tum hujus, tum futuræ vitæ intimè perspiciebat; sicut Lucæ 19. ÿ. 41., flevit super Jerusalem; item omnium tormentorum Martyrum, &c., quæ, tamquàm præsentia repræsentata, & veluti caput in suis membris ipse sentiebat; ita à Lap. scribitque Isaias 53. ÿ. 6., posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Et ÿ. 4. Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Hæc igitur omnia, similiaque isto calice contenta, dedère justam causam, sive materiam majoris doloris, quàm quisquam hominum umquàm passus est (etsi quidam, ut S. Laurentius, majora corporis tormenta tolerârunt) &*

quidem, ut mox dicitur, interdicto sibi omni solatio, qui Martyres in tormentis solari consueverat. Hæc tristitia non fuit necessaria & rationis usum præveniens (passiones enim omniscio & omnipotenti Christo invito obrepere, aut dominari non poterant, nec rationem prævertere) sed quoad omnia liberrimè assumpta, Aug. in Psal. 87., Damascen. lib. 33. de fide cap. 20., tum ut hominem se passibilem declararet, cui nil connaturalius, quàm cruciatus & mortem timere; Hieron., Beda, Euthym., Theophylact., Aug. cit., tum ad nostram salutem. Dicit; *tristis est ANIMA mea*: adedque tristitia hæc erat non in solo appetitu sensitivo, sed etiam in rationali, seu in voluntate, quatenus agit ut ratione prædita, salutem secundum quasi partem ejus inferiorem, quæ naturaliter respicit & amat bonum naturæ conveniens, vitam, sanitatem, refugit mortem, dolorem, deque iis tristatur: quamvis de ea ipsa tristitia & morte gauderet, eamque vellet secundum partem superiorem, ut erat à Deo volita & ordinata ad hominum salutem. Vide vers. seq. Quæres quomodo anima Christi potuerit tristiari, utpote beata, & hypostaticè unita verbo? R. Quia diversum erat objectum, tam materiale, quàm formale summi gaudii ex Beatitudine, & summæ tristitiæ ex apprehensione mortis: sicut fieri potest, ut idem homo eodem tempore lætetur, quia à Rege nobilitatur; & tristetur, quia orbatur parente: & quia Deus activitatem gaudii beatifici, quæ alioqui necessariò & connaturaliter dolorem respectu omnium objectorum excludit, in Christo mirabiliter suspendebat; sic ut torrentes æternæ voluptatis hic inhibiti fuerint, ne in Christum influerent, ut habet Justinian. lib. de Christi agone cap. 19. & sequestratâ delectatione Divinitatis, ut Ambros. in cap. 22. Luc.

§. 39. *Et progressus pusillum* : Lucas §. 41.,
Avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis, à
discipulis illis tribus, sicut pater à dilectis filiis :
tum, positis genibus, ut est Lucæ §. 41. dein, pro-
cidit in faciem suam, pronus terræ adhærens,
tam præ angustia animi, quam præ reverentia
Divinæ Majestatis, cui supplex fiebat. Pater mi;
vox est filialis amoris; si possibile est, Lucas §.
42., si vis, transeat à me calix iste, avertatur à
me tam acerba passio. Non dubitat Christus sive
de potestate (nam Marci §. 36. ait : Abba, Pa-
ter, omnia tibi possibile sunt) sive de voluntate
Patris, sive de rei eventu; sed exprimit vehe-
mentissimum desiderium naturæ mortem illam
abhorrentis; sic tamen, ut omnino illud subji-
ciat beneplacito Patris; verumtamen non sicut ego
volo, sed sicut tu. Nec verò repugnant hîc inter
se inefficax desiderium non moriendi, & efficax
desiderium moriendi, utpote orta ex diversis mo-
tivis, seu formalibus objectis. Imò nos, qui ig-
noramus divinæ providentiæ decreta, possumus
fugere mala interna & externa, e. g. morbos,
etiam efficaciter quoad adhibenda media ad id à
Deo ordinata, orationem, medicamenta, certè
non frustrâ creata; cæterùm tamen nos subji-
ciendo absolutæ ejus voluntati in patientia.

§. 44. *Oravit tertio eundem sermonem dicens.*
 Primam orationem durâsse horâ, indicare videretur §. 40. *sic, itane, non potuistis UNA HORA vigilare mecum?* Qui paulò antè volebatis mecum mori. Christo orante, Discipuli nocturno tempore, fatigati, & ut Lucas habet §. 45., *præ tristitia, oculis gravatis dormiebant; qui secundo excitati, ut ait Marc. §. 40., Ignorabant, quid responderent ei,* præ confusione & mentis perturbatione. In tertia oratione contigit agonia, seu lucta quasi hominis morientis, de qua Lucas §.

268 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

44., & in ea sudor sanguineus, secundum Athanas. lib. 6. ad Theophilum, Hilar., Aug., verus ac realis; uti & clarè indicat textus: in qua & *prolixius oravit*, id est, largius, vehementius. Ortus hic sudor est naturaliter (prout in summo angore naturaliter fieri posse in homine, docet Aristoteles lib. 3. de historia animalium cap. 19.) ex vehemènti lucta partis inferioris Christi in summa anxietate constitutæ, & horrore mortis, cum superiore, heroïco fortitudinis actu angori resistente, & mortem acerbissimam, contra naturalem inclinationem, etiam cum desiderio amplexante; qui actus superans, & dilatans cor, sanguinem timore ad constrictum cor contractum fortiter propellebat ad exteriores partes, poroque apertos. Quando & *Apparuit illi Angelus de cælo*, de quo apud Lucam (fortè Gabriël, qui & interpretatur fortitudo Dei, in corpore aëreo) *confortans eum*, proponendo motiva &c. Voluit autem ab Angelo externam hanc consolationem & confortationem naturæ suæ humanæ tam afflictæ, more hominum, adhiberi & admittere. Communiter omnes codices Græci, Latini, Syri, Arabici meminerunt hujus sudoris sanguinei, de quo, teste Hilar. & Hieron., quidam olim nil habuerunt: quare cum primis legendum, & juxta Concil. Trident. sess. 4., à Lap. Nota: Lucas brevitatis causâ tantum narrat unam Christi orationem; & *ψ. 46.* unam excitationem discipulorum, quæ intelligi debet facta post primam orationem, ob convenientiam sensûs verborum: ac proin, quod *ψ. 47.* dicit de adveniente Juda, non est referendum ad proximè præcedens, sed contigit post tertiam Christi orationem.

ψ. 45. Dormite jam. Ironica exprobratio est; Chryf., Theophylact., Euthym., contra Aug. & Bedam putantes, seridò adhuc aliquantulum som-

IN CAP. XXVI
 frille à Christo ipse
 eritò excitans Marc
 hac apud Mat. cit
 dar venit; aboque
 erit. Illud sufficit
 sufficit, quod
 care oportet
 47. Tunc malis
 morte militum Roman
 en militis & servis
 urarum, Pharisæ
 lerant quidam Pri
 stratus templi, &
 in servis intellig
 us: Græcè
 lanceis. Joan. 18. 3
 cibus, & armis: ne
 pefcendum tumultu
 tentiam discipuloru
 48. Dedit illis
 titati, ad internosc
 nete eum: Marcus
 bicet fortitan, ut
 49. elaboretur,
 retur; Chryf., Hi
 49. Dixit: are
 stus est eum; fi
 retens in signum p
 50. Amice, ad
 ad quid ades,
 nite exprobran
 co comitatu, in
 oditor? Amic
 in Psal. 3. T
 rit quod habet
 um hominis tradi
 am à Judæ osc

nī fuisse à Christo ipsis indultum, post quod eos quartò excitans Marci *ψ.* 41. dixerit; *sufficit.* Sed hæc apud Matt. cit. *adhuc eo loquente, ecce Judas venit;* adeòque nullum somni tempus supererat. Illud *sufficit* igitur, exprobrando significat, *sufficit*, quòd indecorè antè dormieritis, dum orare oportebat.

ψ. 47. *Turba multa*, quæ constabat tribuno & cohorte militum Romanorum, Joan. *ψ.* 3. & 12., item ministris & servis Principum Sacerdotum, Scribarum, Phariseorum: imò ex Lucæ *ψ.* 52. aderant quidam *Principes Sacerdotum, & Magistratus templi, & Seniores*: nisi tamen Domini in servis intelligantur. *Cum gladiis & fustibus*: Græcè *ζόλων*, *lignis*, puta etiam hastis & lanceis. Joan. *ψ.* 3. scribit: *cum laternis, & facibus, & armis*: nempe ob tenebras, & ad compescendum tumultum fortè oriturum, aut resistentiam discipulorum.

ψ. 48. *Dedit illis signum*, Judas, osculi Judæis usitati, ad internoscendum Christum, *dicens: ... tenete eum*: Marcus jungit; *& ducite cautè*; ne scilicèt forsitan, ut aliàs Lucæ 4. *ψ.* 30., Joan. 8. *ψ.* 59. elaberetur, & ipse promissâ pecuniâ privaretur; Chryf., Hieron.

ψ. 49. *Dixit: ave Rabbi*, Magister mi, *& osculatus est eum*; signum amicitix fraudulenter vertens in signum proditiōis.

ψ. 50. *Amice, ad quid venisti?* Græcè, *ἰφ ᾧ παρει*; *ad quid ades*, propter quid advenisti? Ac si tacitè exprobrans diceret, cur venis cum inimico comitatu, si amicus; cur osculo tradis, si proditor? Amicum vocat, ut amicum faciat, Aug. in Psal. 3. Tunc mansuetè corripiens subjunxit quod habet Lucas *ψ.* 48., *Juda, osculo filium hominis tradis? Tunc accesserunt, &c.*; non statim à Judæ osculo; quod datum fuit non pōst,

ut tamen vult Cyril. & Dionys., sed antè, ut rectè Aug. 3. de consensu cap. 5., quàm Christus rogasset milites, *quem queritis*, Joannis v. 4. &c. quia si bis dixisset militibus, *ego sum*, non opus fuisset signo osculationis. Porro Judæi & milites ex osculo Christum non agnoverunt; siue noctu non satis discernere potuerint, an vel quem Judas aliquantum antegressus osculatus esset; siue cum Chrysof., Leontio, Cyril., Aug., divinâ virtute, ut cæci agnoscerent, se contra Dominum nihil posse, nisi ipse se manifestaret, ultrò offerret, & capi permetteret; unoque verbo, *ego sum*, omnes cum stante Juda humi prostravisse. Nec non eâdem virtute, juxta Chryf. & Theophylact., solis verbis, *sinite hos abire*, efficaciter impedivit, ne ullum Apostolorum læderent, aut caperent. Evangelista Joannes v. 9. addit: *ut impleretur sermo, quem dixit* (Christus Joannis 17. v. 12.) *quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam, sed servavi illos.* Post hæc irruentibus illis in Jesum,

v. 51. *Unus* (nempe Petrus Joân. v. 10.) lapsu hostium supino factus animosior, putans gratum se Christo facturum, cui facile esset vel unico gladio omnes conficere, quemque non frustra Lucæ v. 36. Gladium jussisse emi arbitrabatur, rogantibus etiam aliis Apostolis Lucæ v. 49., *Domine si percutimus in gladio?* Sed non expectato responso, nec, ut fit in perturbato casu, memor prædictionum Christi, indiscreto, ut ex Christi mox responsione patet, zelo, attamen ob rationes dictas excusabili, *percutiens servum Principis Sacerdotum*, quem Malchum nominat Joannes v. 10., qui audaciùs in Christum involabat, cum caput illi medium findere contendit, ictu aberrante, *amputavit auriculam ejus*; Joan. cit. addit, *dexteram*, penitus à capite reci-

sam, ut videtur indicare vox *amputavit*, *abscidit*; quam mox Christus tactam, & capiti restitutam miraculosè sanavit Lucæ v. 51.

v. 52. *Omnes, qui, sine legitima autoritate, acceperint gladium, seu usurpârint, gladio peribunt*, id est, rei sunt mortis, juxta legem Genes. 9., *quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius*. De jure ergo sermo hîc est, non de eventu; cùm constet tales de facto aliquos non perire gladio. Alterâ ratione cohibet Petrum, quòd posset à Patre accipere 12. Legionem Angelorum: constabat legio, quod nomen est militiæ Romanorum, sex millibus militum, Hieron. Tertiam rationem dat Joan. v. 11.; *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* Quarta sequitur hîc v. 54. *Quomodò ergo implebuntur Scripturæ?*

v. 55. *Dixit Jesus turbis, post reprehensum Petrum, & sanatam Malchi aurem; tamquam ad Latronem existis, &c.* exprobans ac monstrans, liberè nunc se comprehendi. Lucæ v. 53. addit: *sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum, ignorantiæ, malitiæ, etiam dæmonis principis tenebrarum cum suis: quando ipsis, quidquid vellent, in se agere permisit; ipsique tunc comprehensum eum plenè ligârunt.*

v. 56. *Hoc autem TOTUM factum est, ut adimplerentur Scripturæ prophetarum, circa comprehensionem, passionem, mortem Christi, Isaiæ 53., Daniel. 9. v. 26., Threnor. 4. v. 20., Zachar. 13. v. 7. &c.* Nota: Deus, prævisio conditionatè futuro Judæorum peccato, si Christus in his aut illis circumstantiis mitteretur, eum justis de causis sic mittere decrevit, & ipsorum peccatum permittere: itaque Judæorum circa Christum tantum permissa actio mala displicuit; Passio grata fuit & mors Christi, etiam in omnibus cir-

cumstantiis, & à Deo positivè volita ad omnium, etiam crucifigentium salutem. Non idèd crucifixerunt Christum Judæi, quia id erat prædictum; sed idèd potiùs erat prædictum, quia futurum, quod hìc ostenditur impletum; *ut non propheta, aut Deus, istarum rerum autor sit aut causa, sed ipsorum voluntas*, Athanas. tract. de passione & cruce.

Tunc Discipuli OMNES, relicto eo, fugerunt. Quæres quis fuerit adolescens, qui Marci ψ . 51., Christum sequens, rejectâ sindone, nudus aufugisse dicitur? *R.* Contra Epiph., non fuisse Jacobum fratrem Domini; nec Joannem, contra Chryf., Ambr., Gregor., Bedam apud à Lap. in Marcum cit.; quia 1. neuter tunc erat *adolescens*; Joannes enim Jacobo junior habebat minimùm annos 30.; utpote qui vixit usque ad annum 68. post ascensionem Christi, teste Hieron., cum esset 99. annorum. 2. Quia hic adolescens Christum sequens opponitur *omnibus* discipulis fugientibus: scribente Marco; *tunc discipuli ejus relinquentes eum, OMNES fugerunt. Adolescens AUTEM quidam &c.* Fuerit ergo aliquis è villa Gethsemani, qui armorum strepitu & clamore excitus, repenti sic è lecto profluerit studio discendi, quid ageretur; quem cum milites tenère conarentur, quòd à Christi partibus esse videretur, is, sindone rejectâ, elusit capientes.

ψ . 57. *At illi tenentes Jesum.* Christus, Joan. ψ . 13. primùm ad Annam socerum Caiphæ Pontificis anni illius ductus est, quasi in transitu, obiter, ut captum significarent; ubi &, ut putat Cyril., Judas completæ operæ pretium promissum acciperet. Censet Aug. 3. de consensu cap. 6., contigisse ibidem primam Petri negationem & alapam: quia, postquàm Joannes rerulit, Christum ad Annam perductum, mox utramque subjungit:

IN CAP. XXVI.
 ac tum dempore ψ . 13.
 nam ad Caiphan Pontificem
 in domo Caiphan Pontificis
 & communi inter
 & significat ψ . 13.
 24. misit eum
 PONTIFICEM; hic enim
 aut illi; ut dicitur
 &c., recto
 quibus Joannes
 illam negationem
 & S. Cyril.
 ERAT AUTEM ANNAM
 ptem.
 Duxerunt ad Caiphan
 ubi Scriba & Scriba
 de successu, illic op
 duci contingeret, p
 dicio cognoscere
 ob integro Sacerdotum
 congregando confirm
 erant facerent
 ψ . 13. Petrus ante
 colligens animos,
 longe, ex timore
 sacerdotum. Et imp
 uisuris, ut videret
 eum, & calefacie
 hant autem min
 an eis Petrus STA
 modò sedebat, modò
 à ψ . 15. distitit
 in Jesum Simon
 tate simul gradient
 tus Pontifici, &
 Pontifici. Petrus
 ad anticam ad

git; ac tum denique *ψ. 24.*, & *misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem*. Sed hæc contigisse in domo Caiphæ, patet ex Matt., Marco, Luca, & communi interpretum: imò ipse Joannes id significat *ψ. 22.*, *sic respondes PONTIFICI*, & *ψ. 24.*, *misit eum Annas ligatum ad Caipham PONTIFICEM*; hic enim, non Annas, erat Pontifex anni illius; ut dixerat *ψ. 13.* Itaque *ψ. 24.* & *misit*, &c., recto ordine est ponendus post *ψ. 13.*, quibus Joannes per anticipationem interferuit illam negationem Petri, & alapam. Syrus, Arabicus, & S. Cyril. apud à Lap. legunt, *MISERAT AUTEM Annas ligatum ad Caipham Pontificem*.

Duxerunt ad Caipham Principem Sacerdotum, ubi Scribæ & Seniores convenerant, qui solliciti de successu, istic operiebantur, ut, si Jesum adduci contingeret, præsto essent, ut de eo in judicio cognoscerent, suoque præjudicio (quod ab integro Sanedrim sequenti manè Mat. 27. *ψ. 1.* congregando confirmaretur) causam illius desperatam facerent.

ψ. 58. *Petrus autem, ex fuga ad se reversus, & colligens animos, sequebatur eum, ex amore, à longè, ex timore, usque in atrium Principis Sacerdotum. Et ingressus intrò SEDEBAT cum ministris, ut videret finem.* Marcus *ψ. 54.*, *ad ignem, & calefaciebat se.* Joannes *ψ. 18.* ait: *stabant autem ministri ad prunas.... erat autem cum eis Petrus STANS & calefaciens se.* Nempe, modò sedebat, modò stabat more humano. Joannes à *ψ. 15.* distinctiùs narrat: *Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alius discipulus, fortè simul gradientes: Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris, seu ad anticam ædium clausam ad excludendum*

populum. *Exiit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, fortè, vel industriâ memor Petri exclusi, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.* Discipulum hunc fuisse Joannem Evangelistam, existimant Chryf., Theophyl., Euthym.; sed 1. cùm Joannes æquè manifestè discipulus Christi fuerit & Galilæus, quàm Petrus, idem illi, quod Petro, à ministris objiciendum fuisset. 2. Non apparet, unde Joannes, antè vilis piscator, tenuis familiæ & Galilæus, fuisset notus ac familiaris summo Pontifici, Hierosolymitano, homini fastuoso, & primæ apud Judæos authoritatis. Fuerit ergo occultus aliquis discipulus, probabiliter civis Hierosolymitanus, ad quem Petrus è fuga dilapsus sit, ac dein cum illo Christum secutus; à Lap.

ŷ. 59. *Principes autem Sacerdotum, & omne Concilium, &c.*, quæ forma judicii, ubi Judices ipsi quærunt falsum testimonium ad mortem innocentis, quod tamen verum videri ad speciem vellent? Ordine historiæ hîc sunt præmittenda, quæ narrat Joannes à ŷ. 19., de interrogatione Caiphæ circa doctrinam & discipulos Christi; ad quæ fortissimo argumento inter alia modestè respondet: *in occulto locutus sum nihil*, quod scilicèt vetuerim, & non potiùs voluerim in publicum proferri: additque ŷ. 21., *ECCE HI sciunt, quæ dixerim ego*, indicans aliquos præsentés in Concilio, si vellent verum promere. At cur Christus nil de discipulis? R. quia sanâ salvâque doctrinâ, nil de discipulis erat super; cùm rectâ ratione bonum sit communicativum sui. Accedere potest, quòd, cùm de indecorè profugis nil boni haberet, malum siluerit. Item jungi debet hinc secuta alapa, quam in vindictam quasi læsi honoris Pontificis, hujus vilis minister faciei Christi (Syrus habet, *percussit maxillam*) igno-

miniosam infixit, contra formam omnis ordinati
Judicii. Petes: cur Christus ad alapam redarguit,
qui vel ad flagella tacuit? R. quia hic agebatur
de salvanda doctrina, atque adeò Patris gloria.

¶. 60. *Et non invenerunt, cum multi falsi te-
stes accessissent. Novissimè autem venerunt duo
falsi testes, quorum, sicut præcedentium, Marci*
¶. 56. & ¶. 59., *non erat conveniens testimonium.*

¶. 61. *Et dixerunt: hic dixit, possum destruere
templum Dei, & post triduum reædificare illud.*
Marci ¶. 58., *dissolvam templum hoc manufactum,
& post triduum aliud non manufactum ædificabo.*
Falsum testantur: dixerat enim Joannis 2. ¶. 19.
& 21., *de templo Corporis sui, solvite templum
hoc, & in tribus diebus excitabo illud, resurgens*
à mortuis; quod ipsi malè intellexerunt de Tem-
plo Jerosolymitano. Quarè ad hæc omnia, tam-
quàm sponte ruentia, vel impertinentia, *Jesus*
tacebat.

¶. 63. &c. *Princeps Sacerdotum, indignans nil
responderi, nec rem procedere, exsurgens in me-
dium, ut ait Marc. aliquantum è loco progres-
sus, ait illi: adjuro te per Deum vivum, ut di-
cas nobis si tu es, CHRISTUS FILIUS DEI, natu-
ralis: ut, si negaret, impius seductor, & falsus
impostor haberetur, qui id toties affirmârat, ut
Joan. 5. ¶. 18. &c.; si autem affirmaret, reus
læsæ Majestatis Cæsareæ, & blasphemus, qui se
Deum regemque, utpote Messiam, faceret (quæ
duo fuerunt dein capita accusationis apud Pila-
tum) adeòque reus mortis judicaretur: prout
mox contigit ¶. 64. 65. 66., Christo id affirmante
(etiam Marci ¶. 62. *Ego sum*) ac dicente, quòd
ipsum essent visuri, *sedentem à dextris virtutis
Dei, & venientem in nubibus cæli, id est, ju-
dicantem Divinâ virtute ac potestate à Patre ac-
ceptâ. Terret injustos Judices suo futuro judi-**

cio. Christus, quamvis illegitima esset hæc adjuratio, tamen in reverentiam Divinæ Majestatis obtemperavit, & ne Pontifici refragari videretur. *Pontifex scidit vestimenta sua*, quasi ad tam horrendam prætenfam blasphemiam, more Judæorum, & ad odium in Christum concitandum.

¶. 67. *Tunc exspuerunt in faciem ejus.* Christus ad mortem damnatus, soluto Concilio, rursusque pleniori indicto in sequens manè, descendens, & per atrium abductus in locum seorsim, reliquo tempore militibus & ministris illudendus relinquitur, & tamquam blasphemus, & falsus Propheta ignominiosè crudeliterque vexatur: & impleri intelligitur illud Isaiæ 50., *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.*

¶. 69. *Petrus verò sedebat foris in atrio; Marcus, deorsum,* tempore & extra locum superiorem dicti Concilii. Joan. addit ¶. 18., *frigus erat, & calefaciebant se;* sive quia noctes istis regionibus sunt frigidiusculæ, sive quòd accesserit particularis aliqua naturalis causa istius tunc ibi frigoris; cum cæteroquè adesset tempus maturæ messis. *Et ACCESSIT ad eum una Ancilla, Marcus ¶. 66., Summi Sacerdotis,* Joan. ¶. 17., *ostiaria,* quæ, si fuerit una eademque, antea ipsum intromittens, tunc quidem nihil dixerit: quia nunc ipsa dicitur accessisse, venisse ad eum, & quidem sedentem & calefacientem se in medio eorum, ut respectivè scribunt Matt., Marc. & Lucas: adedòque modò ipsum intuita, ob peregrinam & tristem faciem, primò subdubitans petit Joan. ¶. 17., *numquid & tu ex Discipulis es hominis istius?* Dein ex subito pallore vultûs Petri assurgentis, seque à lumine ac muliere, ne deprehenderetur, aliquantulùm avertentis, audaciùs asserit apud Matt., *et tu cum Jesu Galileo eras:* denique ad circumstantes, Lucæ ¶. 56., *et hic cum illo erat.*

Ad quæ Petrus apud Joan., *non sum*, ex ejus Discipulis : apud Marc., *neque scio, neque novi, quid dicas*, tantum abest, ut cum illo fuerim : & similiter apud Mat. Apud Lucam, *mulier, non novi illum*. Atque hæc fuit prima *coram omnibus* negatio ; post quam, periculo se subducturus, ut habet Marc., *exiit foràs ante atrium*, in aream domûs, & *Gallus cantavit*, continuans moraliter primum suum cantum nocturnum, circa primam nocturnam, ad quem Petrus turbatus, non, vel non adedò animum advertit.

ŷ. 70. *Exeunte autem illo januam*, subintellige, ac postea reverso, *vidit eum alia ancilla* : scribit enim Aug. 3. de consensu cap. 6., *liquidè colligitur, collatis hac de re omnibus Evangelistarum testimoniis, non ante januam secundò Petrum negasse, sed intùs in atrio ad ignem* (ad quem in secunda negatione stantem eum describit Joannes ŷ. 25.) *Matthæum autem & Marcum commemoravisse, exiisse eum foràs, regressum ejus brevitate causâ tacuisse*. Itaque Petrus, postquam exierat januam, aliquamdiu secedens, cum dein pacata videret omnia, in atrium reversus est ; quem *vidit alia ancilla ista, & ait his, qui erant ibi : & hic erat cum Jesu Nazareno* ; item, ut habet Marcus, *hic ex illis est* : tum circumstantes, ut est apud Joan., *numquid & tu ex discipulis ejus es ?* Et, ut Lucas, *alius videns eum, dixit : & tu de illis es*.

ŷ. 72. *Et iterum negavit cum juramento : quia non novi hominem* : Joannes, *non sum* : Lucas, *ô homo, non sum* : Petro, ut fit humanitus, præsertim in altercatione & animo perturbato, verba sua intermiscente verbis adversariorum ; etiam in aliis negationibus. Lucas ŷ. 58. scribit, hanc secundam contigisse, *post pusillum*, à prima negatione ; de quo simili pusillo statim. Petrus hinc iterum egressus se subduxerit : nam,

278 IN CAP. XXVI. MATTHÆI.

ψ. 73. *Et post pusillum*, à secunda negatione; quod Lucas explicat, *intervallo facto*, quasi *horæ unius* (quanto tempore Petrus non mansisset quietus inter istos milites) *accesserunt qui stabant*, & *dixerunt Petro*: *verè tu ex illis es*: *nam & loquela tua*, timore tremula, vel etiam ob diversam dialectum, *manifestum te facit*: Marcus, *nam & Galilæus es*. Lucas, *alius quidam affirmabat dicens*: *verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est*. Confirmat Malchi cognatus apud Joannem, *nonne ego te vidi in horto cum illo*? Petrus hîc vehementissimè pressus,

ψ. 74. *Tunc cœpit detestari & jurare*, id est, imprecatoriè jurare; Marcus *anathematizare*, mala sibi imprecando, ac diris se devovendo, *quia non novisset hominem*. Joannes, *homo, nescio quid dicis*. *Et continuò*, Lucas, *adhuc illo loquente*, *Gallus cantavit*, circa tertiam matutinam, ante diluculum tunc auroram evocans; cùm esset ad æquinoctium vernalium. Sic conciliantur Evangelistæ quoad trinam tantùm negationem, pro qua & ψ. 34.

ψ. 75. *Et recordatus est Petrus verbi Jesu*: scilicèt, dum è soluto Concilio, per interius exteriusque atrium Christus superveniens completæ tertiæ negationi, abduceretur seorsim illudendus, in transitu, ad Petrum, ut habet Lucas, *conversus Dominus respexit Petrum*, oculis corporis, unde virtus gratiæ emanabat, cor Petri vulnerans ad pœnitentiam. Aug. tamen 3. de consensu cap. 6. putat, hunc respectum fuisse merè spiritualem. Sed quidni naturalis ordo rei, & sensus litteræ noster sit, cum Chryf. hom. 86., Euthym. cap. 66., Theophyl. Lucæ 22. ψ. 62. *Et egressus foràs*, in locum urbis solitarium, *flevit amarè*. Imò mox, jam antè, vel ab egressu è domo Caiphæ flevisse, videtur indicare Mar-

cus scribens, & cepit flere. Dicunt Ambros. in Lucæ cap. 22. & Hilar., Petrum non fuisse mentitum, sed significasse, *non novi hominem*, subintelligendo merum, utpote quem scio Deum. Sed contrà tenendum, ipsum, quamvis non corde (utpote cui Christus Luc. v. 31. dixerat: *ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: ut notat Bellarmin. lib. 3. de Ecclesia cap. 17.*) at ore Christum negantem, graviter peccasse, mentitum in causa professionis fidei, cum Aug. tract. 113. in Joan., Chryf., Hieron., scribente; *si enim iste non negavit, ergo mentitus est Dominus, qui dixerat, ter me negabis: cerne, quid dicat, me negabis, non hominem.* Et patet ex fletu amaro, secundum Basil., Chryf., Leont. tradente etiam ejus discipulo & successore Clemente Rom., Petrum toto vitæ tempore, quoties Galum cantantem audiret, procidentem in genua lacrymas fudisse; & Nicephoro lib. 2. cap. 37., ex affiduo fletu oculos ejus quasi sanguine resperfos apparuisse. Ambros. cit. dicens, *lacrymas ejus lego, satisfactionem non lego*; non vult Petrum pro delicto suo non satisfecisse; sed per *satisfactionem* intelligit *excusationem*: præmittit enim; *non invenio quid dixerit* (delictum suum excusando, ut Adam Deo; causam culpæ in ancillam aut milites rejiciendo) *invenio quod flevit*; & subdit: *quod defendi non potest, abluipotest. Lavant lacrymæ delictum. Lacrymæ veniam merentur, lavant culpam.* Hoc contra Calvinum. Non tenebatur Petrus coram militibus culpam retractare; quia de se pessimis non dederat scandalum, nec alteri cuiquam: sed & dein exemplum pœnitentiæ imitandum reliquit.

CAPUT XXVII.

P A R S P R I M A.

Mors Judæ, gesta in domo Pilati & Herodis, Marci 15., Luc. 22. à v. 66. & cap. 23., Joan. 18. à v. 28. & cap. 19.

Vers. 1. *Manè autem facta*, in plenius Concilium Christum rursus adductum, vinculis solutum, ut forma juris servari videretur ad liberam responsionem Rei; & quia Marc. v. 1. habetur, *vincientes Jesum*, utique peracto Concilio, *duxerunt & tradiderunt Pilato*; rursus ibidem, ob plurimum nunc præsentiam, qui noctu abfuerant, interrogatum, & respondentem, se esse filium Dei, ut habetur ex Luca, damnatum, surgente omni multitudine, *vinctum tradiderunt Pontio Pilato Præfidi*, Judææ pro Tiberio Imp. Governatori, Tirin. Ratio traditionis fuit, vel quia Joannis v. 31., illis non licebat interficere quemquam, ut vult Chryf., & innuit Hieron. dicens: *Judæi habebant hunc morem, ut, quem adjudicassent morti, ligatum Judici traderent*: vel potissimum, quia, etsi lege Levit. 24. v. 16., blasphemum lapidare possent, turpiori crudeliorique crucis morte à gentibus sublatum volebant, ejusque necis invidiam à se amotam; idèd prætexentes causam seditionis, & læsæ Majestatis Cæsareæ, ob quam ipsis non licebat interficere quemquam: ita ut, Joan. v. 32., *sermo Jesu impleretur, quem dixit, Matt. 20. v. 19., significans, quâ morte esset moriturus*, scilicèt crucis; de qua & proin in hoc judicio fuerit actum. In hoc Concilio, descripto à Luca, Christus dicitur interrogatus ab omnibus, non à solo Pontifice; nec adjuratus, cùm

& existimarent, non retractaturum, quod noctu palam fuerat confessus. Item v. 67. & 68. præmittit : *si vobis dixerò, non credetis; ut & patuit in Concilio nocturno: si autem & interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis*: quibus ipsis Deum se monstrat, noscentem obstinatam perversitatem cordis illorum.

v. 3. *Tunc videns Judas... quòd damnatus esset, & Pilato traditus, quem putaverat, ut aliàs (dummodò recepisset pecuniam) fortè evasurum, pœnitentiã ductus, desperatâ, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & senioribus, quibusdam Festo Paschali in Templo occupatis: nam ab his repulsam passus,*

v. 5. *Projectis argenteis IN TEMPLO, recessit, & abiens, horrore criminis, instigantibus dæmonibus, desperatâ veniã, non se, nec creaturam ullam ferens ampliùs, laqueo se suspendit; Juvenco canente: informem rapuit ficus de vertice mortem. Syrus, se strangulavit: Æthiopicus, laqueo se suspendit, & mortuus est: Chrysoft., gulam laqueo fregit: sic, ut præcipiti lapsu molis corporis, facie pronus in laqueum ad collum, suspensus crepuerit medius, & diffusa sint omnia viscera ejus, Actor. 1. Quarè perperam quidam Græci censent, Judam suspensio non fuisse necatum; dissidentes etiam in genere mortis, apud Salmeron Tom. 10. Tract. 25. ante medium; ubi Papias vult, prætereunte curru contritum & disruptum; addens, secundum quosdam fuisse in suo prædio extinctum toto corpore inflatum, vermibus, & fœtore scatentem. Quandonam mors hæc contigerit, incertum: probabiliter tempore tenebrarum; erat enim hoc tempus aptum & natum augere horrorem & desperationem. Orig. Tract. 35. in Matt., Leo ferm. 3. de passione ante med. putant ante mortem Christi.*

ψ. 6. *Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, tamquam projectione in atrium Templi Deo oblatis, dixerunt: non licet eos mittere in corbonam, metonymicè ærarium sacrum, seu gazophylacium; nam Marci 7. ψ. 11., corban seu corbona est donum, oblatio sacra: quia pretium sanguinis est, quod corbonam pollueret: ex qua etiam videntur fuisse deprompti illi argentei, utpote impendendi quasi in commune bonum suæ religionis contra Christum.*

ψ. 7. *Consilio autem inito, post dies azymorum, propter occupationes alias, & cum res non urgeret, emerunt ex illis agrum figuli, de quo c. 26. ψ. 15., in sepulturam peregrinorum, verosimiliter gentilium; quia Judæis suus fuerit sepulchro locus. Scribit Hieron. in Psal. 77. Sanguinis ager non Judæorum, sed nostra sepultura est: nos enim peregrini fuimus & advenæ, & non habebamus ubi requiesceremus: ille crucifixus est, & mortuus: & nos cum illo consepulti sumus.*

ψ. 9. *Tunc impletum est, quod dictum est per Jeremiam Prophetam, dicentem: & acceperunt, &c. Hieron. cit. & hic, Origen., Euseb. lib. 10. demonstrat. Evangelicar. cap. 4., Euthym., Rupert., Lyran., Baron. an. Christi 34., Maldon., Suarez in 3. p. disp. 34. sect. 1. censent, aliquorum malitiâ, vel errore irrepsisse nomen Jeremiæ: &, quia Matthæus non solet exprimere nomina Prophetarum, quos citat, ut cap. 1. ψ. 22., cap. 2. ψ. 5. 15. 23., cap. 13. ψ. 35., cap. 21. ψ. 4.: & textus Syriacus, ac teste Aug. lib. 3. de consensu cap. 7., nonnulli codices simpliciter legunt, quod dictum est per Prophetam, dicentem. Sicque intelligendus hic esset, non Jeremias, sed Zacharias, qui, ut ait Hieron. cap. 11. ψ. 12. & 13., similia habet, non quoad verba, sed quoad sensum. Sunt qui putent, hoc testimonium Jeremiæ*

quidem esse, non ex his, quos nunc habemus, sed ex his, quæ perierint, ejus libris à Matthæo desumptum: etenim Jeremiam alios, præter eos, quos habemus, scripsisse libros, patet ex lib. 2. Machabæor. Cap. 2. §. 1. Alii hoc intelligunt de prophetia Jeremiæ, non quidem scripta, sed per traditionem accepta. Alii autem cum Orig. & Eusebio cit., hoc scriptum fuisse in his etiam prophetiis Jeremiæ quæ extant; sed à Judæis postea deletum. Approbat etiam Aug. cit., cum Jeremiæ 32. §. 9., de emptione agri fiat mentio; Zachariæ vero 11., de pretio 30. argenteorum in Templum projecto, Matthæum præcipui vatis nomine, utriusque vaticinium, eodem mysticè spectans, fuisse complexum. Hæc pro Evangelista vindicando ab errore. Rectius tamen Maldonato non placet alia expositio S. Aug. cit., nempe, Deo notis de causis, Spiritu S. dirigente, Matthæo occurrisse nomen Jeremiæ, loco Zachariæ; idque noluisse mutare; quia omnes Prophetæ quasi unus sunt, scribentes uno eodemque spiritu, ut, quod unus dicit, alter dicere censei possit. Nam sic æquè citra errorem scribere potuisset. *Quod dictum est per Moysen, vel, Davidem, &c. Prophetam.*

Cæterùm ita habet Zachar. cap. 11. *Appenderrunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: projice illud ad statuarium, decorum pretium, per ironiam, id est vile, quo appetiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & projeci in domum Domini ad statuarium.* Hoc, jussu Dei factum, (quod hîc Matthæus interpretatur, *sicut constituit mihi Dominus*) litteraliter ad personam Zachariæ pertinet; sensu verò mystico, à Spiritu S. intento (prout in simili ex Hieron. diximus cap. 13. §. 35.) continet, præsignat, præfiguratur id, quod est de pretio appetiati

284 IN CAP. XXVII. MATTHÆI.

Christi, à Juda in Templum projecto, accepto à Sacerdotibus, & dato in emptionem agri figuli, ex divina providentia in perpetuum monumentum sceleris Judæorum. *Ad statuarium*, hebraicè est *Jotser*, *ad figulum*; id est, ut Matthæus optimus Zachariæ interpretes exponit, ad emendum ex eo agrum figuli: sive hic ager, situs ad australem partem montis Sion, pertinuerit ad quemdam figulum; vel quòd ex illo testæ fingerentur; vel quòd in eum tamquam ad aliud minus idoneum fragmenta testarum conjicerentur. Vide cap. 26. v. 15.

v. 11. *Jesus autem stetit ante Præsidentem, & interrogavit eum Præsides, dicens: tu es Rex Judæorum? Dicit illi Jesus: tu dicis.* Ità compendiosè Matt. & Marcus. Hæc autem est series historiarum: Jesu in prætorium introducto, foris manentibus Judæis, ne contaminarentur; ut est apud Joan. v. 28. 29. 30. 31., *exiit Pilatus ad eos foras, & dixit: quam accusationem affertis adversus hunc hunc? Responderunt & dixerunt ei: si non esset hic malefactor, mortem promeritus, non tibi tradidissimus eum. Dixit ergo eis Pilatus: accipite eum vos, & secundum legem vestram judicate, & punite; suboffensus scilicet isto præter formam ordinati judicii responso, & cupiens à se amoliri hanc causam; quia, ut ait Mat. v. 18., *sciebat, quòd per invidiam tradidissent eum*; de quo, utpote Jerosolymis famoso, multa inaudierat, verosimiliter etiam jam conscius gestorum in nocturno ac matutino Concilio, ubi tamquam blasphemus fuerat condemnatus, adeòque rem videri ipsorum legis. Itaque Judæi, quasi repulsam passi, instituunt accusationem, Lucæ cap. 23. v. 2., *hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.* Quia verò hæc*

ad suum tribunal pertinebant; & ex hoc ultimo priora pendebant; nam si Rex erat Judæorum, poterat eos subicere sibi citra subversionem, & tributa usurpare; Pilatus, ut est apud Joan. à *ψ. 33. ad ψ. 39.*, *introivit ITERUM in prætorium*, quod nempe prius è vicina vel contigua Domo sua fuerat ingressus; & rogavit: *Tues Rex Judæorum?* Ad quod Christus pungens Pilati conscientiam, satis scientis quid causæ suæ subesset, *Respondit: à temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me?* Id est, tuane, an ex aliorum sententia id me rogas? Tum Pilatus, sentiens se perstrictum, subiratè *respondit: numquid ego Judæus sum*, ut meâ sponte interrogem, & non potiùs ex Judæorum accusatione fungar officio Judicis? Nam, *gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi: quid fecisti?* Tum Christus non negat, sed insinuat se esse Regem, dicens: *Regnum meum non est de hoc mundo*, mundanum, Cæsari præjudicans, & ut aliorum Regum temporalium cum externo splendore ministrorum, &c., quod probat: *si ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis.* Hinc concludit Pilatus rogans: *Ergo Rex es tu*, qualiscumque? *Respondit Jesus: tu dicis, quia Rex sum Ego*; nempe spiritualis; item sublimioris ordinis etiam totius orbis, utpote Deus; item temporalis regni Judæorum, non quidem actu & possessione, sed jure originis, fortè etiam proximo, utpote ex Regia stirpe Davidis per Salomonem, ut cap. i. diximus. Additque, *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*, id est, credens obaudit. Quæ Pilatus non capiens, petit, etiam quasi mussitans ad semetipsum; *quid est veritas? Et cum hoc*

dixisset, responso non expectato, ITERUM, jam secundò, exiit ad Judæos, & dicit eis: ego nullam invenio in eo causam: ruente enim accusatione regni, cætera pariter non subsistebant. Et sanè Joan. 6., cum vellent facere ipsum Regem, fugit in montem: Luc. 20. Jussit dari, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: Matt. 17. ipse tributum solvit: innumeris beneficiis affecit, ergo non subvertit gentem.

¶ 12. &c. *Et cum accusaretur (Marcus addit, in multis) à Principibus Sacerdotum & Senioribus, instantibus, quòd viderent Pilatum propendere pro Christo, nihil respondit. Hæc & sequentia, usque ad missionem ad Herodem, Pilato, ut diximus, foràs egresso, videntur contigisse Christo pariter educto & præsentem coram Judæis: nam ¶ 13. Dicit illi Pilatus: NON AUDIS (nota, non audis?) quanta adversum te dicunt testimonia? ¶ 14., Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Præses vehementer, silentium in propria causa capitali; cum diluere objecta facilè posset. Causa silentii fuit prima, quia Judæos non credituros sciebat, Ambros., Chryl., Euthym. Secunda, juxta Hieron., ne crimen diluens à Præsede dimitteretur, cui sufficienter, & vel ex ipsa silentis modestia, æquanimitate, humili majestate, ejus innotuerat innocentia; scribente Athanas. serm. de Passione; tacendo tam efficax erat in persuadendo, ut Judex ultrò factiones, conspirationesque adversus eum initas & agnosceret, & confiteretur. Tertia, quia falsa objecta crimina etiam publicâ famâ poterant redargui: inter quæ, ut scribit Lucas cap. 23. ¶ 5., at illi invalescebant, dicentes: commovet populum, docens per universam Judæam, incipiens à Galilæa usque huc. Hic ordine ponendâ, quæ habet solus Luc. à ¶ 6. us-*

que ad 17., scilicet, quod Pilatus hæc audiens, & Christum esse Galilæum, lætus sic se liberari hoc iniquo iudicio, eum miserit ad Herodem Tetrarcham Galilææ, qui tunc Jerosolymis erat; quasi de potestate ejus esset ac jurisdictione. Hic, ex curiositate, *sperabat signum aliquod videre ab eo fieri*: sed cum Christus indignum adulterum (de quo cap. 2. & 14.) ne verbo quidem dignaretur, etsi starent *Principes Sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum*, de similibus, ut apud Pilatum, *sprevit illum Herodes cum exercitu suo*, id est, cum satellitio, quo cingebatur, ac reliqua multitudine, Scribisque & Sacerdotibus, quasi hominem fatuum ad se adduxissent, & ambitus Regni accusarent (sapientia Dei stultitia est mundo) & *illusit indutum veste albâ, græcè, splendidâ*; candor enim splendet: sicque tamquam stultum imaginarium Regem *remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die*, vel ob agnitam à Pilato, vel ob veluti restitutam hoc facto Herodi Jurisdictionem, quam Pilatus læsisset antea videtur, ut colligitur ex Lucæ 13. v. 1., ubi narratur, Pilatum miscuisse sanguinem quorundam Galilæorum cum sacrificiis eorum. Hinc innocentem probatum, ac rursus declaratum Pilatus voluit dimittere Christum *emendatum*, id est, aliquâ flagellatione, ad quamdam Judæis satisfactionem, castigatum, tamquam ex sententia Herodis semi-fatuum, qui sic expiaret, si quid vanâ Jactantiâ aut ambitione peccasset. Verum cum, obnitentibus Judæis, hæc non succederent, sequentem novam tentat viam.

v. 15. & 16. *Per diem autem solemnem consueverat Præses, Lucas v. 17., necesse habebat, ex consuetudine habente quasi vim Legis, dimittere unum vinctum, quem voluissent, ex antiquo ri-*

tu; in memoriam populi ex Ægypto liberati: optionem restrinxit ad duos, ut tantò certius Christum liberaret. *Habebat autem tunc vincitum insignem, sceleribus, qui dicebatur Barabbas; de quo Lucas v. 19., qui erat propter seditionem quamdam factam in civitate, & homicidium missus in carcerem: & à Joan. v. 40. vocatur latro, homicidiis assuetus, multis homicidiis inquinatus, inquit Chryf.*

v. 17. & 18. *Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: quem vultis dimittam vobis? Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? Marcus v. 9., Vultis dimittam vobis Regem Judæorum? Simile est Joan. v. 39., & Marci v. 12. R. Vel unus sensum, alter verba dederit; vel utrumque dixerit Pilatus, quem constat ex Luca à v. 17., tertio super hoc locutum fuisse. Sciebat enim, quòd per invidiam tradidissent eum: ergo iniqua & sacrilega comparatio. Non dubitabat, quin tanto nebulo Christum dimittendum prælegissent. Dum autem à plebe deliberante, Sacerdotibus, v. 20., illam contra Jesum incitantibus, responsum expectat Pilatus; ecce, ut hìc interserit Matthæus,*

v. 19. *Sedente illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: nihil tibi & justo illi: multa enim, terrifica, etiam quæ te manent, passa sum HODIE (ut solent diutius manè in lecto hæere matronæ) per visum (Græcè, per somnium) propter eum, si innocentem condemnes. Somnium hoc, à dæmone volente impedire mortem Christi, & per eam hominum salutem, immisum, putat S. Ignatius epist. 4., Cyprian., vel quisquis est autor serm. de Passione, Bernard. serm. 1. de Paschate: à bono verò spiritu fuisse, potior est autoritas Orig., Hilar., Hieron., Chryf., Euthym., Theophylacti, Aug. serm. 121. de temp., Ambros. lib. 10. in Luc.; etenim, si impeditam volebat*

volebat dæmon, ut quid aded instigabat Judæos ad illam à Pilato extorquendam? An non potius illorum animos mitigare studuisset? Nisi tamen, dæmonibus omnibus in malum universim consentientibus, quidam inter se in hoc puncto dubii dicantur dissedisse: sicut, etsi Angeli sint absolute in bonum concordēs, & divinæ voluntati perfectissimè subditi, sibi tamen quandoque adversantur non scientes quædam Dei decreta; ut Danielis 10. à ψ . 13., ubi vide à Lap. Itaque id somnium sive immisum, sive permissum fuit à Deo, qui vel ex diaboli malo novit elicere bonum, tum ut Christus hinc ab utroque sexu publicum innocentiae testimonium haberet; tum accedente gratiâ, ad conversionem & salutem hujus mulieris, quæ & haud dubiè de Christo aded Jerusalemis famoso, antea non pauca audiverat: eam enim hinc in Christum credidisse, tenent Hilar. can. 33., & Ambros. cit. cap. 23. Imò & salvatam, Orig., Chryf., Theophylact.; scribitque Lucius Dexter in Chronico: *anno Christi 34. Christus Salvator mundi reus apud Pilatum agitur; Claudia Procula uxor Pilati admonita per somnium, in Christum credit, & salutem consequitur.* Menologium Græcorum eam Catalogo SS. adscribit. Quod ad Pilatum attinet, ille non conversus, sed, ut Joseph. 18. antiq. cap. 5. scribit, post aliquot annos à Vitellio Syriæ Præsidi Romanam missus, cum coram Cæsare ad crimina sibi à Judæis objecta respondere non posset, Viennam in Gallias relegatus, suâ se transverberans manu, infelici morte interiit, Euseb., Cassiodor. in Chronico, Baron., Ado ejusdem Viennæ Episcopus ex Paulo Orosio lib. 7. cap. 5. Quarè, dum Aug. ferm. 3. de Epiphani., Tertullian. apolog. cap. 21. Pilatum vocant Christianum, intellige Christi fautorem & defensorem in passione.

ŷ. 24. Ordo eorum, quæ habet Matt. ab hoc ŷ. usque ad 31., item Marc. à ŷ. 15. usque ad 20., & Lucas à ŷ. 24. usque ad 26., ubi, sicut alibi non raro, quædam sunt ab uno omiſſa, ab alio dicta, quædam hystorologica, potissimum quærendus est ex Joanne cap. 19. à ŷ. 1. usque ad 17. nimirum, postquam, Judæis Barabbæ dimissionem, & pertinaciter Jesu crucifixionem postulantibus, Pilatus iterum protestatus; *nullam causam mortis invenio in eo*; iterum dixisset: *corripiam ergo illum*, flagellis, ad aliquam furori Judæorum satisfactionem, & *dimittam*, ut est apud Luc. ŷ. 22., cum nihil se proficere videret, extrema tentaturus,

Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum & flagellavit, Joan. ŷ. 1., non propriis, sed licitorum manibus, Hieron.; id enim indecorum fuisset & inconveniens. *Flagellavit crudeliter*, virgis ante consules Romanos in fascibus ferri solitis, aut etiam loris fervilibus, aliisve instrumentis, toto corpore delicato & optimè constituto, fulcatâ cute ac sanguine fluente; utique dæmonibus, ac Judæis, fortè etiam ex odio oblatâ pecuniâ, milites instigantibus: erat enim furens *potestas tenebrarum*. Psal. 128. *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores*, tamquam super incudem: quod de Christi flagellatione mysticè prædicta intelligunt Drogo Cardinal., Rickelius, Gretſer., Vilalpand., Galatin. apud Lorin.; uti & illud Psal. 34. ŷ. 15., *Congregata sunt super me flagella*, Isidor. de Passione Domini cap. 29., cum communi satis expositione Latinor. & Græcor., inquit Lorinus. *Isaiæ 1. ŷ. 6. à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & livor, & plaga tumens, &c.* Quod litteraliter dictum de Israëlitica natione vulneribus peccatorum exulcerata, Castro, Suarez in 3. p. disput.

35. sect. 2., & passim scriptores spirituales mysticè intelligunt de Christo in suo corpore humani generis peccata luente in flagellatione; de quo Isaia 53., *Iniquitates eorum ipse portabit.* Et ibid. *Non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus.* Et: *Putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo,* leprâ totius corporis. Et quia Pilatus eum flagellari jusserit, ut deformi & miserando ejus foras educendi aspectu (Joannis 8. 4. & 5.) furorem & odium Judæorum restingui posse speraret, sicque Christum à morte liberari; non tamen tam atrociter, ut mors naturaliter sequi potuisset; quia volebat eum morti eripere.

Flagellavit, ignominiosè, totum nudum; columnæ, teste Hieron. in Epitaphio Paulæ, Prudentio in Enchiridio, Paulino epist. 34. & communi traditione, alligatum; humiline, an sublimi brachiis in altum porrectis, disputatur. Scribit Hieron. citat. *ostendebatur illi (Paulæ) columna ECCLESIAE PORTICUM sustinens infecta cruore Domini, ad quam vincetus dicitur & alligatus:* simile habet Prudentius citat. Illa ergo in D. Praxedis Romæ, quatuor circiter pedes alta, conii instar supernè plani, fortè tantùm fuerit pars vel substructio istius columnæ, de qua Hieron., utpote quæ *Ecclesiae porticum sustinens* altior esse debuit: & sanè sic milites ignominiosius & commodius sævire poterant in corpus Christi. *Flagellavit,* ante mortis sententiam: nam & nifus dein est eum liberare usque ad 8. 16. Joannis. *Flagellavit tantùm semel,* secundùm Aug. 3. de consensu cap. 9. cum communiori; ut, si conatus irritus caderet, esset pro flagellatione ad mortem; more Romanorum, teste Hieron., crucifigendos priùs flagellantium. Sunt tamen, qui secundò flagellatum existimant, post sententiam.

ψ. 27. &c. *Tunc* : hæc vox referenda est ad
 τὸ *flagellatum*, seu, cùm flagellâisset; post quam
 flagellationem, ut est apud Joannem, immédia-
 tē secuta est coronatio, & dein condemnatio ad
 crucem. *Milites Præsidis*, hujus injussu; cùm
 ab Evangelistis totum militibus tribuatur: atta-
 men ejus permissu; quomodò enim rem tam ce-
 lebrem ignorâisset? *Suscipientes Jesum in Præ-
 torium*; Marcus, *in atrium Prætorii*, in quod du-
 ctus est è loco flagellationis; *congregaverunt ad
 eum*, crudeli ludibrio habendum, *universam co-
 hortem*, decimam partem legionis: & *exuentes
 eum*, simpliciter, adedque totum; prout & Pi-
 latus, juxta communem, eum chlamyde cir-
 cumdatum ad commiserationem populo mon-
 stravit: & quia ψ. 31. sequitur: & *induerunt
 eum vestimentis ejus*, nimirum interiori tunicâ in-
 confutili, & veste exteriori. Itaque, resumptis
 post flagella vestibus, hinc secundò ad coronatio-
 nem fuerit nudatus. Tritam militarem *Chlamy-
 dem coccineam circumdederunt ei*: Joannes, *pur-
 puream*: vel quia color coccineus simillimus est
 purpureo, ut Athanas. serm. de cruce, & Aug.
 3. de consensu cap. 9.; vel quia bis tineta, semel
 purpurâ seu murice, semel cocco; vel quia pur-
 pura erat intertexta, Aug. cit. *Et plectentes co-
 ronam de spinis*, formâ annulari, juxta commu-
 nem opinionem; ex rhamno ibi frequenti, secun-
 dùm Baronium & Gretserum; *posuerunt super
 caput ejus*, ferreis Chirothecis, ne manus læde-
 rent, & baculis imprimentes; spinis capitis cu-
 tem undique perforantibus, non tamen cerebrum
 vel partes nobiliores, quibus læsis emori natura-
 liter debuisset: quia nec milites ausi fuissent ita
 tractare nondum condemnatum, imò nec si fuisset
 damnatus *ad crucem*; nec Pilatus id permi-
 sisset, qui, etiam dein, vitam ei servare studebat.

Porro spineam hanc coronam Christum habuisse impositam in cruce, non dissidet à titulo *Rex Judæorum*; docentque Orig. & Tertullian. lib. contra Judæos cap. 13. ; videntur tamen errare in eo, quòd existiment, eam numquam fuisse depositam : patet enim, ob inconditi operis spinas exteriùs undequaque eminentes, impossibile fuisse, post ludibrium eum induere tunicâ inconsulti *desuper contextâ per totum*, & arctâ, nisi non minori dolore evulsam deposuissent. Prætereà, quomodò potuisset cum tam circummeminente corona spinea crucem bajulare ? His accedit, quòd vestibus induto eam secundò imprimere debuissent ; item secundò eam extractam deponere, dum ad crucem nudatur in monte Calvaria; ac demum tertio imponere in cruce ; quæ sunt incredibilia, & sine verisimilitudine. *Et arundinem in dextera ejus*, ut inane sceptrum : typham palustrem vocat Levinus Lemnius de herbis biblicis cap. 27.

Hic ex Joanne sequitur à *ψ. 4. Ecce homo, &c. ψ. 7. Secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit* : tamquam blasphemum traducunt (lapidatione, Levit. 24. *ψ. 16.*, dignum ; quod tamen mortis genus callidè subticent, quia crucifixum volebant) *ψ. 8. magis timuit Pilatus, ne fortè Christus esset Dei alicujus gentilis, aut potius veri Dei Filius* : timorem enim hunc, non ex idololatrâ persuasione, sed divinitus ipsi incussum arbitror ; & certè, intelligebat eum accusari, quòd Judæorum Dei Filium se fecisset ; aderatque in Christo quidam decor & Majestas. *ψ. 11. Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper, è cœlis, decreto Dei hinc permissivo, abutenti eâ potestate ac jurisdictione, quam veram accepisti in tuos subditos. Proptereà qui me tradidit tibi ; non tam*

Judas, quàm populus Judaicus intelligitur & Concilium Sacerdotum; *majus peccatum habet*. Non excusatur Pilatus à toto. *Propterea*, id est, quia cum minori mei notitia, animoque consulendi ac liberandi, & ex timore injuriam inferens; traditor verò cum majori cognitione, & ex odio ac invidia. *ŷ. 12.*, *Et exinde querebat Pilatus dimittere eum*, magis ac studiosius quàm antè, timens nempe, ne fortè esset Dei filius; & de suo peccato, ac potestate desuper data admonitus. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit* (de quo Christum accusabant) *contradicit Cæsari*, apud quem reus agi poteris, si hunc dimittis. Hæc est ultima balista, cujus impulsu, cum populi tumultu, agonizat in Pilato timido ac everso frigida Christi defensio. *ŷ. 13.*, *Sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur, Græcè, lithostrotos, Latinè, lapidibus stratus*, variorum colorum opere Mosaïco, de quo Plinius lib. 36. cap. 25. *Hebraicè autem, id est, Hebræis tunc usitato idiomate, puta Syriaco, Gabbatha*, quod locum altum significat; ad quem multis gradibus marmoreis ascendebatur, qui Romæ juxta Basilicam Lateranensem, sub nomine Scalæ Sanctæ, venerationi sunt. Tum, Joannis *ŷ. 14.*, ibidem dicit eis Pilatus: *Ecce Rex vester*; & *ŷ. 15.*, *Regem vestrum crucifigam?* Vel inscius ità vocat, ut divinitus inspiratus: nec enim ipse Christum habebat Regem Judæorum, quem sciebat falsò accusatum etiam de affectato Regno; nec Judæi, utpote respondentes; *non habemus Regem nisi Cæsarem*. Vel sensus est, *Rex vester*, nempe quem vos affectati Regni accusatis, & hic tam miserabilis adstat. Dein.

Pilatus, Matthæi *ŷ. 24.* & *26.* (qui hæc anticipando, non ordine rei, sed inspiratæ recordatio-

nis, ponit ante coronationem) in causa hominis Judæi, coram Judæis, *Judaico usus more*, inquit Orig., de quo Deuteron. cap. 21. *ψ. 6.*, ibidem *lavit manus coram populo*, &c. lavit manus, non conscientiam, frustra à se in alios culpam rejiciens. Et, *tunc dimisit illis Barabbam*, hæcenus servatum, si fortè pro Christo sententiam mutassent Judæi; uti & colligitur ex Lucæ *ψ. 25. Jesum autem.... tradidit eis, ut crucifigere- tur.* Lucas *ψ. 24.* scribit: *Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum*: ergo positivam tulit sententiam: & indicat titulus causæ à se scriptus, Joannes *ψ. 14.*, adnotat horam condemnationis; *erat autem Parasceve Paschæ* (de qua actum cap. 26. *ψ. 17.* in responsione ad 3.) *hora quasi sexta* (uti & legunt omnes codices) nimirum usualis seu communis, æquivalens nostræ duodecimæ: intellige duodecimam instantem, nondum inchoatam, seu circa finem horæ quintæ usualis, nostræ undecimæ: idèdque Evangelista addit *τὸ quasi*: & quia debet sufficiens tempus juxta Interpretes, minimum unius horæ, inveniri pro afferendis crucibus, eductione latronum, bajulatione crucis, præparatione ad crucifigendum, ipsaque crucifixione facta in meridie. Conantur tamen Maldon. in Matt. 27. *ψ. 45.*, & à Lap. Joannem explicare de hora quasi sexta Ecclesiastica, etsi hæc, utpote incipiens in meridie, distaret adhuc ad minus integrâ horâ usuali; illud *τὸ quasi* moraliter sic extendentes, ex eo, quòd hora tertia Ecclesiastica, tres horas communes complexa, jam transactis duabus circiter suis partibus, vergeret ad finem, à quo fine horæ tertiæ Ecclesiasticæ Joannes sumpsit denominationem horæ sextæ Ecclesiasticæ, tamquàm non adeò longè distantis, & moraliter *quasi* præsens esse incipientis. Vide post *ψ. 34.* num. 1., & cap. 12. *ψ. 40.*

CAPUT XXVII.

PARS SECUNDA.

Crucis bajulatio, Crucifixio, & reliqua usque ad tenebras, Marci 15. à ψ. 16. ad ψ. 33., Luc. 23. à ψ. 26. ad ψ. 39., Joan. 19. à ψ. 17. ad ψ. 28.

V Erf. 31. *duxerunt eum, ut Crucifigerent*: tubicine populum conflante, more Romano, juxta Gretserum lib. 1. de Cruce cap. 16., & præcone supplicii merita proclamante. Joannes ψ. 17., *Bajulans sibi Crucem*, proin propriis secundum Athanas., Aug. 3. de consensu cap. 10., & Euthymium humeris, more tunc recepto, ut docet Plutarchus de fera numinis vindicta, Lipsius, Gretser.; adedque & suas portaverint Latrones; de quibus Lucas ψ. 32. *Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur*, quos ψ. 33. *Latrones* vocat; ad majorem Christo ignominiam.

ψ. 32. *Exeuntes autem, urbe, cum Maldon., Francisco Luca & aliis, quousque ab egressu è prætorio intelligitur Christus solus totâ urbe Crucem portâsse; & indicat circumstantia Simonis venientis de villa in urbem, ut est apud Marcum ψ. 21., invenerunt hominem Cyrenæum, in exitu urbis, fortè obvium & prætereuntem, militibus ignotum, humilis vel rusticanæ conditionis, utpote invitum coactum ad tam turpe ministerium. Censent Hilar., Ambros., Beda, Leo serm. 8. de passione, hunc fuisse origine gentilem; ex urbe Cyrene Lybiæ regionis inde dictæ Cyrenaicæ, ut vult Origen.: alii, fuisse ex urbe Cyrene, quæ est in Cypro, quæ nomen habeat à Cyro Fundatore.*

Probabilius putant Maldon. & Franc. Lucas, fuisse nativitate Judæum ex urbe Cyrene Syriæ in Decapoli, ubi, vel cujus incolis Christus (tunc hætenus Judæis prædicans) prædicavit Matthæi 4. v. 25., Marci 7. v. 31., additque Marcus v. 21. Patrem Alexandri & Rufi, tamquam qui essent noti, nimirum discipulatu Christi; nam aliàs, ut eorum pater, fuerint humilis seu ignotæ conditionis: scribitque Lucius Dexter ad an. Christi 112. num. 10.: "Cartagine Spartariâ (civitas est Hispaniæ) S. Alexander frater Rufi primi Dertosanorum Episcopi (hujus festum colitur 12. Novemb.) ... patitur cum Candido & Zosimo & fociis Martyrium. In religione sequitur Simon filios, nec fraudatur debitâ mercede portatæ post Christum crucis: nam post multa bona opera Hierosolymis placidè quievit.,

Hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus; cum Christus fatigatus nocturnâ vigiliâ ac sanguineo sudore, illusione in domo Caiphæ, diversis itineribus, flagellatione, coronatione, re-
 crudescens vulneribus viam sanguine rigans, cespitans, cadens aliquoties sub pondere protractæ crucis, longæ quindecim, latæ octo pedes, à Lap.; post multos insultus militum ac verbera, non esset ampliùs oneri ferendo, mortemque ejus acceleratam cuperent Judæi. Citat Maldonatus inter alios Origenem, Athanas. serm. de Passione, Aug. 3. de consensu cap. 10., Hieron., ut putantes, Simonem dein solum portâsse crucem: verùm cum Cajetano, & pio fidelium sensu, etiam in picturis expresso, & ut v. 31. dictus mos servaretur, videtur dicendum, quòd Christus usque ad locum supplicii crucem constanter tulerit; idque indicat Joannes v. 17., & Luc. v. 26., *imposuerunt illi crucem portare post Jesum*, Græcè ὀπίσθεν, *ponè, à tergo*, Schreve-

298 IN CAP. XXVII. MATTHÆI.

lius : idque ad nostrum exemplum , quo & doceamur , hominem participare crucem constanter ferendam in & cum Christo , ejusque virtute. Simon itaque simul cum Christo crucem portaverit , ejus caudâ sub brachium sublatâ , aut humeris impositâ. Et sanè hanc explicationem cum Evangelistis patiuntur Patres citati , non exprimentes Simonem *solum* portâsse.

Post angariationem Simonis Lucas à *ψ. 27.* ponit historiam piarum mulierum sequentium ac lamentantium , proin foris urbis (inter quas verosimiliter B. V. , quæ & dein fuit sub Cruce) ad quas Christus : *Filiae Jerusalem* , id est , mulieres Jerosolymitanæ , de toto illo genere personarum loquens , non tantùm de præsentibus , utpote aliquibus , vel fortè omnibus , mortuis ante urbis suæ everfionem post 40. annos , Maldonat. *Nolite flere super me* , propter me. Non se patientem fieri prohibet ; sed potioem super seipsas , filiosque suos Judæos admonet flendi habere materiam , propter suorum scelus & mala gravissima ipsis impendentia in excidio Jerosolymitano , de quo cap. 24. Adeoque , contra Luther. , Christiani de morte Christi piè ac licitè cum Ecclesia , ipsoque Christo tristantur , quatenus causata per nostra peccata , ipsique tam acerba ; atque item lætantur , ut causâ nostræ salutis , & gloriæ Christi ac Dei : verùm isti homines dolent in morte parentum & filiorum , petris duriores in morte unigeniti Dei. Sequitur apud Luc. *dicent : beatæ steriles , & ventres , qui non genuerunt , & ubera , quæ non lactaverunt.* Mulierum tunc futura lamentatio describitur , quæ in adversis magis de filiis , quàm de se sollicitæ , eos , quasi sui oblità , lamentantur : item , quia duplicem dolorem , pro se , proque suis filiis , erant percepturæ. *Tunc incipient dicere montibus , cadite super nos.* Vox est

extrema patientium, iisque vel sic morte eripi præoptantium. *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Sensus est: si ego tam speciosa & fructuosa Arbor, ob alienam culpam, justo Patris iudicio, voluntate ac permissione, & Judæorum scelere, sic tractor & excindor; quid supplicii manet Judæos, inutilia ligna, reprobata, & solùm igni apta? Inter has feminas una fuit Berenice, sive, ut scribit Lucius Dexter ad an. Domini 48. num. 2., Verenice, vulgò Veronica, quæ sudarium Christo exhibens, ut faciem sudore ac sanguine madentem abstergeret, ab eo illud recepit cum impressa ejusdem facie, ut habet Christianorum traditio, ac Methodius Episcopus apud Marian. Scotum ad an. 39., Baron. an. 36. De eadem vide Bredenbachium, Adrichomium in descript. Jerusalem num. 44. Sudarium hoc asservatur Romæ in Basilica S. Petri, de quo, ejusque miraculis extat liber vetustus in Archivio Bibliothecæ Vaticanæ; ità à Lap.

§. 33. *Et venerunt ad locum, qui dicitur Golgotha, Hebraicè, inquit Joannes, seu tunc Hebræis usitato Syro vel Chaldaico vocabulo, longinquitate temporis corrupto; cùm legendum foret Gul vel Golgoltha, à Lap.; quod est interpretatum Calvarie locus, ut ait Marcus §. 22. à cranio vel Calvaria Adami ibi sepulti, secundum Orig., Tertullian., Athanas. citat., Epiphani. hæresi 46., Basil. in Isaiæ cap. 5., Aug. serm. 71., Cyprian. serm. de resurrect.; qui tamen id tamquam ex quadam traditione referunt. Melius à craniis damnatorum, qui istic morte pledebantur, cum Beda & Hieron. etiam scribente, Adam sepultum juxta Hebron & Arbée, ex Josué 14. §. 15., ubi dicitur: nomen Hebron antè vocabatur Cariatharbe: Adam maximus ibi inter Enacim (sive inter gigantes diluvio postero-*

res ibi sepultos) *situs est*. Item de locis Hebraicis : *Arboch*, corruptè in nostris codicibus *Arboch* scribitur, cum in Hebræo legatur *Arbée*, id est, quatuor; eò quòd ibi quatuor Patriarchæ, Abraham, Isaac & Jacob sepulti sunt, & Adam magnus; ut in libro *Jesu* scriptum est: licèt eum quidam conditum in loco *Calvaria* suspicentur. Et sanè, quomodò Judæi locum sepulturâ Primi Parentis celebrem & venerandum patibulariorum cædibus & sepulturis inquinassent? sicut, quâ verisimilitudine locum sepulchri, e. g. Davidis, summo probro mutassent unquam in locum supplicii sceleratorum, ipsi religiosissimi honoris sepulchri observatores? Hæc ratio etiam facit contra eos, qui putant, Abraham hîc immolâsse filium: quod dici potest contigisse, non in hac, sed in illa parte montis *Moria*, ubi postea ædificatum est templum Jerosolymitanum, cujus & tertia pars est *Sion*: sicut tractus montium non rarè unus mons vocatur. Intelligi tamen potest, Adamum seu veterem hominem ibi sepultum esse mysticè in morte Christi, ejusque caput rigatum sacro ejus sanguine in ablutionem à peccatis: nec enim est verisimile, superfuisse tunc ejus caput post 3000. & ampliùs annos, post stragem diluvii, ut physicè Christi sanguine fuerit aspersum.

ψ. 34. *Et Dederunt ei*, dum omnia apparantur ad crucifixionem, *vinum bibere cum felle mistum*. *Et cum gustasset*, amaritiam, *noluit bibere*. Marcus ψ. 23., *non accepit*. Nempe accepit gustando, non accepit, ut biberet, Aug. 3. de Consensu cap. 11., ne mortem sibi accelerâsse inimicis videretur. Etsi Græca hîc cum Syro, Chryf., Theophyl., Euthym., Hieron., legant *acetum*; tenendum tamen est *vinum*, cum omnibus codicibus Latinis, Orig., Ambros. in Lucam, Hi-

lar., Aug. cit., Juvenco lib. 4., Sedulio lib. 5. carminum; & quia ipse textus græcus Marci habet, *Myrrhatum VINUM*: erat nimirum instar Myrrhæ amarum. Myrrhâ simul & felle dilutum fuisse, Aug., Beda, Strabus probabile putant. Vel, bonum illud quidem vinum fuerit, odore Myrrhæ variisque aromatibus conditum, de quo Plinius lib. 14. cap. 13., quodque, ut habetur ex traditionibus Judæorum in ipsorum *Talmud*, propinari solebat extremo supplicio afficiendis ad solamen & diminutionem sensûs in tormentis; verum quod odium Judæorum ad majus Christi tormentum *fragmentis*, ut scribit Euthym., *aridi fellis intritis* fecerat amarulentum: sicque intelligitur hîc impleri illud Psalmi 68., quem Hieron. de Christo explicat, *dederunt in escam meam fel*: id autem quod sequitur; *Et in siti mea potaverunt me aceto*, non huc pertinet, sed ad *ψ. 28.* Joannis, ubi dixit Christus, *sitis*; ita Hilar. & Ambros., &, conferendo textus, patet ex diversis circumstantiis.

De circumstantiis crucifixionis Christi. 1. Cùm inter condemnationem factam ante horam *sex-tam* usualem inchoatam, & crucifixionem fuerit ad minus una hora usualis, secundum dicta *ψ. 24.*, & post crucifixionem, *horâ sextâ* usuali aliquantum transactâ, vel *sextâ* Ecclesiasticâ inchoatâ, tenebræ factæ sint, ut dicemus *ψ. 45.*, sequitur, Christum crucifixum pependisse in meridie. De hora crucifixionis solus exprimit Marcus *ψ. 25.*, *Erat autem hora tertia: Et crucifixerunt eum* (& ita legunt omnes Codices) adedque intellige tertiam Ecclesiasticam planè finientem. Idem est, si dicatur Christus crucifixus horâ sextâ usuali similiter finiente; item horâ sextâ Ecclesiasticâ inchoante; quia sic omnes illæ horæ coincidunt in meridiem; & nulla est con-

trarietas inter Evangelistas. Pro quibus, & pro
dicendis ψ . 45. ex Tirino in Chron. nota. Præ-
ter divisionem diei naturalis in 12. horas commu-
nes seu usuales, de qua Matt. cap. 12. ψ . 40.,
Judæi insuper (sicut noctem, à militum excu-
biis, in quatuor vigiliis) diem naturalem divi-
debant in quatuor horas, *Primam, Tertiam, Sex-
tam, Nonam*, quarum singulæ tres horas com-
munes seu usuales continebant; & quarum sin-
gulæ sequentes, nempe Tertia, Sexta, Nona,
nomen mutuabant ab ultima elapsa hora usuali:
sic *Sexta* dicebatur, quia tunc ab ortu solis sex
horæ usuales seu communes præterierant, &c.
Prima inchoabat cum ortu solis; Tertia finiebat
in meridie, quando & incipiebat Sexta: Nona
in occasu solis terminabatur. Hæc diei divisio
facta in ordine ad preces & officia Sacra: nimi-
rùm de quo Actor. 3., *Petrus & Joannes ascen-
debant in templum, ad horam ORATIONIS No-
nam* (& harum nomina etiamnum retinet Ec-
clesia in Officio Canonico) quæ proin *horæ Ec-
clesiasticæ* dicuntur; ita cum Toletio in Joann.
cap. 19. ψ . 14. annotatione 8. ad fin. Igitur, cum
tunc esset ad æquinoctium, Hora *Prima Eccle-
siastica* erat cum ortu solis ad nostram *Sextam*,
durans usque ad nostram *nonam finitam*; quando
incipiebat *Tertia*, finiens cum nostra *duodecima*,
sive in meridie; quando inchoabat *Sexta*, durans
usque ad finem nostræ *tertiæ*; quando incipiebat
Nona, currens usque ad nostram *sextam finitam*,
sive ad occasum solis.

2 Crucifixus fuit nudus, more Romano, &
quidem totus, secundum Ambros. lib. 10. cap. 23.
Lucæ, S. Bonavent., Franc. Lucam, Gretser. lib. 1.
cap. 22., Suarez; & favet Psalmus 21. *ipsi verò
consideraverunt & inspexerunt me*. Linteum igitur,
quo Christus in Cruce velatus fertur, &

In CAP. XXVII.
venerabilis
vultus in ipsa cruce
obductus de more
dum de cruce depo-
sitam, fuit honeste
Cruce humi paces
Abulens., G.
conformis sensui
commodius, & Chri-
stus elevaretur, ut
Nonus Parapolo-
avent., Telet.,
stantem cruce an-
Magnâ vi attrahi
omnibusque m-
18. est: *divina*
Crassioribus ferr-
Helena) in ligno
ac pedes, Pfal-
velis meos. Zachar-
vno manuum tuar-
te manus meas &
ym., Beda, Cyril-
tologo 2., Leo
Aug. tract. 121
nunquam ex sin-
Christus, quia
ante crucifixo
in manibus ejus
DIGITUM mem-
ret, clavos fuis-
Et quidem qua-
s manus ac jun-
lictoribus com-
superimpositur
cit., cruce fuis-
potuisse conc-

Àquisgrani venerationi habetur, forsan est, quo ejus vultus in ipsa crucifixionis inflictione vulnerum obductus de more fuit; vel quo ejus corpus, dum de cruce deponitur, ungiturve ad sepulturam, fuit honestè tectum; ità Gretser. cit.

3. Cruce humi jacente, S. Anselm., Laurent. Justinian., Abulens., Gretser. apud à Lap., estque conformius sensui fidelium, eratque militibus commodius, & Christo acerbius, dum quassata crux elevaretur, ac in scrobem immitteretur. Nonnus Panapolita tamen in cap. 19. Joan., S. Bonavent., Tolet., putant, in suppedaneo altiore stantem cruci antea erectæ fuisse affixum.

4. Magnâ vi attractis & tensis brachiis ac pedibus, omnibusque membris, Hieron. in Psal. 21., ubi *ψ. 18.* est: *dinumeraverunt omnia ossa mea.*

5. Crassioribus ferreis clavis (postea inventis à S. Helena) in lignum terebratum adactis per manus ac pedes, Psal. 21. *foderunt manus meas & pedes meos.* Zachariæ 13. *quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Lucæ cap. 24. *ψ. 39.*, *videte manus meas & pedes*, perforatos nempe; Euthym., Beda, Cyril. apud D. Tho., Maxentius dialogo 2., Leo ferm. 1. de Ascensione Domini, Aug. tract. 121. in Joan. Et quomodò alioquin tamquam ex singulari speciali signo concluderet Christus, *quia ego ipse sum*, in eodem corpore ante crucifixo? Joannis 20. *ψ. 25.*, *nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum*: unde & patet, clavos fuisse ad minus crassitudinis digiti. Et quidem quatuor clavis, singulis per singulas manus ac junctos pedes: quia id naturalius, lictoribus commodius; unumque pedem alteri superimpositum uno clavo, ut vult Nonnus cit., cruci fuisse affixum, non nisi difficilè fieri potuisse concipitur, cum & pedes vi attrahe-

rentur. Stigmata S. Francisci quatuor clavos repræsentant, ait Lucas Tudens. lib. 2. contra Albigenses cap. 11. Fuit tamen insuper, juxta Hilar. lib. 10. de Trinitate, funibus cruci alligatus; qui ostenduntur Romæ in templo S. Crucis in Jerusalem, à Lap. Scribunt Iren., Justin., Gregor. Turonens. Apud Gretser. lib. 1. cap. 29., in cruce fuisse suppedaneum seu asserculum, in quo innixi & fixi fuerint Christi pedes: verum in cruce delicatior hæc fabrica videtur, ait Lipsius; nec Christus in cruce stetit, sed suspensus pependit, Actor. 5. v. 30., Galat. 3. v. 13. quod & erat dolorosius.

6. Urbem quasi averfatus, facie in occidentem: unde Christiani orant & Tempora erigunt ad Orientem, versùs crucifixi faciem; Damascen. 4. de fide cap. 13., Hieron., Beda, German., Sedulius apud à Lap.

7. Dum crucifigitur, vel Crux in altum levatur; certius ante divisionem vestium, ordine narrationis Lucae v. 34., primum dixerit verbum; *Pater dimitte illis*, utique crucifigentibus; item, secundum Cyprian. tract. de passione, Judæis: *non enim sciunt*, etsi culpabiliter, *quid faciunt*: dicente etiam Petro Actor. 3. *Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri*. Vincit in bono malum. Ex hac oratione multi conversi fuerunt in Pentecoste, Actor. 2., & deinceps.

v. 35. *Postquam autem crucifixerunt eum, dividerunt vestimenta ejus*. Hæc tria fuere, *tunica inconsutilis desuper contexta per totum*, Joan. v. 23., quæ interior quasi pro indusio erat, & ex veteri opinione ac Euthym. à B. V. Christo puero texta, cum ipso crescente creverat (sicut vestes Hebræorum 40. annis in deserto) vestis exterior, & pallium (ipsi in horto ereptum, & huc

huc allatum) Euthym., Salmeron, à Lap., qui ait : thoracis, femoralium, tibialium non erat usus apud Judæos. De duobus ultimis Joannes cit. intelligitur, *fecerunt quatuor partes, unicuique, è quatuor Christi lictoribus, militi partem. Sortem mittentes*, non tantum super tunicam inconsutilem integram relictam, sed etiam super partes factas, ad vitandum dissidium; idque indicat Marc. ψ . 24., *diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super eis* (in plurali) *quis quid tolleret*. Joannes ψ . 24. adnotat, hoc facto impletam Scripturam Psal. 21. ψ . 22.

Interim dixerit Christus secundum verbum; Joannis ψ . 25., 26. & 27., quo Matri, *stanti juxta crucem*, cum Joanne & aliis mulieribus, Joannem pro se filium quasi adoptivum, Joanni Matrem commendat. *Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua*, non prædia, sed officia, curam, obsequia; Cyril. lib. 12. cap. 34., Aug. tract. 116., Chryf. hom. 84. omnes in Joan. Matrem, etsi vehementissimi, at justii liberique doloris gladio transfixam, forti ac infracto animo, voluntate perfectissimè divinæ conformatâ, *stantem juxta crucem* legimus, Ambros. de instit. virgin. cap. 7., & in cap. 23. Lucæ, S. Anselm. hic: nullibi verò, spasnum vel epilepsiam indecenter passam aut exanimationem, juxta Maldonat., Cajetan., Tolet., Suarez; etsi hoc sentiant S. Bonavent., Bernard., favente Aug., Laurent. Justiniano, Dionys. Carthus. apud à Lap. hic in Joan. Sicubi fuit celebratum festum spasmi B. V., Resp. illud vel esse abrogatum, vel loci particularis, non universaliter in Ecclesia, vel esse Festum Dolorum B. V.

ψ . 37. Crucifixo Domino, *imposuerunt super caput ejus*, affigentes cruci, more Rom. *causam ipsius*, mortis crucis, scilicet affectatum

(ut falsò prætendebant Judæi) Regnum : rectè Joannes ψ . 19. *titulum* vocat, nimirum honoris potius & innocentia Christi, ac sceleris Judæorum, de quo fusè Salmeron tract. 37., quem Pilatus à Pontificibus ex hoc, quamquam tacito, capite rogatus Joan. ψ . 21., *noli scribere, Rex Judæorum : sed quia ipse dixit : Rex sum Judæorum*, mutare tamen noluit; vel ignarus subserviens divinæ dispositioni ac veracitati, in titulo à se scripto, nempe quòd verè erat, *Jesus, Nazareus, Rex Judæorum*. Titulum hunc verbotenus dat Joannes, Evangelistarum postremus scribens, & oculatus testis; alii Evangelistæ tantum quoad sensum. Inscriptus seu insculptus fuit tabulæ lignæ, *Hebraicè, Græcè, & Latinè*, tribus linguis tunc in orbe prædominantibus; majusculis, utpote qui à prætereuntibus legeretur; litteris Latinis & Græcis, ordine Hebræo, à dextrâ in sinistram vergentibus, ut monstrat illius tabulæ, à S. Helenâ inventæ, & Romæ servatæ in Basilica S. Crucis in Jerusalem, sola superstes vox *Nazareus*, reliquis vetustate exesis, teste à Lap.

ψ . 38. *Crucifixi sunt cum eo* (ergo non solis funibus cruci alligati) *duo Latrones famosi, unus à dexteris, Dimas, & unus à sinistris, Gestas nomine, Salmer;* medius autem Jesus, tamquam ipsorum caput, aut illis sceleratior, ad summam ignominiam, *cum iniquis reputatus*, Isaia 53. ψ . 12. Clavis igitur affixi fuerunt, ut Christus, Aug. tract. 37. in Joan., Greg. 1. 28. moral. cap. 25., Ambros. Orat. de obitu Theodosii sub fin., Paulin. Epist. 11.; eodemque, ut moris erat, modo, & similibus planè, & ejusdem materiæ crucibus: & quia, si Cruces Latronum non habuissent similia signa, etiam foraminum, sed violenter divaricatis cruribus ac brachiis, ut

IN CAP. XXVII. MATTHÆI. - 307

non raro pinguntur, fuissent crucifixi, facile potuisset Crux Christi distingui; cum tamen, ut referunt Historici, S. Helena miraculo eam dignoverit. Quare etiam versiculus cit. à Glossa Clementina de Summa Trinitate, *ligna Crucis palma, Cedrus, cupressus, Oliva*, non potest litteraliter sumi, sed sensu spirituali, quatenus in cruce Christus quasi cedrus exaltatus fuit; quasi cupressus comata pulcher, & nobis umbrosus ab æstu malorum & tentationum; quasi oliva gratiæ oleum fudit; quasi palma victor de morte triumphavit. Brevitas temporis & multitudo gestorum usque ad tenebras videtur exigere, ut eodem cum Christo tempore, & ab aliis licitoribus latrones fuerint crucifixi. Item,

ψ. 39. &c. ante tenebras juxta Aug. 3. de consensu cap. 13. post medium, factæ sunt, & ab Evangelistis ponuntur, blasphemiarum & impropria militum, Principum Sacerdotum, Scribarum, Seniorum: & ψ. 44., *id ipsum & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperebant ei*; Marcus ψ. 32. etiam ponit in plurali; adeoque initio ambo simul, quo magis eluceret Christi mansuetudo & misericordia in secuta unius conversione; ita Hieron., Hilar., Origen., Cyril. Jerusalemitan., Chryf., Theophyl., Euthym., contra Ambros., Aug., Leon., Cyprian., Gregor. apud à Lap., putantes per Synecdochen poni numerum pluralem pro singulari. Nec obstat Lucas ψ. 44. loquens de uno, ut dicetur ad ψ. sequentem.



CAPUT XXVII.

PARS TERTIA.

Prodigia, reliqua Christi verba, mors, & sepultura, Marci 15. à ψ. 33., Lucæ 23. à ψ. 39., Joan. 19. à ψ. 28.

V Erf. 45. *A sexta autem hora* usuali seu communi (nostra duodecima) Lucas ψ. 44. *erat autem FERÈ hora sexta*, Græcè ὥρι, *velut, tamquam, quasi*, circiter, seu aliquantum transacta, ut innuit Marcus ψ. 33., & *facta hora sexta* (in idem redit, si intelligantur de sexta Ecclesiastica, at aliquantum inchoata) quia debet sufficiens tempus dari gestis dictis ψ. 35. & 39. *Tenebræ factæ sunt SUPER UNIVERSAM TERRAM* (similiter Marcus & Lucas) *usque ad horam nonam*, usualem (nostram tertiam) finientem; vel, si vis, usque ad nonam Ecclesiasticam inchoantem. Itaque non tantum intra Judæam, ut vult Origen., hæ tenebræ (quamvis non tam densas cum Maldon. fuisse existimandum, ut non potuerint fieri, quæ facta esse narrant Evangelistæ) ortæ sunt ex subtractione aliqua radiorum solarium (& consequenter cum defectu aliorum Planetarum) Luca ψ. 45. scribente, & *obscuratus est sol.* Amos 8. ψ. 9., *Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis;* ita Hieron. & Cyprian. serm. de bono patientiæ, *cum sol, ne Judæorum facinus aspicere cogatur, & radios & oculos suos subtrahat*: similiter Chryf. in Catena ex serm. de passione: item, ut, cum omnibus elementis, Domino suo quasi compateretur, ater seu pullatus lugeret: item, (sicut & quoad alia miracula, quæ in Christi

morte contigere) in testimonium ejus Divinitatis. Non itaque tenebræ factæ sunt per oppositionem densarum nubium, ut Origen., nec, ut alii, per interpositionem lunæ; quia hæc non sufficit ad universalem toti terræ eclipsim, qualem hanc fuisse constat ex Evangelistis & PP. cit., ex Dionys. Areopag. & Apollophane Philosopho, qui tenebras has Heliopoli (nunc Damiatæ) in Ægypto oculati testes observaverunt, Dionys. epist. 7. ad Polycarp. & epist. 11. ad Apollophan., testaturque Tertullian. cap. 21. in Apologet., istum mundi casum à Romanis in archiva relatum; & Euseb. in Chron. ad an. 33., se in commentariis ethnicorum reperisse, tenebras fuisse universales, item Phlegonem ethnicum insignem olympiadum supputatorem ita scripsisse: "Quarto autem anno 202. Olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta, dies horâ sextâ ita in tenebrosam noctem versus, ut stellæ cælo visæ sint, terræque motus in Bithynia Nicænæ urbis multas ædes subverterit., Passim tamen unâ admittitur mirabilis trium horarum, in plenilunio (utpote Judæis celebrantibus Pascha) eclipsis, lunâ subito miraculosè transvectâ è diametro, solemque contra naturalem in eclipsibus cursum ingrediente & egrediente; idque propter autoritatem Dionys. cit., qui sic eam describit, ut à se cum Apollophane studiosè observatam. Verumtamen fortè tantum fuerit interpositio lunæ apparens, scilicet sole retractis radiis primùm ab Oriente obscurato, &c. Ubi autem tunc erat nox, adeòque naturales tenebræ, hæc fuerint auctæ & crassiores, etiam ex subtractione lunæ deficientis, &c. de tenebris nil habet Joannes.

His tenebris territi verosimiliter Primores, do-

num, saltem multi, se subdlexerint, iussis remanere militibus cum centurione, qui servarent eum, ne fortè à suis deponeretur, & finem viderent. Item Dimas latro, quem dextrum fuisse ait Hieron. in Lucæ cap. 15., hoc miraculo permotus, juxta Origen. tract. 34. in Matt., Chryf. hom. 2. de Cruce & Latrone, divinâ gratiâ adspirante conversus, alium Latronem, ut intelligitur apud Lucam à ψ . 39., obstinatè pergentem Christum blasphemare, fraternè corripiens, se illumque justè in eadem damnatione crucis esse, Christum verò innocentem, Deum, ejusque regnum æternum credens & confitens, eximiâ fide, spe & charitate, Leo serm. 2. de Passione, Cyril. Catechesi 13., Greg. 18. moral. cap. 13., meruit audire tertium Christi verbum, ψ . 43., *Hodie MECUM eris in Paradiso*, in loco voluptatis, ubi sis in beatitudine, in limbo Patrum meâ præsentia illustrando, quò anima Christi mox descendit à morte, tribus diebus & tribus noctibus in inferioribus terræ commorata, Justin. quæst. 76. ad orthodoxos, Athanas. epist. ad Epiet., Aug. lib. 12. de Genesi ad lit. cap. 34. Non ergo sumitur pro Paradiso terrestri, ut vult Theophyl. & Euthym., nec pro cælo, quò Christus tantum ascendit post 40. dies, & primus illud intravit, etsi ita sentiant Cyril. & Chryf. citati, Nyssen. serm. de Resurrect. Domini, Aug. tract. 111. in Joan., nisi explicentur de cælo metaphorico. Latronem hunc Martyrem habent Cyprian. epist. ad Fabian., Aug. serm. 120. de tempore, Hieron. epist. 13. ad Paulin., Hilar. lib. 10. de Trinit.: quod si ita propriè est, dicendum, quòd dein ipsi fracta fuerint crura, morsque illata in odium professionis Christi.

ψ . 46. Exceptis dicendis, reliquo tenebrarum tempore siluit Christus, offerens se Patri Sacrifi-

IN CAP. XXVII.
pro salute mundi
salarum aliquis mori
coram mundo
Eli &c. ex Pi
bi et. Marcus
sententia, paulu
de consensu cap.
43. Non despera
Calvinus: quid
Non etiam quò
verbi fuerit d
Verbum, qu
dimisit: nec gr
beatificâ privat
lendendam mag
is, quam pro no
que inferioris ho
nacione quasi con
succurrat, se
tem pati velit hu
teriusque
Theophylact.
nec Ambros.
separacione
& consolatio
in horto, cap.
47. Quidam au
romanis militibus
regis, juxta Hi
vocat iste: de
vel etiam
malignè & sa
ntes. Hic secu
Salmeron,
cap. 17.
28., postea

cium pro salute mundi, &c. quia aliqui Evangelistarum aliquis morientis verba retulisset. *Et circa horam nonam* (ut supra explicatam) *Clamavit Jesus voce magnâ*, quartum verbum *dicens: Eli, Eli &c.* ex Psal. 21., ut notat Hieron., & prout ibi est. Marcus *ψ. 34.* ait: *Eloi, Eloi*; eadem sententiâ, paululum inflexo vocabulo, Aug. 3. de consensu cap. 17., & de quo Salmeron tract. 43. Non desperat hic Christus, ut blasphematur Calvinus: quid enim sanctitati cum peccato? Non etiam quod divinitate & unione Hypostaticâ verbi fuerit destitutus; quia ex Regula Patrum, Verbum, quod semel assumpsit, numquam dimisit: nec gratiâ & amicitia Dei, nec visione beatificâ privatus: sed *clamavit voce magnâ*, ad ostendendam magnitudinem doloris & derelictionis, quam pro nostra salute patiebatur, intimumque inferioris hominis sensum, piè & cum resignatione quasi conquerens, cur Pater Cœlestis non succurrat, sed tam atrocia tormenta & mortem pati velit humanitatem, omni omnino interiùs exteriùsque solatio destitutam, Hieron., Chryl., Theophylact., Euthym.; nec aliud vult Hilarius, nec Ambros. dicens; *clamavit homo divinitatis separatione moriturus*, id est, divinæ opis, auxilii & consolationis. Vide dicta de tristitia Christi in horto, cap. 26. *ψ. 37. 39. 44.*

ψ. 47. *Quidam autem illic stantes & audientes*, è Romanis militibus, Hebraicæ vel Syriacæ linguæ ignaris, juxta Hieron. & Euthym., dicebant: *Eliam vocat iste*; de quo subinde ex Judæis audierant: vel etiam *quidam* Judæorum id dicebant, malignè & sarcasticè Christi verba interpretantes. Hic secundum à Lap., Menoch., Maldonat., Salmeron, favente Hieron. & Aug. 3. de consensu cap. 17., ordine inferendum, quod habet Joan. *ψ. 28.*, *postea*, statim vel Paulò post, *sciens*

Jesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura (Psal. 68. v. 22.) dixit quintum verbum, Sitio, siti ardentissimâ naturaliter ortâ ex tormentis & sanguinis profusione. Quo audito,

v. 48. Continuo currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere: quod idem, teste Aug. cit., sic explicat Joannes v. 29., vas ergo erat positum, more ordinario, contra deliquium animi supplicio afficiendi, aceto plenum. Illi autem, aliqui invicem juvantes, spongiam plenam aceto, Hyssopo circumponentes, id est, fasciculo Hyssopi, ut Aug. in Psal. 50., spongiam arundinis summitati circumponentes; prout & Lucas per anticipationem v. 36., inserit, milites accedentes, & acetum offerentes ei; obtulerunt ori ejus: acetum enim in deliquio vires dat, uti &, teste Plinio, Hyssopus.

v. 49. Ceteri verò dicebant: sine, videamus, an veniat Elias liberans eum. Et ipse miles offerens acetum, Marci v. 36., finite, ut videamus, si veniat Elias ad deponendum eum: quod quidam fortè futurum cogitabant, quidam irridebant. Tum Joannes v. 30., Cum ergo accepisset Jesus acetum, sugendo è spongia, dixit, sextum verbum: consummatum est, quidquid in Scripturis de me prædictum; prout Joannes v. 28. præmiserat; ut consummaretur Scriptura: adeòque non, ut somniat Calvinus, consummata sunt Sacrificia, satisfactiones, &c., ad ea, cum Sacrificio Eucharistico, excludenda pro Nova Lege: quæ ipsa, Sacrificium Missæ, bona opera, satisfactiones, credunt Catholici sibi profluxisse ex consummatis Christi meritis & satisfactione per unicum cruentum Sacrificium Crucis.

v. 50. Jesus autem iterum clamans voce mag-

nā, in se miraculosā; cū in homine tormentis exhausto deficientibus violentā morte, ut Christus mortuus est, viribus, vox naturaliter deficiat cum vita: & juxta Hieron., Chryf., Euthym., Theophylact., ad ostendendum, se, utpote Deum (etti naturaliter ac necessariō modo jam dicto) tamen etiam liberē mori, ut est Joan. cap. 10., *potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam*, animam; quatenus nempe non impedivit causas mortis, aut vires novas sanguinemque sibi non substituit, aut etiam sine his animam corpori unitam non retinuit, ut poterat. *Clamans*, septimum verbum, quod solum dat Lucas v. 46., *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, id est, tamquā nobile depositum apud te custodiendum do, ut tertiā die illum corpori reddam; itā Ambros. in Luc., Tertullian. libro contra Praxeam. *Emisit spiritum*. Joannes addit: *inclinato capite*, ut in sic pendente erat naturale; sicut fuerat sentire ictus verberum, puncturas spinarum, &c.; quamquā & liberum, conformiter ad dicta.

v. 51. *Et ecce*, id est, statim à morte Christi, Aug. cit. cap. 19., *velum Templi*, ex Hyacintho, Byllo, Cocco, purpura mirā varietate contextum, Exodi 26., ante Sanctum Sanctorum pendens, Leo Serm. de pass., Cyril. in cap. 19. Joan., Euthym., Theophylact., Beda; item aliud exterius ante Sanctum, Orig., Hieron. epist. 150. ad Hedibiam, prætensum inauguratæ portæ templi, ejusdem cum altero velo materiæ & operis, Tiriin., *scissum est in duas partes à summo usque deorsum*, in signum quasi luctūs Templi, vestem suam more judaico scindentis ob scelus Pontificum & Sacerdotum, Cyril., Euthym., Theophylact. Item in signum V. L. finitæ, & patefactæ, ut etiam gentiles per Evangelium jam vi-

deant, quæ Judæi tot figuris adumbrabant, & occultabant, Orig., Hieron. De scisso velo Lucas ̄. 45. præoccupando jungendum putavit tenebris, Aug. 3. de consensu cap. 19. *Et terra mota est*, universaliter, Paulus Orosius lib. 7. cap. 4., Didymus in Catena Græca in Job cap. 9., Euseb. in Chron, Phlegon cit. ̄. 45.; *Et petre scissæ sunt*, tum aliæ, tum rupes Golgotha, Lucian. Martyr, Cyrill. Jerosol., Euseb., Tirin. Omnia lugent vitam mortuam, monstrantque Divinitatem, & detestantur scelus Judæorum. ̄. 52. & 53. Quæ hic continentur esse de textu sacro, patet, quod legantur in omnibus codicibus Græcis & Latinis, citenturque à Patribus, Ignat., Justino, Orig., Clemente Alexand., Epiphan., Cypriano, Chrys., Cyril. Jerosol., Hieron., Aug. apud Salmeron. tract. 47. *Et monumenta aperta sunt*, in signum triumphi de morte, ac resurrectionis Christi, & ibidem sepulchrorum, Ambros. lib. 10. in Luc. & Hilar. apud à Lap. Ergo non statim à morte, etsi ita velit Hieron. & Beda, sed à resurrectione Christi; & quia connectendo sequitur: *ET multa (non omnia) corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt*, verè & realiter, secundum proprietatem textûs, ac Patres citandos: *Et exeuntes de monumentis POST RESURRECTIONEM EJUS, venerunt in sanctam civitatem*, Jerusalem, sic dictam à sanctitate Templi, Hieron., *Et apparuerunt multis*, in testimonium resurrectionis Christi, Hieron.: nullus igitur ante ipsum surrexit, Hieron. *Apparuerunt*; ergo videntur eorum corpora divinâ virtute nunc visibilia, nunc invisibilia fuisse, prout voluntas & ratio ferebat. Ex dictis habetur, quod Evangelista illud de monumentis apertis per anticipationem numeret cum cæteris, quæ in morte Christi contigerunt; non tamen ut tunc factum.

IN CAP. XXVII.
 Quæritur, an resur-
 rexit cum corporibus
 quos ascendit; an
 tantum tenent Epiphan.
 alexandr., Sophocles
 in synodo, Leon
 in Hieron. Secund
 aristot. hom. 11. in
 sophyl., Euthym.
 monumentum petru
 tur, omnes Pat
 is consummando
 corporum, Aug
 reccio erit uni
 9., *Et sepulchra*
 ternum diem,
 opus Davidis five
 ulchrum Christi
 um esset Petri tel
 Psal. 15. incorru
 bili, opponendo
 a & habetur ̄. 5
 Celam, qui tam
 creiffet saltem J
 eus servatur R
 a; trium Regum
 illent illi corpor
 ne Apostolos.
 Contra objectio
 resurrectione Ch
 um beato (sicu
 us, prout opus et
 opponunt, & in
 unt suam glori
 vent vitam bea
 Dei dispositione
 gloria anima fu

Quæritur, an resurrexerint ad immortalitatem, & cum corporibus gloriosis unâ cum Christo Cœlos ascenderint; an contrâ rursus mortui sint? primum tenent Epiphân., Ambros., Orig., Clem. Alexandr., Sophronius in libello approbato in sexta synodo, Leont., Anselm., Remigius. Nil definit Hieron. Secundum, cui adhæreo, censent Chrysof. hom. 11. in Symbol. Apost., Aug., Theophyl., Euthym., S. Thom. 3. p. q. 53. a. 3. Argumentum petitur 1., quia Paulus ad Hebr. 11. testatur, omnes Patres defunctos non esse sine nobis consummandos, nempe ad immortalitatem corporum, Aug. Epist. 99.: & quomoddò aliàs resurrectio erit universalis? 2. dicitur Actor. 2. v. 29., & sepulchrum ejus apud nos est, usque in hodiernum diem, nimirum ut adhuc continens corpus Davidis five reliquias: alioquî enim etiam sepulchrum Christi visitur usque hodie; & invalidum esset Petri testimonium ad probandum juxta Psal. 15. incorruptionem & resurrectionem Christi, opponendo ex corruptione Davidis; de quo & habetur v. 34., *Non enim David ascendit in Cœlum*, qui tamen tunc resurrexit. 3. Sic surrexisset saltem Joannes Baptista; & tamen caput ejus servatur Romæ, uti & Brachium S. Annæ; trium Regum corpora Coloniae, &c. 4. Sic fuissent illi corpore in cœlo ante B. V. & essent ante Apostolos.

Contra objectiones nota: quòd animæ illæ in Resurrectione Christi fuerint beatæ in corpore non beato (sicut Angeli apparentes in corporibus, proût opus est, assumptis, quæ & sine dolore deponunt, & in quæ non necessariò transfundunt suam gloriam beatificam) animæ illæ vivebant vitam beatam, non corpora, quæ tamen Dei dispositione non egebant cibo aut potu, &c. Gloria animæ suapte naturâ redundat in corpus,

nisi impediatur : sic gloria animæ Christi viatoris non redundavit in ejus corpus. Illud Joannis 1., *Deum nemo vidit unquam*, & Exodi 33., *Non videbit me homo & vivet*, intelligitur de hominibus secundum animam & corpus vitam ducentibus viatricem; hæ autem animæ erant immortales & Beatæ. Lazarus Joannis 11. & filius viduæ Luc. 7. resuscitati licet rursus mortui, fuere indicium resurrectionis ad immortalitatem; ergo etiam hic : quatenus, qui habet virtutem mortuum ad vitam resuscitandi, habet & resurrectionem continuandi, etiam in infinitum; prout & docuerat Christus, se resuscitaturum mortuos in vitam æternam.

¶ 54. *Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terræ motu, & his quæ fiebant, tenebris, clamore voce magnâ, petris scissis, timuerunt valde, dicentes : verè filius Dei erat iste.* Marcus ¶ 39. nil dicens de aliis, quod, teste Aug. 3. de consensu cap. 20., patet non contrariari; scribit : *videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait : verè hic homo Filius Dei erat, naturalis scilicet,* Hieron., Beda, Bernard. serm. 2. de Epiphan., non refragante Aug. cit., qui tantum dicit, forte aliter intellexisse. Nec repugnat, quod de eodem Centurione habet Lucas ¶ 47., *Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum, suo testimonio, dicens : verè hic homo justus erat : utrumque enim dixerit.* Tum, prosequitur Lucas : *& omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur, in detestationem sceleris patrati, pœnitentes.*

¶ 55. *Erant autem ibi mulieres multæ à longè; cum, saltem quædam, ante tenebras cum B. V. propiùs, juxta Crucem stetissent, Joannis*

IN CAP. XXVII.
 24. forte rececere
 Lucæ ¶ 49. non quod
 non essent, sed
 à longe stare
 hic pone, quod ha
 ita ergo, quoniam
 necessestiorum
 curi nil licebat, r
 entur eorum cr
 hito, quo citus
 Salmeron;
 et ejus infamia;
 rant, ut innuit
 os, hoc fuisse
 Pilatum rogaver
 lerentur, prater
 die sepeliend
 referim illo Sab
 mebant Hypocri
 modum militum
 Christi commotæ
 Lucas. ¶ 34. Un
 quomodo en
 terminatumque
 sponte, Lo
 tum Nicodemi
 cap. 23. Isidor. H
 ita lanceæ; de
 Marti : Cesar
 militis, qui latu
 tar. Lancea, v
 detrum, Bern
 Nazianz.; & c
 ti S. Francisc
 Christi 122

IN CAP. XXVII. MATTHÆI. 317

ψ. 25., fortè recedere iussæ à militibus, *vel ut à densitate turbæ se exuerent*, inquit Aug. cit. cap. 21. Lucas ψ. 49., *stabant autem omnes noti ejus à longè*: non quòd omnes noti ejus, e. g. Apostoli, ibi essent, sed quòd illi aliqui, qui aderant, omnes à longè starent.

Hic pone, quod habet Joannes à ψ. 31. ad 38., *Judæi ergo, quoniam Parasceve erat*, id est, præparatio necessariorum ante instans Sabbatum, quo operari nil licebat, *rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura*, more verosimiliter non insolito, quo citiùs morerentur crucifixi, Maldon., Salmeron; & ut majori tormento major esset ejus infamia; quod & Christo inflictum cupiebant, ut innuit Joannes ψ. 36., specialiter notans, hoc fuisse divinitus impeditum; adeòque id Pilatum rogaverint, Christo adhuc vivente. *Et tollerentur*, prætextu legis Deuter. 21. ψ. 22., eodem die sepeliendi, ne terram contaminarent, præsertim illo Sabbato; re autem ipsâ, quia sibi timebant Hypocritæ à tumultu fortè orituro quorundam militum & turbæ miraculis in morte Christi commotæ, Salmer., a Lap., Francis. Lucas. ψ. 34. *Unus militum*, non cæcus corpore; quomodò enim cæcus tam meditatam determinatumque ictum daret? Propriâ, ut videtur, sponte, Longinus nomine, juxta Evangelium Nicodemi apocryphum, Aug. in manuali cap. 23, Isidor. Hispalens., fortasse sic dictus ab ictu lanceæ; de quo Martyrolog. Roman. 15. Martii: *Cæsareæ Cappadociae passio S. Longini militis, qui latus Christi Lanceâ perforasse dicitur. Lanceâ*, uti & Græcè est λόγχη, *latus ejus*, dextrum, Bernard. serm. 30. in Cantica, & Greg. Nazianz.; & confirmatur ex stigmate lateris dextri S. Francisci apud Wadding. in annal. Minor. an. Christi 1224. num. 19. *Aperuit*, ut sic certior

318 IN CAP. XXVII. MATTHÆI.

esset de morte Christi : nobis verò ex divina dispositione *aperuit* tamquam ostium amoris, unde profuerent humanæ salutis Symbola, secundum Patres apud Salmer. tract. 48., item ob rationem Joannis ψ . 37., *Et continuo*, simul, *exiit sanguis* ex corde, ab una parte, & *aqua* ex pericardio perfossis, ab altera parte ejusdem vulneris tam largi, ut, Joannis cap. 20. ψ . 25., posset manus integra immitti; scribente Cypriano tract. de Passione : *de latere tuo, ô Christe, divisis limitibus aqua & sanguis emanant*, non mixtim, sed separatim. Unde & miraculosum fuisse hunc sanguinis & aquæ fluxum, censent Ambros. in cap. 23. Lucæ, Euthym., Theophylact., S. Thom., & indicat Joan. ψ . 35., de eo tamquam de re planè mirabili loquens. ψ . 36., *Facta sunt enim hæc, ut Scriptura*, Exodi 12. ψ . 46., *Impleretur : os non comminuetis ex eo*, litteraliter Agno Paschali, typo Christi. ψ . 37., *Et iterum alia Scriptura dicit*, Zachar. 12. ψ . 10., *Videbunt*, in die iudicii, ut intelligitur ex Joanne Apocal. 1. ψ . 7., *in quem transfixerunt*, in monte Calvariæ.

ψ . 57. *Cum autem serò factum esset*, durante adhuc die, sed inclinante in vesperam, puta circa decimam usualem, nostram quartam pomeridianam; idque ob multitudinem gestorum propter sabbatum absolvendorum ante occasum solis; nempe Josephi ab Arimathæa civitate Judææ, nobilis decurionis, seu senatoris Jerosolymitani, occulti discipuli Christi accessus ad Pilatum; Pilati mirantis, *si jam obiisset* (utpote quem ut hominem divinum cognitum, visisque tot miraculis, tardiùs moriturum suspicabatur, Euthym., aut fortè se liberaturum) mortuumque esse intelligentis ex centurione accersito; progressus è domo Pilati ad montem Calvariæ; depositionis Christi de Cruce factæ ab ipso Josepho, Nico-

IN CAP. XXVII.
de quo & Joan.
scilicet de; lo
sindoni, & legi
sepelire honesto
lapis magni va
habentur et E
ltera in Evangelii
plana sunt quoad
sepultus notatur à
Josepho novo
riorari posset, &
Hieron.; à
nam positis fuer
prius in eo sep
on., Chrysof.
me ψ . 41., erat
tis Calvariz, des
monumento Do
de Hierosolymis
us fuerit rotunda
re decisa, tanta
es homo vix mar
gere : quæ habe
us ille magnus a
posito urbis vel
lum. ψ . 66.) in c
tari sepulchrum
corporis locus de
m habens pedes
aliorum mensu
minens : qui vid
ad latere merid
tude corpus infer
nem tantum fuit
viliam monum
tum ubique mo
Lucas ψ . 54. ait

IN CAP. XXVII. MATTHÆI. 319

demo, de quo & Joan. cap. 3., Joanne, aliisque, adhibitis scalis &c.; lotionis; unktionis; involu- tionis sindoni, & ligationis linteis, *sicut mos est Judæis sepelire* honestiores; sepulturæ; advolu- tionis lapidis magni valde ad ostium monumenti; quæ habentur ex Evangelistis collatis.

Cætera in Evangelistis usque ad cap. sequens satis plana sunt quoad litteram & ordinem. Chris- tus sepultus notatur à Matthæo ψ . 60., in mo- numento Josephi novo exciso de petra; scilicet ne perforari posset, & ablatum Christi Corpus diceretur, Hieron.; à Luca ψ . 53., *in quo nondum quisquam positus fuerat*; ne, Christo resurgente, alius prius in eo sepultus resurrexisset ferretur, Hieron., Chrysostr. Sepulchrum hoc, quod, teste Joanne ψ . 41., erat in horto propinquo ad latus montis Calvariæ, describit Beda in Marci cap. 15.:
 "de monumento Domini ferunt, qui nostrâ æta-
 "te de Hierosolymis Britanniam venere, quod do-
 "mus fuerit rotunda, de subjacente (monti)
 "rupe decisa, tantæ altitudinis, ut intrâ confi-
 "stens homo vix manu extentâ culmen possit at-
 "tingere: quæ habet introitum ab oriente, cui
 "lapis ille magnus advolutus est, (quem Judæi
 "imposito urbis vel concilii sui sigillo signarunt
 "Matt. ψ . 66.) in cujus monumenti parte aqui-
 "lonari sepulchrum ipsum, hoc est, Dominici
 "Corporis locus de eadem petra factus est, sep-
 "tem habens pedes longitudinis; trium verò
 "palmorum mensurâ cætero pavimento altiùs
 "eminens: qui videlicet locus, non desuper,
 "sed à latere meridiano per totum patulus est;
 "unde corpus inferebatur., Juxta hanc descrip-
 "tionem tantum fuit unus ille lapis magnus valde
 "ad ostium monumenti exteriùs: & certè unius
 "tantum ubique meminerunt Evangelistæ.

Lucas ψ . 54. ait: *Et Sabbatum illucescebat, per*

Catachresim sive abusionem, seu impropriam usurpationem verbi *illucescebat*, translati ab illucescente, id est, instante die; sensusque est; proximum erat Sabbatum ut inciperet, nimirum à primis vesperis cum occasu solis, à quo festa inchoabant Judæi, Tirin. hîc. Alii apud Maldon. in Mat. cap. 28. v. 1., ex Thalmudistis censent, noctis initio lucernas in domibus accendi solitas, unde Evangelista dixerit, *Sabbatum illucescebat*; & ab hac sententia non procul Hieronymum abhorrere ait. Tum v. 56. de mulieribus pergit: *revertentes, à monumento, paraverunt aromata & unguenta*; cui, utpote pio operi & clam domi factò, non obstabat vel adhuc præsens Festum Paschæ, vel sabbatum inchoatum; quo tamen cæterum quievissent *secundum mandatum*, dicit Lucas, ne scilicet Sabbatum violare viderentur publicâ emptione aromatum & executione propositi unctiois Christi. Insuper tamen, cum priora aromata non sufficerent illarum pietati, *cum transisset Sabbatum*, ut est Marci 16. v. 1., quod ad alium occasum solis terminabatur, Levit. 23. v. 32., eodem vespere secundum Maldonat., vel postridie, valde manè exeuntes adhuc alia *emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum*.

CAPUT XXVIII.

Christi Resurrectio, Apparitiones, & Ascensus in Cælum, Marci 16., Luc. 24., Joan. 20. & 21.

INtricata Resurrectionis Christi, & scriptarum ab Evangelistis apparitionum historia sequentibus numeris ordine expeditur; quo & concilientur, sicubi apparet oppositio.

I. Anima Christi secum ab inferis spoliatis, etiam è purgatorio, ad suum sepulchrum eduxit
omnes

IN CAP. XXVIII. MATTHÆI. 321

omnes animas mortuorum in gratia, ad Ephes. 4. *ψ. 8. & 9., ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dictarum nimirum animarum.* Eccles. 24. *ψ. 45., Penetrabo OMNES inferiores partes terre* (etiam locum damnatorum, sed ad terrorem & supplicium) *& inspiciam OMNES dormientes, & illuminabo OMNES sperantes in Domino;* ergo etiam omnes in purgatorio, tunc lumine beatitudinis donatos, S. Bonavent. dist. 22. q. 5., Thomas Argentin. ibid. q. unicâ a. 4., Gabriël ibid. q. unicâ a. 3. dub. 3., Sotus in 4. dist. 45. q. 1. a. 5. Zachariæ 9., *tu quoque in sanguine testamenti emisisti vinctos TUOS de Lacu, in quo non est aqua, refrigerii & solatii, ut intelligunt PP. Græci & Latini apud à Lap. & Tirin.; qualis aqua non est etiam in Purgatorio: & vide cap. 12. ψ. 40.*

II. Propriâ Divinitate, vel ope Angelorum collectum effusum sanguinem, unâ cum dotibus beatificis corpori indidit ipse, illudque informavit: & sic victor resurrexit, & caput spei nostræ resurrectionis ad vitam immortalem, 1. ad Cor. toto cap. 15., nihil percipientibus custodibus, utpote indignis, & futuris mendacibus, ut patuit à *ψ. 13. Matthæi;* & quia prius territi fugissent; cum dein fugerint ad aspectum Angeli & terræ motum. Surrexit clauso sepulchro, nimirum in glorioso corpore; ita Justin. Martyr, q. 117. ad orthodoxos, Chryf. hom. 2. de Joanne Bapt., Nazianzen. in tragædia de Christo patiente, Hieron. q. 6. ad Hedib., Aug. serm. 138. & 159. de temp., Euthym. apud Maldon., qui ex Evangelistis docent, lapidem non propter Christum, sed propter mulieres fuisse revolutum ab Angelo in testimonium resurrectionis Christi ipsis manifestandæ. Nec plus dicendi sunt velle, qui hic obijciuntur, Hilar. can. 33. in Matt. & Leo epist. 83. ad Monachos Palæstinos. Est contra hæreticos.

III. Christus, non tantum dignitate, sed etiam tempore, & exemplar nostræ resurrectionis, dictus I. ad Corint. 15. *primitiæ dormientium*, & ad Coloss. 1. *primogenitus ex mortuis*, nempe ad vitam immortalem; gaudium suis acceleraturus, & propter infinitam dignitatem meritorum ac personæ divinæ, *solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo*, utpote rerum omnium, mortis & inferni dominum: *David enim dicit in eum* (Psal. 15. *ψ. 8.*) *quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*, Actor. 2. à *ψ. 24.*, propriam virtute, quia Deus, & habetur ex Joan. cap. 2. *ψ. 19.*, & cap. 10. *ψ. 18.*, *Resurrexit tertiâ die secundum Scripturas*, I. ad Corint. 15. *ψ. 4.*, Matt. 12. ubi vide *ψ. 39.* & 40., nempe die nostro Dominico, sic dicto à Domini resurrectione, Aug. serm. 251. de temp., estque communis Ecclesiæ sensus; & habetur ex Marci *ψ. 9.*, *surgens autem manè primâ Sabbati*, hoc est primâ die septimanæ: nam Sabbatum etiam pro septimana sumi, patet Lucæ 18., *Jejuno bis in Sabbato*. Similiter Luc. & Joan. Mariam Magdalenam aiunt venisse ad monumentum die *unâ Sabbati*, Marcus, *unâ Sabbatorum*, id est, dierum septimanæ, Hieron. q. 4. ad Hedibiam, Nyssen. orat. 2. de Resurrect.; ponitur autem numero Cardinali *unâ*, pro ordinali *primâ*: sicut Gen. 1., *factumque est vesperè & manè dies unus*, id est, primus.

Dices: Matt. *ψ. 1.* scribuntur mulieres *vespere Sabbati, quæ lucefcit in prima Sabbati*, venisse ad monumentum, & audivisse, jam surrexisse Christum: ergo surrexit pridie diei nostræ Dominicæ sub vesperam. *ꝛ.* Nego consequentiam: quia per *vesperam*, Hebræorum more, per Synecdochen nox, juxta Dionys. Alexan-

IN CAP. XXVIII.
 epist. ad Basilid.
 Cyril. Alexandr.
 Euthym. The
 noctis tenebr
 ex Græco, h
 post dies totus sepe
 dictos, quando post
 in jam illucescit
 sequentis, Au
 nit amplius Num
 Matt. vesper
 non ad nom
 ine significatam
 ve luce term
 V. Christus tan
 die Domini
 17. Nisan) surre
 surgens autem
 9. exargam d
 tum meum orient
 hymno; auror
 fortissimas de m
 no Cæsareensi
 zæensi Episcop
 cum Basil. in
 Apostolic
 Chryf. hon
 lib. 4. oper. Pa
 engel. cap. ult.; i
 48. conclus. 6.
 Cedreno
 contra Grego
 lib. 10. in L
 Hieron. c
 caput 24.
 quomodo
 nantur sepult

IN CAP. XXVIII. MATTHÆI. 323

drin. epist. ad Basilid., Nyssen. orat. 2. de resurrect., Cyril. Alexandrin. libro 12. in Joan., Aug. citand., Euthym., Theophylact.; & quidem postremæ noctis tenebræ ibi intelliguntur, ut habetur ex Græco, ἡμερὰ σαββάτων, serò Sabbatorum, sive post dies totius septimanæ notabili intervallo transactos, quando post præcedens magnum sabbatum jam *illucescebat* prima dies Sabbati seu septimanæ sequentis, Aug. 3. de consensu cap. 24., & patebit ampliùs Num. 4. Notandum etiã, quòd dicat Matt. vespere *quæ lucefcit*, non *qui*; quia respicit non ad nomen significans, sed ad rem nomine significatam, id est, noctem, *quæ lucefcit*, sive luce terminatur in aurora sequentis diei.

IV. Christus tamquàm lux mundi, & sol iustitiæ, die Dominicâ (quæ erat 25. Martii, luna 17. Nisan) surrexit manè in aurora; Marcus 9., *surgens autem manè, primâ Sabbati*. Psal. 56. 9., *exurgam diluculo*. Zachar. 3., *adducam servum meum orientem*: estque sensus Ecclesiæ in hymno; *aurora cælum purpurat... Rex ille dum fortissimus de mortis inferno specu, &c.*, cum Synodo Cæsareënsi in Palæstina, à Theophilo Cæsareënsi Episcopo iussu Victoris Papæ collectâ, cum Basil. in Psal. 45., Clem. Rom. lib. 5. Constit. Apostolicar. cap. 16., Aug. 4. de Trin. cap. 6., Chryf. hom. de natali Joannis Bapt., Sedul. lib. 4. oper. Paschal., Euseb. lib. 10. demonstr. Evangel. cap. ult.; item apud Tirin. Chron. Sacri cap. 48. conclus. 6. cum Anastasio, Niceno, Gregora, Cedreno, Lactantio, Anselmo, Bedâ: Est contra Gregor. hom. 21. in Evangel., Ambros. lib. 10. in Luc., Nyssen. orat. 1. de resurrect., Hieron. q. 3. ad Hedibiam, Euthym. in Lucæ caput 24., qui nocte surrexisse putant. Prætereà, quomodò in horum Patrum sententia invenientur sepulturæ Christi tres dies ut complexæ

324 IN CAP. XXVIII. MATTHÆI.

lucem ac tenebras, de quibus Matth. 12. v. 40.?

Objicies: Joannes 20. v. 1. dicit: *Maria Magdalena venit manè, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum; & vidit lapidem sublatum*: ergo Christus jam resurrexerat nocte vel ante auroram. R. Nego conseq. quia, quod Joannes matutinas tenebras, Marcus vocat *valde manè*, Lucas *valde diluculo*, Matthæus, ut supra num. 3. diem appropinquantem intelligit: venire igitur cœperit, ac domo egressa fuerit cum aliis mulieribus, *cum adhuc tenebræ essent* aliquæ, paulatim extenuatæ adventu lucis; ita Aug. 3. de consensu cap. 24.; sic ut pervenerit *orto jam sole*, ut habet Marcus v. 2., seu sole jam supra horizontem apparente: nimirum interim dum surgunt, invicem evocant & expectant unà ituræ, necessaria congregant, alia fortè adhuc aromata emunt, in via hærent dubiæ inter se, quid agant ob difficultatem lapidis removendi.

V. Christus, cum glorioso comitatu Angelorum, & animarum in assumptis ex aëre Corporibus, & multarum in propriis, ut cap. 27. indicavimus v. 52., primùm ante omnes Jerosolymis statim apparuit Matri, ut communis est opinio cum Ambros. lib. de virginit. post initium, Anselmo lib. 6. de excellentia Virginis, Ruperto lib. 7. divin. offic. cap. 25., Bonavent. in vita Christi cap. 87. Nec refert, quòd ejus non meminerint Evangelistæ: tantùm enim propositum erat apparitiones illis factas describere, qui earum testes apud populum futuri erant; inter quos non fuit Deipara; cum Matris testimonium nequeat esse efficax: atque hinc collige, quomodò Marci v. 9. dicatur: *apparuit PRIMÒ Mariæ Magdaleneæ.*

VI. Mulieres ad monumentum venêre plures tribus; Aug. cit. nempe Marci v. 1., *Maria Mag-*

dalene, & Maria Jacobi, & Salome; quibus
 Lucæ v. 10. adduntur Joana, & cætera, quæ
 cum eis erant; verosimiliter & Susanna (de qua,
 uti & de Joana, quæ erat uxor Chusæ procura-
 toris Herodis, Lucas 8. v. 3.) Joannes igitur v.
 1. non negans alias, tantum mentionem facit
 Magdalenæ, scilicet tamquam ducis & præci-
 pua in hac historia. Hæ primâ vice manè egressæ,
 orto jam sole, ut dictum est, ad sepulchrum
 venerunt, illud visuræ, & uncturæ Corpus Chri-
 sti, si quomodo ingredi possent: hinc enim in
 via de saxo revolvendo, Marci v. 3., fuere solli-
 citæ; non de custodibus, quos postridie mortis
 Christi, id est, sabbato, quo quieverunt, sepul-
 chro appositos, ut est Matth. 27. v. 62., proin vero-
 similiter ignorarunt. Hortum ingressæ terræ mo-
 tum percipiunt, quem excitabat Angelus Mat. v.
 2., quo excitarentur custodes dormientes, Chryf.,
 Theophylact., Euthym., & quo, uti & fulgu-
 rantis Angeli aspectu territi, in urbem aufugiunt,
 tutum locum facientes mulieribus. Hocque est
 juxta Gregor. hom. 21. in Evang., quod habet
 Matt. v. 3., *Aspectus ejus sicut fulgur*, ad terro-
 rem militibus, & *vestimentum ejus sicut nix*, ad
 blandimentum candoris mulieribus, & signum
 triumphalis lætitiæ. Milites hi fuerint Romani,
 non proprii Judæorum, Aug. cit. cap. 24. in fine:
 ut quid enim, Matt. 27. v. 64., à Pilato petunt Cu-
 stodiam Principes Sacerdotum & Pharisei, si pro-
 prios habeant? ut quid, Matt. 28. v. 13. & 14., co-
 piosâ pecuniâ illos inducunt ad mentiendum, fa-
 tis alioqui per se pronos ad id futuros; illisque
 promittunt se suasuros Pilato, ne punirentur, si
 hoc ab ipso fuisset auditum? Illud itaque; *habe-
 tis custodiam, ite, custodite sicut scitis*, significat:
 petitam custodiam habetis à me vobis concessam;
 scribente etiam Juvenco lib. 4. histor. Evang., &

Pilatus ad hæc, miles permittitur, inquit; servate, ut vultis. Hic cum Aug. in Psal. 63. adnecto, quàm altùm dormiant Judæi, qui, ut fidem elevent resurrectionis Christi, cap. 28. *ψ.* 13., testes adhibent dormientes: quia, *si custodes dormierunt, quomodò furtum nocturnum viderunt,* inquit Remig.; imò quomodò fit verisimile omnes dormivisse? An non saltem aliquis militum, in re tot hominum, tam violentâ evigilâisset effractione & revolutione talis lapidis, qui excitâisset alios, &c.? Si dicant perfidi, evigilarunt, & impedire volentibus armata pars discipulorum Christi majori vi restitit, aliis effracto sepulchro aufugientibus cum Corpore Christi: *R.* quare ergo milites dicuntur dormivisse? Cur securi redduntur à periculo punitionis, si quidem conati impedire viribus inferiores cedere fuerint coacti? Cur copiosa pecunia datur?

VII. Mulieres monumento appropinquantes lapidem revolutum vident, & accedentes, ab Angelo, tamquàm sepulchri custode in lapide foris sedente, audiunt Christum surrexisse, invitanturque ad interioris speluncæ ingressum, & inspectionem sepulchri, Matt. *ψ.* 2. 3. 5. 6. 7. & Marci *ψ.* 4. 5. 6., secundùm Aug. 3. de consensu cap. 24. putantem utrobique agi de uno tantùm eodemque Angelo, foris cavernæ seu ad dexteram introitus lapidi insidente; tuncque illud Marci, *Et introeuntes in monumentum viderunt juvenem (sic dictum ob speciem juvenilem) sedentem in dexteris,* significat; cùm jamjam essent intraturæ cavernam: vel cum Aug. cit. *introeuntes* maceriam præstructam ad tutamen introitus excisæ petræ. Dein sepulchrum interius ingressæ, vident sibi adstantes duos Angelos formâ viri in veste fulgenti, Lucæ *ψ.* 4., de quibus nihil habent Matthæus & Marcus; sicut nec Lu-

eas de priori Angelo sedente apud Matt. & Mar-
 cum. Vel si cum eodem Aug. cit. dicantur fuisse
 duo diversi Angeli, alter apud Matt. foris la-
 pidi insidens, de quo nihil habeat Marcus: al-
 ter apud Marcum (de quo nihil Matthæus) in-
 tūs sedens *in dextris sepulchri*, & confirmans
 dicta prioris Angeli: tunc itā conciliamus: quod,
 postquā disparuissent illi duo sessores Angeli,
factum est, Lucæ ̄.4., *dum mente consternatæ*
essent de isto, aliquantū intra se hærentes, mi-
 rantes quod audiverant & videbant, mox, ecce
duo viri STETERUNT juxta illas in veste fulgen-
ti. Tum ab his Angelis etiam leniter correptæ,
exierunt citò, inquit Matt. ̄.8. (Marcus, *fu-*
gerunt) *de monumento, cum timore & gaudio*,
 ob lætum & inopinatum nuncium resurrectio-
 nis, aspectumque fulgurantium Angelorum; &
 ad Apostolos festinant: & Marci ̄.8., *nemini*
quidquam dixerunt, timebant enim: ubi subin-
 tellige, *in via*: vel cum Aug. cit., nemini An-
 gelorum quidquam ausæ reponere: nam, ut
 jussæ erant, *nuntiaverunt hæc omnia illis unde-*
cim, Apostolis, adedque & Thomæ, & *cete-*
ris omnibus, discipulis ibi præsentibus, Lucæ ̄.
 9., qui addit ̄.11., & *visa sunt ante illos sicut de-*
liramentum verba ista, & phantasticæ muliercu-
 larum visiones, & *non crediderunt*, nec de An-
 gelis eorumque verbis, nec de resurrectione, nec
 de corpore Christi non invento; aut si huic quid
 subesset, furto ablatum fuisse corpus. Quarè Ma-
 ria Magdalena, ut ad similia virorum responsa
 mutabile est muliebri ingenium; & in similibus
 amor & dolor omnia etiam tuta timet, etiam, an
 apparitio Angelorum fortè non fuisset illusio, vel
 aliqua visio (qualiter Petrus è carcere eductus
 Act. cap. 12. *existimabat se visum videre*) ipsa-
 que erat fide adhuc imperfectior, dicit, Petro &

Joanni (quos Joannes ψ . 2. signat tamquam præcipuos inter Apostolos) *tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum*: verba sunt fluctuantis, incertæ, quasi interrogantis, exclamantis, *ergone tulerunt, &c.* similiter & amore amens loquitur Angelis ψ . 13. ipsique Christo tunc adhuc incognito ψ . 15., etsi jam antè ad minus bis ab Angelis clarè dictum fuisset Christum resurrexisse.

VIII. His permoti, rem penitiùs considerantes Petrus & Joannes, veritatem indagaturi, currunt ad monumentum, Joan. ψ . 3. & Lucæ ψ . 12., etsi hic folius Petri meminerit, at non negans Joannem. Subsequuntur mulieres, ut fit, fortè quibusdam è prioribus domi remanentibus, fortè aliis adjunctis: quòd enim secundò iverint ad monumentum, ratio est prima, quòd Matthæus, Marcus & Lucas ad primam itionem mulierum ità conjungant lapidem revolutum cum visione Angelorum, eorumque verbis, ut ab invicem separari non posse videantur; & post hæc Lucas ψ . 12. ponat cursum Petri ad sepulchrum: ubi & hæctenus nihil de viso Domino. Secunda, quia Luc. ψ . 22. & 23. duo discipuli euntes in Emmaus Christo dicunt: *sed & mulieres quedam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non invento corpore ejus, venerunt, dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt cum vivere.* Tum iterum post hæc ψ . 24., *Et abierunt quidam è nostris ad monumentum, Petrus & Joannes, Aug. cit. cap. 25., & ità invenerunt sicut mulieres dixerunt, de revoluta lapide, de corpore absente; ipsum verò non invenerunt.* Ubi nulla fit mentio apparitionis Christi; quod mirum esset, si tantùm semel euntes vidissent non solum Angelos, sed etiam Dominum: ergo se-

cundo ita viderunt Christum. Joannes, utpote junior, prior cursu perveniens ad monumentum, cum se inclinasset, vidit posita linteamina; expectat Petrum, eique primas dat introitus, tamquam seniori & capiti Apostolorum; aut etiam, ne solus sine juncto teste intraret. Ingressi, inventis dumtaxat ejus linteis intra cryptam, extra sepulchrum seu locum Corporis Christi, mirabundi, ut habetur ex Luc. 24. 12., abierunt iterum ad semetipsos, id est, reversi sunt; nullibi enim leguntur bis ad monumentum ivisse. De Joanne additur; & credidit, nempe sublatum Christi corpus, quia sequitur; nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere; Aug. tract. 120. in Joannem. Hæc apud Joan. à 24. 4. ad 24. 11.

IX. Succedunt mulieres; quibus, nil ultrà percepto, domum dein pariter revertentibus, Maria, ut est apud Joan. à 24. 11. usque ad 24. 18., sola perseverans & remanens, stabat ad monumentum foris plorans, ex metu & desiderio inveniendi corporis Christi; subinde amore & dolore respectans in monumentum, videt duos Angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu. Hi, post mulieris alloquium, assurgentes reverentiam exhibent Christo adventanti: quare Magdalena, & ad sonitum pedum alicujus advenientis, conversa est retrorsum, & vidit Jesum stantem, specie hortulani, & non sciebat quia Jesus est. Tum 24. 15., Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum; & ego eum tollam. O vis amoris quasi amentis! Aucupandæ benevolentiae gratiâ Dominum vocat, putatum hortulanum Domini horti. Sustulisti eum: quem? cujus nominis? quasi omnes noscerent suum dilectum. Item, quò eum ferret? &, an mulier

infirmam tam grave viri cadaver tollat? sed vel succumbere sufficit amor in obsequium amati. Præterea, si ipse sustulisset, an non celandi potius causam fecisset, quam indicandi? demum *ψ. 16.*, auditam solitam Christi amabili compellatione, *Maria*; cum ab eo antè respondere cunctante, amore impatiens, se avertisset, *conversa illa dicit ei agnito; Rabboni (quod dicitur Magister)* paransque ejus pedes amplecti, non tamen tetigit, secundum Aug. tract. 121. in Joan., Hieron. ad Hedibiam q. 5., Leon. serm. 2. de ascens., Cyril. lib. 21. cap. 50., Epiphani. hæresi 26., Chrysostom. homil. 85. in Joannem, utpote à Christo prohibita, *noli me tangere*. Rationem dat: *nondum enim ascendi ad Patrem meum*. Horum verborum sensum mysticum vel moralem dant Patres citati: litteralem dicimus cum Ribera, Vatablo, Bagnez, Suarez apud à Lap., ut ardorem Magdalene compescat; *nondum ascendi*; erit adhuc tempus mei fruendi (ut paulò post contigit cum aliis mulieribus, de quo mox) sic loqueretur amicus adveniens: *nondum discessi seu discedo tam citò, &c. Vade autem ad fratres meos, gratiâ tales, item amicâ conjunctione sanguinis aut nationis, & dic eis: ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum*; aliter meum, aliter vestrum; meum naturâ, vestrum gratiâ; Deum meum, sub quo & ego homo sum; vestrum, inter quos & ipsum mediator sum; Aug. tract. 120. in Joan. En prima Christi apparitio eodem die resurrectionis (post illam extra numerum Matri) facta teste Marco *ψ. 9.*, *manè, primâ Sabbati, primò Mariæ Magdalene, ex qua eiecerat septem demonia*.

X. Secunda fuit paulò post mulieribus in via domum versùs, Mat. *ψ. 9.*, adorantibus & tenentibus pedes ejus, simul cum Magdalena, ita Aug. 3. de consensu cap. 24., quæ domum festi-

IN CAP. XXVIII.
 obo eas fuerat
 is) jubentur *ψ. 10.*
 Galilæam, in cum
 corum infans, sec
 apparitiones alibi
 de comitat et Eva
 Magdalenam, ut
 e manisse bis, qui
 & flentibus, nec
 II. Tertia facta S
 1. ad Corin. 1
 inetur ex locu
 ac censet Aug
 mdo, nescitur;
 in discipulorum
 nem num. 8. &
 rtibus Apostoli
 hristum apparit
 XII. Quarta m
 larcii *ψ. 12.*; prol
 i duo increduli,
 & errantes,
 mahamus regnum
 mendum, ignora
 tuct., ex illis C
 minicâ eadem,
 illam, quod er
 i Jerusalem, u
 eum; Marcus
 Nicopolis urbs ce
 ita à Romanis
 nicis) hinc,
 us domum se
 erit, incertum
 Epiphani., Nath
 men fuerit L
 oremio Lucæ

nando eas fuerat affecuta. Et (sicut prius ab Angelis) jubentur ψ . 10. nuntiare discipulis, ut eant in Galilæam, ibi eum visuri, scilicet procul à Judæorum insidiis, securè, publicè; cui non obstant apparitiones alibi privatæ, quas antea contigisse constat ex Evangelistis. Marcus ψ . 10. scribit, Magdalenam, utique cum aliis mulieribus, hæc nuntiâsse *his, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus*, nec eos credidisse.

XI. Tertia facta *Simoni Petro*, de qua Lucæ ψ . 34., 1. ad Corint. 15. ψ . 5., eodem nempe die, ut habetur ex Lucæ ψ . 13. cum ψ . 33., & num. seq., ac censet Aug. cit. cap. 25.; ubi autem, vel quando, nescitur; attamen post egressum duorum discipulorum, de quo num. seq. & ob rationem num. 8. & quia Lucæ ψ . 34. ipsis revertentibus Apostoli tamquam quid novi narrant, Christum apparuisse Petro.

XII. Quarta manifestatio breviter describitur Marci ψ . 12.; prolixè Lucæ ψ . 13. usque ad 36., ubi *duo increduli*, ut eos ψ . 25. Christus increpat; & errantes, ut ψ . 21. monstrant, *nos autem sperabamus regnum Israël temporale ab ipso restituendum, ignorantes mysterium crucis, Theophylact., ex illis Christi discipulis ibant ipsâ die, dominicâ eâdem, uti & habetur ex ψ . 21., in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus* (græcè $\epsilon\omega\mu\upsilon\varsigma$, vicum; Marcus *villam* nominat: ubi dein fuit Nicopolis urbs celebris in trophæum Judææ devictæ à Romanis excitata, Hieron. de locis Hebraicis) hinc, teste Hier. ibid., oriundus Cleophas domum se conferebat: quis alter duorum fuerit, incertum: Origenes Simeonem vocat; Epiphanius, Nathanaëlem; Ambrosius, Amaon: non tamen fuerit Lucas Evangelista, ut habetur ex proœmio Lucæ. *Stadiorum sexaginta*, id est, dua-

rum leucarum cum dimidia, Tirin. Stadium, inquit Beda, *octava est pars miliaris, & ideo sexaginta stadia septem millia passuum & quingentos significant.* Contigit hic egressus, antequàm Petrus Christum viderat, ut num. 11. dictum; item antequàm mulieres, viso Christo, domum rediissent, ob rationem num. 8.; adeoque manè: ac proin primò hi discipuli in urbem vel aliò, animi divertendi aut negotiorum causâ exiverint; cùm v. 28. & 29. dicantur castello appropinquasse inclinatâ jam die & advesperascente. Ambulantes Christus à tergo affecutus comitatur, *in alia effigie*, ait Marcus, nempe peregrini; Lucas, *oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent* (simile evenerat Magdalenæ) vel mutato à Christo justis de causis eorum organo visûs, cum Hieron. epist. ad Pammach., vel modificato aëre circa eorum oculos, aut circa extimam superficiem Christi, retrahentis splendorem sui corporis, quoad se sive in substantia gloriosi; similiterque potuit mutare vocis sonum, &c. S. Tho. 3. p. q. 54. a. 1., Suarez. Scribit etiam Aug. cit. c. 25., *non quia Dominus non poterat transformare carnem suam, ut alia revera esset effigies quàm solebant illi contueri.* Ulcere detecto, eorum arguit incredulitatem, & scripturas de se aperit. Appropinquans Castello, *se finxit langius ire*, at sine mendacio; quia & reverâ ivisset, nisi, ut præsciens cupiebat, invitatus fuisset ad hospitium; inclinatâ jam die ad vesperam sive solis occasum, etsi nondum adedò propinquum, cùm eodem die, etiam post mensam, redierint Jerosolymam. **ET FACTUM EST, dum recumberet cum eis:** mora quædam ad mensam significatur; adedòque non initio, sed tempore mensæ, *accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum... in fra-*

Fractio panis, Eucharistici, ut censent Aug. 3. de consensu cap. 25., Theophyl., Beda, Autor. oper. imperf., Glossa; & quia indicatur singulare quid (quale fecerat in ultima cœna instituens Sacramentum Eucharistiæ) itaque incompletum hinc Sacrificium fecit Christus sub una specie, ipse sui juris ac legis Dominus; quod non licet Sacerdotibus imitari. Acceptâ, quam Christus porrexit, sumptâque à Discipulis Eucharistiâ agnitus, mox ipse evanuit ex oculis eorum, græcè, non apparens, disparens, factus est; Arabicè, absconditus est ab illis. Favet mysterio Eucharistiæ contra Calvin. malè vertentem, subduxit se. Et surgentes eadem horâ regressi sunt in Jerusalem; & invenerunt congregatos undecim, utique Apostolos; sequitur enim, & qui cum illis erant alii discipuli: vel quia uno absente Thoma, eadem tunc Apostolica societas hoc numero nuncupatur, inquit Aug. cit.; sicut rectè dicuntur congregati septem-viri aut decem-viri, etsi unus abest: vel quia Thomas adfuit, dum primùm advenirent duo illi ex Emmaus; sed his longam historiam narrare incipientibus, quia non credebat, abivit antequàm Christus appareret, Aug. ibid. At, nec illis crediderunt, inquit Marcus: ad quod Aug. cit.: quid intelligendum est, nisi aliquos ibi fuisse, qui hoc nollent credere, aliis, præsertim Apostolis, credentibus, & dicentibus Lucæ v. 34.: surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.

XIII. Pergunt Lucas à v. 36. ad 50. & Joannes à v. 19. usque 24. ad quintam & ultimam eodem die apparitionem, absente Thoma; ita etiam Aug. cit., cujus hinc ordinem sequimur. Lucas igitur: dum autem hæc loquuntur (Joannes; cum serò esset die illo, unâ, id est, primâ Sabbatorum) stetit Jesus in medio eorum, & dixit eis: pax vobis: ego sum, nolite timere; ut naturale erat fie-

334 IN CAP. XXVIII. MATTHÆI.

ri, subito apparente corpore redivivo, ac spiritus instar fores clausas penetrante, ut docent Justinus, Chrysof., Hilar., Emiffen., Aug., Ambros., Epiphani., Nazianzen., Hieron., Amphilocho., Cyril., Nicephor. aliique apud Maldonat. in Joan. cap. 20. Est contra Calvin., ut neget Christum penetrativè positum in Eucharistia. Præbet se palpandum; prout aliqui, saltem magis dubii, fecerunt; secundum Aug. serm. 18. de verbis Domini; Leon. epist. 97. cap. 3., Didymum in epistolam primam Joannis cap. 1. *Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, quibusdam scilicet non credentibus; aliis, ut Petro aliisque Apostolis, mulieribus, duobus Discipulis Emmauntinis, credentibus, &, ut habet Joannes, gaudentibus viso Domino; ad ulterius suæ resurrectionis testimonium primis, & Confirmationem secundis, verè manducat partem piscis assi, & favum mellis: qui cibus in stomachum missus, dicendus est in auras miraculosè evanuisse; cum gloriosa corpora nutritione non egeant. Item notandum, quod Christus pro libitu usus fuerit dote subtilitatis & penetrabilitatis, nunc corpus reddens visibile & palpabile, nunc contra, *miro modo atque inestimabili*, inquit Gregor. Tum, ut est apud Joan., *Dixit ergo eis iterum: pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, sicut Princeps suos Vicarios aut Legatos: adedque non Apostolorum ad se suamque missionem æqualitas, sed similitudo proportionis significatur. Hæc cum dixisset, insufflavit* (hinc contra hæreticos collige, cæremonias exemplo Christi Ecclesiasticas bonas esse, non superstitiones) *& dixit eis: accipite Spiritum S., gratiam Spiritus S. potestatemque remittendi peccata & retinendi in Sacramento Pœnitentiæ hinc instituto; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:**

Et quorum retinueritis, retenta sunt; ita Concilia, nominatim Trident. Sess. 14. & Patres apud Bellam. Hanc potestatem Thomæ, licet absenti, fuisse à Christo communicatam, putat Cyrillus; Toletus verò & alii, octiduo post: fortè illam dein acceperit à Sancto Petro, à Lap. *Tunc*, ut pergit Lucas, inter alia, *aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas*, circa suam passionem & resurrectionem, de quibus fusè Salmeron hic. Rursus promittit Spiritum S. antea promissum Joan. 14. v. 26.

XIV. Joannes cap. 20. à v. 25. usque ad 30., cum graviter peccaminosa Thomæ incredulitate, juxta Pacian. epist. 3. contra Novatianos, Ambros., Greg. hom. 26., & ut textus satis indicat (quam Deus etiam ad nostram fidem firmandam permisit) dat sextam Christi apparitionem, octavâ post resurrectionem die factam Discipulis præsentem Thomam, & secundum Aug. tract. 121., Greg. cit., Cyril lib. 12. cap. 85., Theophylact., Bedam, vulnera manuum & lateris jussu Christi tangente; eumque fide jam cognitum, cum pœnitentia & adoratione, profitente suum verum Deum ac hominem propriâ virtute à morte redivivum. Quod autem Greg. & Aug. cit. & Hilar. lib. 7. de Trinit. dicant, Thomam aliud vidisse, nempe Christi humanitatem resuscitatam, aliud credidisse, scilicet divinitatem; per hoc non negant, ipsum etiam credidisse humanitatem resuscitatam, idque propter autoritatem divinam Christi id ipsi revelantis, tamquam motivum fidei intrinsicum; sed tantum, quòd hoc non crediderit, *quatenus* vidit. Sic ob divinam autoritatem Ecclesiasticis 1. v. 5. solem oriri & occidere credimus; quod & quotidie, *non quatenus*, videmus. Quod oculus corporis videt, hoc oculus fidei potest altiùs tenere. Sanè

(sicut nos) ita ipse non tantum tenebatur Christum Deum credere, sed & eodem corpore redivivum; & etiam hoc ut crederet, Christus apparet, seque palpandum dat; uti & fecerat aliis Apostolis. Itaque illud *ψ. 29.*, *quia vidisti* (Id est, tetigisti & tangendo vidisti, seu certo sensibus cognovisti, Aug. 3. de consensu cap. 25.) *me Thomas, credidisti*; *quod quia* non significat causam formalem, seu motivum intrinsecum fidei; sed tantum occasionem, vel conditionem malam, sine qua Deus præviderat ipsum obfirmatum non crediturum, vel extrinsecum motivum credibilitatis: in quo, etiam his verbis, à Christo reprehenditur; cum haberet sufficiens motivum ad credendum ex dictis aliorum, quibus malè non acquievit. Concludit, etiam ad nostrum solatium Christus: *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Vide Mat. cap. 13. *ψ. 16.*

XV. Septima manifestatio facta est paucis diebus post præcedentem apparitionem, septem Discipulis in Galilæâ piscantibus *ad mare Tiberiadis*, Joannis cap. 21. & ita Aug. cit. Licebat eis honesto labore victum quærere, Aug., Greg., Beda, Rupertus. *ψ. 5.* *Pulmentarium*, ut ex autoribus ostendit Maldonat., est cibus qui ad panem adhibetur: pisces intelligit Christus; nam respondentibus se non habere, dicit: *mittite in dextram navigii rete; & invenientis.* Apparet hic Christus instar honesti mercatoris piscium, Chryl., Theophylact.; unde & eos quasi operarios & se minores *pueros* vocat. Omnes circumstantiæ studiosè additæ miraculosam fuisse indicant hanc capturam, ex qua *ψ. 7.* Joannes acumine ingenii, secundum Chrysof., Leont., Theophylact., & Virgo Virginem Dominum, secundum Hieron. primus agnovit. Petrus nudus, non omninò, sed subligaculo tectus ad honestatem, *tunicâ succinxit*

succinxit se, tunicam interiorem, breviorē, fuc-
 cinctiorem usque ad gēua, quod honestiūs appa-
 reret, induit, & *misit se in mare*, impetuosiore
 suo præ cæteris amore, ut prius ad Jesum veni-
 ret, aliquantulum natando, ac cæterum pedibus
 per aquas incedendo; quia *ψ. 8.*, non longè erant
 à terra, sed quasi cubitis ducentis. *ψ. 9.* Sicut ig-
 nis, & panis; ita piscem igni superpositum mira-
 culo à Christo paratum agnoscunt Chryf., Leont.,
 Euthym., Theophyl. *ψ. 11.* Petrus traxit rete
 in terram, adjunctus ab aliis; etsi solus nominetur,
 tamquam primarius & promptior ad obediē-
 dum dictis Christi, Cyril., Euthym. *Et cum*
tanti essent, numero & magnitudine pisces, non
 est scissum rete, quod tamquam mirabile addi-
 tur. *ψ. 12.* Christum, ut alibi fecit, unà edisse,
 tenent Greg. hom. 24., Leont., Theophyl.; si-
 cut & *ψ. 13.*, dedit eis panem & piscem, in con-
 firmationem resurrectionis, & tamquam Pater-
 familias suis distribuens, & convescens. *Et ne-*
mo audebat discumbentium interrogare eum: tu
quis es, specie mercatoris indutus? *Scientes*
quia Dominus est: significatur metus & reve-
 rentia erga Christum, quem, nō nossent, inter-
 rogassent, Chrysof. *ψ. 14.* Hoc jam TERTIÒ
manifestatus est Jesus discipulis suis; intellige
 pluribus simul congregatis; vel cum Aug. 3. de
 consensu cap. 25., ad numerum dierum refer,
 quibus se ostendit; primò, die resurrectionis di-
 versis vicibus; tum, octiduo post præsentē Tho-
 mæ; tertio hīc. *ψ. 15.* *Simon Joannis, fili, di-*
ligis me plus his? Id est, plusquam hi, non, plus-
 quam hos: monstrat enim contextus; aliquid
 hīc præ cæteris singulare, & ad singulare munus
 tam sedulò ac tertio interrogari: quid autem
 esset singulare, si plus Christum amaret, quam
 suos consortes; cum hi idipsum haud dubiè præ-

starent. Notant Patres apud Salmeron. tract. 37. ante medium, quod Joannes Christum amaverit, ab eoque fuerit amatus, tenerius & amore personali propter castitatem: Petrus verò robustius, & amore universalis; scribente Nazianz., *habes ea, quæ totius Ecclesiæ sunt, Petro, quæ amoris privati, Joanni attributa.*

Post trinam interrogationem amoris, ad significandam excellentiam & onus muneris imponendi, & magnitudinem amoris ad id præ cæteris requisiti; item, secundum Aug. tract. 123., Cyril., Nicephor. lib. 5. cap. 35., Leont., Theophyl., Bedam, ut triplici negationi reddatur triplex confessio dilectionis: postque trinam cautam & humilem responsionem; non enim respondet, plus his se amare, quod nec, nisi revelante Deo, scire poterat, fuissetque præsumptuosum; sed refert se ad Christi scientiam sui amoris: cum Petrus ad tertiam interrogationem contristaretur, timens videlicet, adhuc memor suæ infirmitatis in triplici negatione, ne Christo suspectus esset suus amor, aut ab eo aliquando fortè descisceret; juxta Chryl., Theophyl., Euthym., Leont., creatur Episcopus & Pastor supremus agnorum & ovium Christi, & Caput totius Ecclesiæ, etiam aliorum Apostolorum. Audi Eusebium Emesenum serm. de nativitate Joannis Evangelistæ: *Non solum Pastorem, sed Pastorum Pastorem eum constituit. Pascit igitur Petrus agnos, pascit & oves; pascit filios, pascit & matres; regit & Subditos & Prælatos: omnium igitur Pastor est; QUIA PRÆTER AGNOS ET OVES IN ECCLESIA NIHIL EST. Et Bernardum lib. de consideratione 2. cap. 8.: *Cui enim, non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum, sic absolutè & indiscretè tota commissa sunt oves: si me amas Petre, pasce oves meas?* Soli utique*

IN CAP. XXVIII. MATTHÆI. 339

Petro Scriptura hæc dicta commemorat; de cu-
jus Primatu diximus etiam Matt. cap. 10. *ψ*. 2.,
& cap. 16. *ψ*. 18. & 19. Tum à *ψ*. 18., cùm Chri-
stus Petro prædixisset martyrium crucis, *exten-
des manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod
tu non vis*, naturâ, at voles gratiâ; itâ August.
tract. 123., Chrysof. hom. 87. in Joan. Petrus
statim à mensa surgentem Jesum jussus corpo-
raliter sequens, de Joanne amico sollicitus, in-
terrogat: *Domine, hic autem quid?* Id est, quæ
erit fors Joannis & exitus? Chryf. cit.; cui Chri-
stus: *sic eum volo manere*; ut cum Vulgari le-
gunt Latini, Aug., Beda, Rupert., &c.; vel,
ut Græci cum Syris, Arabicis, Æthiopicis, *sic
eum volo manere*: quod in idem venit; quia utro-
vis modo legitur, æquè inde, etsi malè, intel-
lexerunt discipuli, *quia discipulus ille non moritur.*
Volo manere, id est, volo non mori morte vio-
lentâ, qualem tibi prædixi, sed *manere donec
veniam* morte naturali eum evocaturus; *quid ad
te? tu me sequere*: atque itâ nimis curiosum
Petri compefcit amorem. Non igitur prædicit
hic Christus, Joannem non moriturum; sed po-
tius moriturum indicat *ψ*. 23., itâ Aug. tract. 123.
in Joan.

XVI. Octava apparitio habetur Matt. *ψ*. 16.,
cum Aug. 3. de consensu cap. 24., undecim Apo-
stolis, & haud dubiè aliis præsentibus, etiam mu-
lieribus, in monte Galilææ, *ubi constituerat illis
Jesus*: de qua eadem fortè Paulus 1. ad Cor.
15. *ψ*. 6. scribens: *deinde visus est plusquam
quingentis fratribus simul*: sin autem hæc Pauli
est alia (de qua, uti & de ea Jacobo facta, ta-
cuerint Evangelistæ) at non ultima; cùm post
hanc adhuc alias apparitiones recenseat ibidem
Paulus dicens *ψ*. 7.: *DEINDE visus est Jacobo,*
&c. addit Matt. *ψ*. 17., *quidam autem dubitave-*

340 IN CAP. XXVIII. MATTHÆI.

runt : intellige, non ex Apostolis, qui utique jam antea, num. XII. & XIII., crediderant; sed ex aliis discipulis vel præsentibus fratribus. Circa apparitionem Jacobo (quæ cæterum ubi, quando, quare contigerit, nescitur) rectè Aug. cit., *non tunc primo accipere debemus visum esse Jacobo, sed aliquâ propriâ manifestatione singulariter*: jam enim eum viderat cum aliis Apostolis serò diei resurrectionis, & octiduo post, num. XIII. & XIV.

Matthæus claudit Evangelium verbis Christi *ψ. 18. : Data est mihi omnis potestas in celo & in terra*; tùm secundum divinitatem per æternam à Patre generationem; tùm, ut Nyssen. & Cyril. Alexandrin., secundum humanitatem; nunc insuper secundum manifestationem & communicationem : sequitur enim *ψ. 19., euntes ERGO docete omnes gentes, &c.* Et *ψ. 20., Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi*, qui laborantes adjuvem, foveam, dirigam; ut proin nihil timeatis sive à difficultate operis, sive ab hostibus, sub tanta mea potestate superandis. Atqui Apostoli non vixerunt *usque ad consummationem sæculi* : ergo Christus hic comprehendit etiam eorum successores, Aug. lib. 6. de Genesi ad litt. cap. 8., Theophyl. An autem illa verba Christus dixerit in hac octava manifestatione; an in sequenti, ubi apud Marcum aliqua habentur similia, nil refert. Potuit etiam quædam bis dixisse.

XVII. Nona & postrema, ab Evangelistis scripta apparitio contigit Hierosolymis in cœnaculo (fortè eodem, ubi cœnam ultimam sumpserant) ipso die ascensionis, quadragesimo à resurrectione; ità, post multam disputationem, Aug. 3. de consensu cap. 25., Greg. hom. 29. in Evangelia, Beda in Marc. Porro Actor. 1. *ψ. 3., per dies quadraginta apparens eis*, intelligitur,

non continuò, sed interpolatim: præcedit enim, quòd seipsum, vivum præbuerit *in multis argumentis*; & est communis cum Aug. 3. de consensu cap. 25., & patet ex distinctis interpolatis apparitionibus vel primo die factis. De hac apparitione (quos unà conferemus) agunt Marcus, Lucas, Actor. 1., & breviter Apostolus 1. ad Corint. 15. dicens: *deinde Apostolis omnibus*; intellige, & multis aliis, qui Dominum ascendentem viderunt. Itaque Marcus à ψ . 14., *NOVISSIME recumbentibus illis undecim apparuit: & exprobravit incredulitatem eorum*, antecedentem, etiam quorundam aliorum discipulorum, *quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt*: jam enim diu crediderant, August., Gregor., Beda cit. Hoc ad commendandam fidem etiam gentibus, quæ non viderunt, Aug. Tum jubet eos ubique Evangelium prædicare; additque: *signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, &c.*; in quæ rectè Greg. cit. "Numquidnam fratres mei, quia ista signa non facitis, minimè creditis? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos, cum arbuta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra jam coaluisse videamus, & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: *linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus.* Quamquam & suis temporibus signa non deesse in Ecclesia, historiæ loquantur. Unà prorsus; Actorum enim ψ . 4. habetur, *& convalescens*; quod, & sequentia connexa esse cum die Ascensionis, monstrat contextus; dein, ut est apud Lucam ψ . 50. & 51., *eduxit eos foras in Bethaniam, in montem Oliveti, ibique, dum elevatis manibus*

*benediceret illis, ferebatur in Cælum, propria utique virtute tam Deitatis, quam dotis agilitatis corporis gloriosi: &, inquit Marc., sedet à dextris Dei; metaphoricè, loquendo more humano: id est; ut homo, jam morte suâ devictis hostibus, triumphans, quietus in regno suo, in summo super omnia, etiam cœlestia, honore, potestate ac gloria est collocatus. Item ut Deus; quatenus veteres autores, ut Athanas., Basil., Aug. apud Maldonat., per *dexteram*, Verbi cum Patre in omnibus æqualitatem designari scribunt: ubi quidem Verbum semper fuit: sed id nunc post resurrectionem & ascensionem manifestius declaratur.*

Sicut tropi familiares sunt Scripturæ; & per eum, qui vocatur hyperbole, Judic. 7. *ψ*. 12. habetur: *cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena que jacet in littore maris*: aut in Bibliotheca dicuntur esse innumeri libri, id est, pluri mi: sic Joannes cap. 21. *ψ*. 25., hyperbolicè, secundum Cyril., Aug. tract. 124., Bedam, Theophyl., Euthym., claudit Evangelium, dicens: *sunt autem & alia multa, que fecit Jesus, tum in vita, tum post resurrectionem, docens, præcipiens, Ecclesiam suam ædificans, ordinans, loquens de regno Dei, ut est in Actis (que non sunt scripta in libro hoc, ut ait cap. 20. *ψ*. 30.) que si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, id est, scribendi forent, libros.*

F I N I S.

Ad majorem Dei gloriam.



COMMENTARIUS
 SELECTUS
 IN SANCTA
 JESU CHRISTI
 EVANGELIA
 SECUNDUM
 MARCUM, LUCAM & JOANNEM

Sic dictus, quòd, cùm commen-
 mentati fuerimus in Matthæum,
 etiam collatum cum Marco, Lu-
 ca & Joanne, in iis, quæ sunt
 ipsis communia, additâ ex qua-
 tuor Evangelistis totâ ordine Passionis, &
 Resurrectionis Christi usque ad finem Hi-
 storiâ; nunc ea, quæ hi tres habent propria,
 seligendo tractabuntur: reliquis, per cita-
 tiones in titulis capitum additas, respectivè
 remissis ad Matthæum. Ea verò, quæ rur-
 sum e. g. Marcus habet communia cum ali-
 quo sequente Evangelista, in fine titulorum
 capitum apponentur.



COMMENTARIUS
IN SANCTUM
JESU CHRISTI
EVANGELIUM
SECUNDUM MARCUM.

CAPUT PRIMUM.

Joannis Baptistæ prædicatio, Baptismus Christi, Matt. 3. Ejusdem Jejunium, Tentatio, Prædicatio, vocatio quorundam Apostolorum, Mat. 4. Sanatio socrus Petri, leprosi, aliorumque Mat. 8. Curatio demoniaci, Lucæ 4.

Vers. 1. *Initium Evangelii Jesu Christi, Filii Dei, sicut scriptum est.* Non est hic titulus, sed contextus initialis libri, proin non puncto, sed commate interpungendus ante *sicut*: sensusque est: initium prædicationis Evangelii Jesu Christi tale fuit, quale seu sicut futurum scripsit Isaias cap. 40. *ÿ. 3.*, ita Irenæus lib. 3. cap. 18., Beda, Maldonat., à Lap.; adedque, *sicut scriptum*, refertur ad *Initium Evangelii*.

ÿ. 3. Vox clamantis in deserto: parate viam, &c. id est, prædicatio & testimonium Joannis Baptistæ præcursoris Christi. Præmittit tamen Marcus *ÿ. 2.*, non tamquam Isaiæ, sed alterius prophetæ, nempe Malachiæ cap. 3. *ÿ. 1.*, quoad sen-

sum, vaticinium de eodem Joanne, satis notum; unde nec nomen Prophetæ exprimit: *Ecce Ego mitto Angelum meum, id est, nuncium, ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te:* ut significet vocem illam ab Isaia prædictam, non ab hominibus, sed à Deo missam; & ad conciliandam attentionem. Vide Lucæ 3. v. 4.

v. 23. *Et erat in Synagoga eorum, Capharnai, ut constat ex v. 21., homo in spiritu immundo, possessus à spiritu immundo, sic dicto, quòd rebus immundis, præsertim peccati, delectetur, ad easque hominem incitet dæmon.*

v. 24. *Quid nobis & tibi Jesu Nazarene: venisti perdere nos? Scio qui sis, Sanctus Dei. Quia, inquit Lucas v. 41., sciebant ipsum esse Christum. similia sunt apud Mat. cap. 8. v. 29.*

v. 26. *Et discerpens eum, ex rabie, quòd exire cogeretur, Chryf., exiit ab eo, non discindendo aut mutilando; Lucas enim v. 35. ait: nihilque illum nocuit. Sed, quasi discerpere vellet, contorquendo, convellendo, collidendo ejus membra, Aug. lib. 4. de consensu Evangelistar. cap. 2., Beda, Euthym.*

CAPUT II.

Sanatio paralytici, vocatio Matthæi, excusatio discipulorum à jejuniis, Matt. 9. Defensio discipulorum vellentium spicas Sabbato, Mat. 12.

Vers. 2. *Et convenerunt multi, ita ut non caperet, nempe eos locus, neque ad Januam. Arabicus; & confestim convenerunt multi, ut non caperet eos locus ad januam. Græcus; neque, quæ ad januam, erant loca; scilicet vestibulum domus, ejusque introitus, & adjuncta cubicula.*

CAPUT III.

Curatio manus aridæ, aliarumque infirmitatum; subducit se Christus Phariseis, quos blasphemus falsitatis arguit; blasphemia in Spiritum S.; qui sint mater & fratres Christi, Matth. 12. Electio duodecim Apostolorum, Lucæ 6.

Vers. 6., &c. Exeuntes autem Pharisei, statim cum Herodianis consilium faciebant adversum eum. De his sectis diximus Mat. 22. v. 16. Horum insidias declinaturus Christus, secedit ad mare Galilææ, multas curans infirmitates. v. 10. Quotquot habebant plagas, Græcè flagella, morborum scilicet, quibus Deus homines sæpè ob peccata castigat & flagellat, Theophylact.

v. 13. Et ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse: & fecit ut essent duodecim cum illo. Lucas v. 12. & 13. ita scribit: exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocavit Discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominavit) additis etiam eorum nominibus, de quibus alià occasione egimus apud Mat. cap. 10. Post hanc electionem secutus est sermo vulgò dictus *in monte*, ut habetur ex Lucæ v. 17. & 20., & vide Mat. c. 5. Nondum ergo hinc fuerunt missi ad *prædicandum*; sed cap. 6., Mat. 10., Lucæ 9., ubi acceperunt gratiam curationum, etiam à spiritibus immundis: etsi Marcus hinc de ea agat, nimirum per anticipationem; quia hæc potestas ipsis data est aliquando.

v. 17. Et Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi; & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, *Filii Tonitru*; valde corrupto dein vocabulo, teste Hieron. in cap. 1. Daniëlis, dicente:

emendatiùs legitur *Benereem*. Porro filii tonitrui idem est quod *tonantes*; sicut filius pacis idem est, quod *pacificus*, inquit Epiphan. Quasi diceret: hi duo & factis & verbis tonabunt per orbem, Evangelii prædicatione, virtutibus, miraculis percellendo Judæos, gentiles, & improbos quosque. Hoc tonitru Jacobus odium in se Herodis Agrippæ & Principum Judæorum concitavit, & primus Apostolorum ab iis occisus est, Actor. 12. Quomodo verò Joannes tonuerit, patet ex initio ipsius Evangelii; quod cum scriberet, tonitrua & fulgura, ut olim in monte Sinai, emicuisse, tradit Baron. an. Christi 99. ex Prochoro & Metaphraste. Quidni Christus etiam respexerit ad futurum eorum factum Lucæ 9. v. 54., ubi petunt: *Domine, vis dicimus, ut ignis descendat de Cælo, super Samaritanos Christum recipere recusantes?*

v. 21. *Et cum audissent sui, exierunt tenere eum, &c.* Item v. 31. *Et veniunt mater ejus & fratres.* Vide Mat. 12. v. 46., & cap. 13. v. 55. & 56.

CAPUT IV.

Proprietates Ecclesiæ in parabolis, Matt. 13.

De lucerna & mensura. Maris tempestas sedata, Matt. 8.

Vers. 21. & 22. *Numquid venit lucerna, Evangelii, ut sub modio ponatur, ut abscondatur? Nequaquam. Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur; nec factum est occultum, meis verbis & operibus; sed ut in palam veniat, vestrâ quondam, o Discipuli mei, prædicatione, Hieron., Beda. Simile est Mat. 10. v. 26. & 27.*

ψ. 24. & 25. *Videte, quid audiatis.* Lucas ψ. 18., *quomodo audiatis.* id est, intelligite, ut suo tempore exemplo & verbo prædicetis. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, ET ADJICIETUR VOBIS.* Non generatim, sed de bona mensura agi, monstrat, & *adjicietur vobis,* meis Discipulis: ac si dicat: si largè ac sedulò doctrinam meam aliis communicaveritis, ego quoque ob hoc largissimam vobis ejusdem intelligentiæ amplioris, gratiæ ac gloriæ mercedem rependam, Beda. Restrictiùs Hieron. intelligit bonam mensuram fidei, cui reddatur amplior mensura intelligentiæ mysteriorum. Sequitur in confirmationem proverbialis locutio: *qui enim habet, dabitur illi, &c.*; de quo similiter vide Mat. 25. ψ. 28. & 29.

ψ. 26., &c. *Sic est Regnum Dei, id est, simile accidit in Ecclesia, quemadmodum si homo jaciatur sementem in terram, & dormiat & exurgat nocte & die, & semen germinet.* Beda, Scholiastes apud Hieron. & Glossa *ad exurgat nocte & die* referunt ad *semen*; planiùs Chryf., Theophyl., Euthym. *ad hominem, seminantem*: ita ut *ad nocte* spectet ad *ad dormiat*, *die* ad *exurgat*. Hæc parabola, quam solus dat Marcus, significat vim Evangelii sensim crescentis, ac pervadentis orbem universum, unde dein fructus colligantur.

ψ. 36. *Assumunt eum, ita ut erat in navi*: id est, ita sicut fuerat docens è navi populum in littore stantem; *assumunt*, devehunt illum in altum mare Discipuli, jussi illud trajicere. *Et aliæ naves erant cum illo*, sedandæ tempestatis testes futuræ. At, inquit, Christus à mari domum Capharnai regressus, ibidem, ut est Mat. 13. ψ. 36., & ut habet Marcus hic ψ. 10. & 34., *cùm esset singularis, & seorsum*, Discipulis parabolas explicabat. R. Vel à meridie prædicationem ad

IN M
re resumpisse; vel
ut interim dicitur
ante dicitur afflu

CAP
Legionis Dem
juxta sanguinis
Jari,

Erst. 18. Cæque
lam deprecari,
ut esset cum ill
ermone, absente
relicii prædicator

te.
ψ. 41. Talibus
ad est interpretatur
majorem Empha
ta vocantis atque
TIBI DICO
re interpretandi
in inclusa, censet
ille.

CAP
Christus docet in
discipulorum ad præ
in Christo sentent
decollatione, mira
volatio Christi sup
vesatib, Mat.

Erst. 5. Non
cere, nisi pa
convenientiæ, id

mare resumpsisse; vel tot parabolas plùs uno die tenuisse; ut interim domi eas potuerit Discipulis explicare ante dictam assumptionem & discessum.

CAPUT V.

Expulsio Legionis Daemonum, Matt. 8. Sanatio fluxus sanguinis, & suscitatio filie Jairi, Matt. 9.

Vers. 18. *Cùmque ascenderet navim, coepit illum deprecari, qui à daemonio vexatus fuerat, ut esset cum illo; timens nempe sibi rursus à dæmone, absente Christo: sed ad suos accepti beneficii prædicator remittitur pro eorumdem salute.*

ÿ. 41. *Talitha cumi, Syriacè vel Chaldaicè, quod est interpretatum, puella (tibi dico) surge. Ut majorem Emphasim faceret Marcus & SENSUM vocantis atque imperantis exprimeret, addit: TIBI DICO, inquit Hieron. lib. de optimo genere interpretandi: quæ proin verba, parenthesi inclusa, censet non Christi esse, sed Evangelistæ.*

CAPUT VI.

Christus docet in Nazareth, Matt. 13. Missio Apostolorum ad prædicandum, Matt. 10. Herodis de Christo sententia, ubi de Joannis Baptistæ decollatione, miraculum quinque panum, ambulatio Christi super aquas, curationes in Genesareth, Matt. 14.

Vers. 5. *Non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos, &c. impotentiâ convenientiæ, id est, nolebat ob eorum incredulo-*

litate : ad miraculum enim , ut modo convenienti fiat, requiritur potentia in patrate, & fides seu fiducia ac bona quædam dispositio in petente vel accipiente : cùm alterutrum deest, dicitur fieri non posse, ait Theophylact. & Euthym. *Non posse pro non velle* sumitur Genes. 37. v. 4., *nec poterant*, fratres Joseph, *ei quidquam pacificè loqui*. Joan. 7. v. 7., *Non potest mundus odisse vos : me autem odit.*

v. 6. *Et mirabatur propter incredulitatem eorum*; humano modo exhibendo signa externa, & secundùm scientiam experimentalem; ut vide Mat. 8. v. 10., & cap. 21. v. 19. Huic non repugnat Lucas cap. 4. v. 22. dicens : *Et omnes testimonium illi dabant : Et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Hinc enim tantùm habetur, ipsos coactos fuisse fateri insignem doctrinam Christi, & obstupuisse, unde tanta obvenisset filio fabri; etsi manserint increduli & ejus contemptores, ut liquet etiam ex iis, quæ subjicit Lucas.

v. 13. *Et ungebant multos ægros, Et sanabant* : non tamen oleo Sacramenti Extremæ Uctionis (etsi ita putet Beda & Theophylact.) 1. quia minister hujus Sacramenti est solus Sacerdos : Apostoli autem tunc nondum erant Sacerdotes. 2. Tantùm conferebatur ad sanitatem corporalem, cujus donum à Christo acceperant : item promiscuè omnibus ægris, etiam non moribundis, non baptizatis. 3. Quia Trident. Sess. 14. de Extrema Uct. cap. 1. tantùm dicit, illud *apud Marcum quidem insinuatum*, quæ ibi unctio fuerit tamquàm typus seu figura Sacramenti Extremæ Uctionis, nudaque cæremonia, ad hoc solùm adhiberi jussà à Domino, sicut congruo symbolo testatum facerent Apostoli, se missos à Messia seu Christo, id est, uncto : *per Jacobum autem*,

cap. 5., fidelibus commendatum ac promulgatum : ita interpretes passim, à Lap., Tirin., Salmer. &, teste Maldon., etsi nobis contrario, autores vetustiores.

CAPUT VII.

Christus arguit traditiones Phariseorum, defendens discipulos illotis manibus manducantes, sanat filiam Chananææ, Matt. 15. Sanat surdum ac mutum.

Vers. 31. & 32. *Et iterum exiens de finibus Tyri, &c. Vide Mat. 15. v. 29., adducunt ei surdum & mutum.* Alius hic est quam Mat. 9. v. 32., ubi vide, & quam Lucæ 11. v. 14., uti habetur ex collatione textûs : ille mutus dæmonium habuit; hic non item, ut rectè notat Maldonat. contra Euthym & Theophyl. *Mutum* Græcè est *μογιδαλον*, ægrè loquentem, impeditæ linguæ, balbutientem, qui sanatus à Christo, ut est v. 35., *loquebatur rectè*, & expeditè. At, potius adhærendo textui Latino, fuerit surdus & absolutè mutus, habens etiam vinculum seu vitium linguæ; cui Christus dederit auditum & loquelam; & insuper (si ab infantia fuerit talis, ut in similibus contigit) miraculosè infuderit notitiam idiomatis; sicque *loquebatur rectè*: idque indicant verba v. 37., *& surdos fecit audire, & mutos loqui.*

v. 33. & 34. *Misit digitos in auriculas ejus, ante Jesum flectentis, hâc cæremoniâ illas quasi aperturus*: intellige digitum auricularem dextræ manûs in sinistram, sinistræ manûs in dextram auriculam. *Et exspuens, non indecorè in os muti, sed in suum ipsius digitum, eo tetigit linguam ejus, ejus vitium seu vinculum quasi hu-*

meftando foluturus. *Et fufpiciens in Cœlum*, unde donum optimum descendit, *ingemuit*, hominis fortem miseratus, *& dixit: Ephpheta*, quod est *adaperire*; Syriaco vocabulo, à Lap. Plurimæ, quas hîc adhibuit Christus cæremonias, commendant earum utilitatem, quæ sunt in Ecclesia.

CAPUT VIII.

Multiplicat feptem panes, Matt. 15. *Signum quaerunt Pharifæi*, à quorum fermento cavendum monet, *promittitur Petro Pontificatus*, *prædicit Christus fuam Paffionem*, *& vocat ad crucem portandam*, Matt. 16. *Curatio cœci*.

V Erf. 10. *Venit in partes Dalmanutha*. Vide Matt. 15. *ÿ. 39.*

ÿ. 23. & 24. Apprehensâ manu cœci, eduxit eum extra vicum, feu suburbium Bethsaidæ; quæ Bethsaida, non pagus, sed civitas erat, Joan. 1. *ÿ. 42. Eduxit*, 1. quia Bethsaitæ visis multis miraculis credere numquàm voluerant, Matt. 11. *ÿ. 21.*, unde indigni erant novo beneficio, inquit Theophyl. & Euthym. 2. Ad acuedam fidem imperfectam cœci; quare etiam, secundum eosdem, non nisi sensim curare ipsum voluit, *exspuens in oculos ejus, impositis manibus suis, &c.* 3. Ad exemplum fugiendæ vanæ gloriæ. *Video homines velut arbores ambulantes*, id est, confusè, &c.; *ambulantes refertur ad homines*, ut ex Græco genere patet.



CAPUT IX.

Christi Transfiguratio, Quæstio de Elia, Sanatio Lunatici, prædictio iterata Passionis, Mat. 17. Contentio Apostolorum de majoratu doctrinæ humilitatis repressa, scandalum vitandum, Matt. 18. Ejiciens demonia in nomine Christi non prohibendus, Lucæ 9. v. 49.

Vers. 37. Respondit illi Joannes dicens : Domine vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem demonia, qui non sequitur nos, fidelis quidem, sed qui non est de nostro Collegio, Ambros. in Luc., Euthym., nec à te missus; & prohibuimus eum; non ex invidia & superbia, ut vult Calvinus, sed ex studio honoris Christi, bonove animo, Theophyl., Beda, & putantes talem id sibi malè arrogare, quamvis indiscretè, ut patet v. 38., nolite prohibere eum, &c. & v. 39., pro quo & vide Mat. 12. v. 30. Quidam, inquit Maldonat., ex occasione dicti Christi v. 36., in nomine meo, putant Joannem quasi respondendo hoc incidenter immiscuisse; ita ut sic sit cohærentia;

v. 40. Quisquis ENIM potum dederit vobis Calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, non perdet mercedem suam: ergo etiam is, qui nomine meo dæmones pellit, utique nocentiores, quàm sit sitis, quæ potu aquæ levatur, Theophyl., à Lap.; & sanè particula enim connexionem textûs significat. Nisi tamen, quasi resumpto à Christo priori sermone, hoc ita sit referendum ad v. 36., ut sensus sit: ergo etiam, qui puerum nomine meo recipit, mercedem habebit, sicut qui vobis potum dederit in nomine meo.

ŷ. 43. *Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Adedque singulorum damnatorum pœna erit æterna: eruntque ibi vermes, non tantum metaphorici remorsus conscientiæ, sed etiam reales, secundum istud Judith 16. ŷ. 21., *dabit ignem & vermes in carnes eorum, ut urantur & sentiant usque in sempiternum.* Vide Matt. c. 25. ŷ. 41. & 46., Suarez in 3. p. tom. 2. disput. 56. sect. 3. Repetit autem Christus tertio hanc sententiam hoc capite, ad salutarem terrorem incutiendum.

ŷ. 48. *Omnis ENIM igne salietur, & omnis victima sale salietur:* locus hic obscurus variè explicatur. 1. Scholiastes apud Hieron. de igne purgatorii. 2. Barrad. putat suaderi recordationem inferni, sic ut igne seu pœnis inferni saliri sit non eas pati, sed recogitando sapere, & à corruptione præservari; sicut sale servantur victimæ. 3. Rupert. in Levit. cap. 2., Cyril. lib. 15. de adoratione, Theodoret., Procop., Beda, Theophyl., intelligunt de igne metaphorico mortificationis & doctrinæ Evangelicæ, quo homo expurgetur & condiatur: dicuntque reddi hinc rationem, cur ŷ. 42. &c. dixerit, præcidendam potius manum scandalizantem, vel oculum eruendum, nempe ut sic homo victima fiat spiritalis & Deo grata, sicut omnis victima juxta legem, Levit. 2. ŷ. 13., sale condiri debebat: vel quasi diceret, ut evadatis ignem & vermem gehennæ, studete igni mortificationis & sali sapientiæ. 4. Maldon. & Franc. Lucas hoc accipiunt de igne gehennæ; ita ut reddatur ratio ejus, quod immediatè præcessit, quod *vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*; quia scilicet omnis qui gehennæ adjudicabitur victima iræ Dei, igne salietur, id est, ita illo igne uretur, ut tamen eodem quasi sale servetur incorruptus

ad perpetua tormenta : cūque subditur ; *Et omnis victima sale salietur*, propriè sumpto , *et* *et* accipitur pro *sicut*, more Hebræis usitato, ut ostendit Maldonat. Hæc ultima explicatio videtur magis litteralis.

ŷ. 49. Occasione nominis *sal*, addit Christus: *bonum*, id est, *utile est sal*, metaphoricum, nempe vos *o* Apostoli mei, *sal terræ* vocati. *Quod si sal insulsum fuerit*, seu reddatur ; scilicet si fallitate, ambitione aut aliis cupiditatibus evanescat, vel timore diffluat, *in quo illud condietis ?* Nihil est, in quo possit iterum colligi, condiri & exacui : vide Matth. 5. ŷ. 13. *Habete in vobis sal* mysticum sapientiæ, doctrinæ & virtutum : vel sensus est ; estote acres in agendo ; ita tamen, ut pax non violetur ; quare concludit : *Et pacem habete inter vos.*

CAPUT X.

Insolubile Matrimonii vinculum, parvulorum benedictio, adolescens dives, paupertatis Evangelicæ premium, Matth. 19. Passionis prædictio, filiorum Zebedæi primatus petitio, Bartimeus cæcus curatus, Matth. 20.

Vers. 32. *Erant autem in via*, per Jericho, *ascendentes*, id est, ascensuri propriè, *Jerosolymam*, utpote accliviorē : cū enim hoc, & sequentia contigerint ad urbem Jericho longè adhuc distantem ab Jerusalem, non hujus actualis ascensus significatur, sed firmiter statutus ac determinatus in hac ultima profectio. *Et præcedebat illos Jesus, alacer, et stupebant*, Apostoli ob tantam in imminentibus Jerosolymæ Christo periculis intrepiditatem ; *et sequentes timebant*, Christi Capiti, vel etiam suo, Beda.

CAPUT XI.

Solemnis ingressus in Jerusalem, arefactio fici, ejectio negotiatorum e templo, fides & oratio, quaestio de Joannis Baptismo, Matt. 21.

Vers. 16. *Et non sinebat, ut quisquam transferret vas per templum, supellectilem quamcumque, puta, quæ profanis usibus serviret, ut cophinos, lagenas, sarcinas, Tirin.*

ψ. 22. *Habete fidem Dei; id est, Deum esse omnipotentem & in promissis veracem, cum magna fiducia: patet ex textu.*

CAPUT XII.

Parabola vinitorum, lapis reprobatus, Matt. 21. Census Caesari dandus, resurrectio mortuorum contra Sadduceos, primum legis mandatum, Christus filius David & Dominus, Matt. 22. Fastus & avaritia Scribarum vitanda, Mat. 23. Vidua offerens duo minuta, Lucæ 21.

Vers. 1. *Et fodit lacum, seu lacunam, in quam mustum ex uvis in torculari expressum defluit: Græcè ὑπολήμιον, subtorcularare.*

ψ. 41. *Sedens Jesus, certo consilio, contra Gazophylacium, seu e regione. Hæc vox ex Persico gaza, divitiæ, & Græco φυλάσσειν, custodire, composita, idem sonat quod thesauri custodia. Duplex fuit; alterum majus, aula scilicet, aut locus aliquis amplius in templo, in quo majoris molis donaria & Sacerdotum vestes servabantur, 2. Esdræ 10. ψ. 38.; alterum minus, seu arca pecuniæ per foramen recipiendæ apta, 4. Reg. 12. ψ. 9., de hoc hic sermo est.*

¶. 42. *Vidua una pauper misit duo minuta, quod est quadrans; id est, quæ duo minuta simul sumpta sunt quadrans, secundum Hieron. in Mat. cap. 5. ¶. 26., contra Euthym. putantem singulum minutum singulum fecisse quadrantem. Nil obest, quod Lucas 13. ¶. 59. dicit: non exies inde, donec etiam novissimum minutum reddas. Pro quo Matthæus 5. ¶. 26. ponit, quadrantem: utraq; enim phrasi minimum debitum significatur, inquit Maldon. in Mat. cit. Est autem quadrans quarta pars assis Belgici, as verò decima pars denarii majoris seu duplicis: nam denarius minor valebat tantum asses quinque, Tirin., à Lap. in Mat. 22. ¶. 19. Quod si denarius minor constet decem assibus minoribus, singulum minutum dici poterit facere unum quadrantem minorem, seu medium quadrantem nostratem; sicque commodè explicari Matthæus & Lucas citati, & fortè etiam Euthymius.*

¶. 43. *Vidua hæc pauper plus omnibus misit; non ex iudicio hominum, neque re & absolutè, sed ex iudicio Dei, quoad meritum & respectivè, ob rationem sequentem: per se enim & cæteris paribus eò plus meretur eleëmofyna, quò plus datur.*

¶. 44. *Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt: Hæc verò de penuria sua omnia, que habuit, misit totum victum suum. Audiatur Aug. hom. 8. inter 50.: quia præbebat ei Dominus victum, jam ei duo nummi superflui restiterant ad victum ejus diei; ideòque illos misit in domum Dei, & emit sibi regnum Cœlorum. Etsi iidem fuissent necessarij ad victum in diem sequentem: non tamen tentavit hæc mulier Deum: poterat enim laborando aut aliter pro illo die victum comparare.*

CAPUT XIII.

*Predictio excidii Ierosolymitani, & extremi
Judicii, omnibus vigilandum, Matt. 24.*

QUæ cap. 14. 15. & 16. sequuntur, pertinent
ad Passionem Christi & Resurrectionem ex-
plicatam in Mat.

FINIS.

Ad maiorem Dei gloriam.



COMMEN
IN SA
ESU C
EVAN
SECUND

CAPUT
& Nativitas
& Incarnationis Ve

Ex. i. Q
sunt. H
gelista
minus t
Ambro
reli 51.
tamen etiam im
prout y. 3.
notat Ma
scriptionis, nem
cum & quid
repticantur; ali
m & scripta
confirmet.



COMMENTARIUS
IN SANCTUM
JESU CHRISTI
EVANGELIUM
SECUNDUM LUCAM.

CAPUT PRIMUM.

*Ortus & Nativitas Joannis Baptiste, Annuntia-
tio Incarnationis Verbi, Visitatio Elisabeth.*



*V*ers. 1. *Quoniam quidem multi conati
sunt. Hoc proœmio sugillat Evan-
gelista quædam scripta Evangelia
minùs fida, & apocrypha, Orig.,
Ambros., Theophyl., Epiphan. hæ-
resi 51., Aug. 4. de consensu cap. 8.*

Quidni tamen etiam intelligat Matthæum & Mar-
cum, prout *v. 3., visum est & mihi*, particulam
& indicare notat Maldonat., ut causam reddat
sue scriptionis, nempe sequi se exemplum alio-
rum, cum & quidam minùs fidè scripserint,
qui rejiciantur; alii, Matthæus & Marcus rectè,
quorum & scripta, nec non Theophilum in ve-
ritate confirmet.

ψ. 2. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipse viderunt, gesta Christi, & ministri fuerunt sermonis, sive eorum, quæ viderant, & audiverant, & quorum pars magna fuerant, scilicet Apostoli, ab initio suæ vocationis, Chryf. apud D. Th., Euthym., Theophyl. Annumerat Maldon. B. Virginem, utpote, quæ ex Patribus apud Roswedum traditur vixisse 72. annis, mortua anno Christi nati quinquagesimo octavo, concepto Verbo Incarnato anno ætatis suæ decimo quarto; ex qua proinde discere potuerit pertinentia ad ortum Joannis Bapt., Annunciationem, Incarnationem, Nativitatem Christi: quæ utique nec Apostoli viderant. Non ergo Lucas ipse vidit, quæ erat scripturus; uti & habetur ex nostra Præfatione.*

ψ. 3. *Visum est mihi assecuto omnia, quæ scripturus sum, à principio, ex ipsorum ore, diligenter ex ordine (quoad principalia, ab ipso ortu Joannis Baptistæ; ac cæterum ex ordine quo Spiritus Sanctus daturus erat eloqui illi) tibi scribere, optime Theophile, id est, optimas. Sicut Apostolus Actor. 24. dicit: optime Felix: & 26., optime Feste: titulo, quo, teste Dione, etiam Trajanus Imperator gaudebat, viris primoribus tribui solito, secundum Chrysof., OEcumen., alioque apud Baron., qui & ex Clemente Rom. lib. 10. Recognit. cap. ult. addit, hunc Theophilum fuisse optimatem illum, qui Antiochiæ à S. Petro conversus, domum exinde suam in Ecclesiam convertit, in qua S. Petrus Cathedram Antiochenam fixit: ut proinde Theophilus sit nomen proprium, quem Lucas confirmat in veritate eorum, quæ eruditus est.*

ψ. 5. *Fuit in diebus Herodis, Afcalonitæ, de quo Mat. cap. 2., Zacharias de vice Abia, id est, de classe, sorte, familia Aaronici Sacerdotis Abia, quæ inter 24. classes sacerdotales erat octava, 1. Paralip. 24.*

§. 6. Erant autem justi ambo, non tantum coram hominibus, sed &, ut Evangelista addit, ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela, sive irreprehensibiles. Quid ergo Hæretici Evangelistæ & Ecclesiæ oblatrant, eos non fuisse justos propriè & re verâ, sed tantum alienanter, sive justitiâ alienâ Christi merè ipsis imputatâ ob solam fidem: omnia mandata esse observatu impossibilia: eos (utî & omnes homines) in mandatorum legisque operibus re verâ peccasse, & quidem mortaliter (nam distinctionem mortalia inter & venialia rident) adedque ipsos propriè & re ipsâ fuisse injustos & mortaliter peccatores; sed peccata eis non fuisse ob fidem imputata. De absurdis sequelis ex sola fide justificante agemus cap. 6. §. 26. Cum his tamen stat, quod habuerint suos nævos & peccata venialia, ab Aug. quotidiana appellata, quæ justitiam Dei que amicitiam non excludunt, pro quibus orarent, *dimitte nobis debita nostra*: itâ variis locis docet Aug. apud Maldon. hîc post medium. Objiciunt Isaiæ c. 64. §. 6., *Quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ.* R. Manifestè agi de impiis Judæis justitiam non in Christo, sed in Lege quærentibus; itâ apud à Lap. in Isaiam hîc, Cyrillus, Procopius, Hieron. scribens: *Justitia quæ in Lege est, ad comparisonem Evangelicæ puritatis, immunditia nominatur*: idemque dic, si generaliùs intelligatur, de justitia naturali gentilium, inflatorum Philosophorum, aliorumque, quos & Christus, Joan. cap. 10., fures vocat & latrones: denique omnes homines esse immundos, nisi mudentur in sanguine Agni.

§. 9. Secundum consuetudinem Sacerdotii, sorte exiit, sortitione particulari, quâ Sacerdotes ejusdem vicis seu classis designabantur, quo quis-

que munere fungeretur, ad vitanda diffidia, *ut incensum poneret*. Quatuor enim erant munia Sacerdotum; sacrificare, lucernas accendere, panes propositionis curare, thymiama adolere in altari incensi. Hoc quartum forte obtigit Zachariæ istâ hebdomadâ: hebdomadatim enim per familias mutari solitos Sacerdotes templo deseruientes, colligitur ex 4. Regum cap. 11. *ψ. 6. 7. 9.*, docentque Josephus, Ambros., Euthym., Theophyl. apud Maldonat. Certè aliquot consequenter dies ministrare consueuisse, indicat Lucas *ψ. 23.*, *Et factum est, ut impleti sunt dies officii eius, abiit in domum suam*. Zachariam non fuisse Summum Pontificem, neque hîc agi de ingressu in Sanctum Sanctorum, sed in Sanctum, tenent Liran., Tolet., Maldon., Baron., Salmeron, Cajetan., Suarez p. 3. tom. 2. disp. 23. sect. 1. contra Ambros., Theophyl., Bedam, Aug. tract. 49. in Joannem. 1. Quia hîc non forte, ut communes Sacerdotes, sed, quoties volebat, templo poterat deservire. 2. Lucas hoc non tacuisset, qui Joannem etiam à parentum dignitate tam solerter commendat. 3. Zacharias, ut diximus, septem, certè aliquot consequenter diebus, fuit in officio incensi, diètim poni soliti manè & vespere in altari incensi; quod, teste Hieron., Theophyl., Bedâ, S. Tho., Lirano, Abulensi, Cajet., Josepho 3. antiquit. cap. 7. & lib. 8. cap. 2., contra Orig. & Aug., erat in Sancto *contra velum Sancti Sanctorum*, Exodi 30. *ψ. 6. 7. & 8.*, & vide Exodi cap. 40. à *ψ. 15.*; Summus verò Pontifex tantùm semel in anno, unico die Festi expiationis, *mensè septimo* (nostro Septembri) *decimâ die mensis*, ingrediebatur Sanctum Sanctorum, Levit. 16., & cap. 23. *ψ. 27.*, & ad Hebr. 9.; tuncque inter alia, *super cornua ejus*, nempe altaris incensi extra San-

IN CAP. I.
 Sanctorum, deprecab
 expians, Exodi 30.
 Levitici 16. *ψ. 12. & 13.*
 aureo, quod erat S
 9. *ψ. 3. & 4.*, quo
 cillitum docent
 Villalpand. apud
 in Levitico sequ
 urique incensi,
 compositum thymia
 intravit in Sanctu
 quia sequitur: at
 nebula eorum
 oraculum, qu
 tamen altare inc
 Altare Oracul
 Sanctorum, sub
 hujus velum,
 Zacharias legitur
 utpote facili, a
 Miltitudo pop
 are potest, hoc c
 erat concursus
 a quinto dec
 nostri Septembri
 à quo (nostro S
 que ad vigesima
 nis est Gabriel A
 menses facile sex
 13. Exandita e
 pro habenda pro
 dilata; quia ve
 uxoris vero
 enda prole cogitab
 18.; nunc ver
 Aug., Bedam, Euth
 pro populo & adve

& cum Sanctorum, deprecabatur, cum aliis etiam
 illud expians, Exodi 30. *ŷ. 10.*, nec non, ut
 est Levitici 16. *ŷ. 12. & 13.*, *assumptoque thuri-*
bulo (aureo, quod erat Sancti Sanctorum, ad
 Hebr. 9. *ŷ. 3. & 4.*, quodque ab altari incensi
 fuisse distinctum docent S. Tho., Anselm., Ly-
 ran., Villalpand. apud Tirin. in cap. 9. ad Hebr.,
 & quia in Levitico sequitur) *quod de prunis*
altaris, utique Incensi, impleverit, & hauriens
manu compositum thymiana in incensum, ultra
velum intrabit in Sancta, Sanctorum scilicet,
 etiam quia sequitur: *ut positis super ignem aro-*
matibus, nebula eorum, aromatum, & vapor
operiat oraculum, quod est supra testimonium.
 Potest tamen altare incensi seu Thymiamatis etiam
 vocari Altare Oraculi, quia erat proximum San-
 cto Sanctorum, sub eodem tecto, contra seu
 prope hujus velum, ad suffitum coram Domi-
 no. Zacharias legitur solus functus officio in-
 censi, utpote facili, ad quod non opus erat ad-
 jutore. *Multitudo populi ŷ. 10. foris orans,* in-
 dicare potest, hoc contigisse Sabbato, quando
 major erat concursus ad Sacra, vel Festo Sce-
 nopegia, à quinto decimo die mensis hujus sep-
 timi (nostri Septembris) de quo Levit. 23. à *ŷ.*
34., à quo (nostro Septembri) octavâ die fini-
 to usque ad vigesimam quintam Martii, quando
 missus est Gabriël Angelus ad Mariam, haben-
 tur menses facilè sex.

ŷ. 13. Exaudita est deprecatio tua, privata
 olim pro habenda prole hucusque divinitus im-
 pleri dilata; quia ob amborum senium, & ste-
 rilitatem uxoris verosimiliter non ampliùs de ha-
 benda prole cogitabat; cum nec Angelo credi-
 derit *ŷ. 18.*; *nunc verò publica, secundum Chryf.,*
Aug., Bedam, Euthym., Theophyl., Maldonat.,
 pro populo & adventu Messia; prout habetur

ex sequenti tractatu Angeli de futuro filio, & quidem ut præcurfore Messiaë, &c. Sequitur prædictio nativitatæ Joannis, ejusque encomia usque ad ψ . 18.

ψ . 15. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero*, non tantum prædestinatione ad sanctitatem; quo modo Apostolus ad Galat. 1. de se ait: *qui me segregavit ab utero matris meæ* (ut tamen censent Aug. epist. 57. ad Dardan. & Hieron. in cap. 1. Hierem., idem opinantes de Hieremia) sed etiam realiter, liberatus peccato originali, & donatus gratiâ sanctificante, ut communiter tenent PP. Athanas., Cyprian., Cyril., Ambros., Gregor., Bernard. apud Toletum. Prob. 1. quia sic propriè sonat textus: & quid alioquè hic specialis privilegii significaretur? Cùm omnes Sancti sint prædestinati ab utero, & ab æterno. 2. Quia Joannes ad salutationem Virginis, quando hæc sanctificatio contigit, in utero credidit in Christum, eum dilexit, & præ gaudio exiliit, de quo ψ . 44. Dices 1. cum Aug.: nemo renascitur per gratiam, nisi natus secundum naturam, qualis tunc nondum erat Joannes. 2. Teste Aug. & Hieron., illud Hieremiæ 1. ψ . 5., *antequam exires de vulva sanctificavi te*, tantum intelligitur de sanctificatione per prædestinationem. Resp. ad 1. 1., id esse verum de lege ordinaria. 2. Joannem tunc fuisse natum in utero: & qualiter quis nascitur, etiam in utero, cum peccato originali, ita per gratiam ab eo expiari & renasci posse. Resp. ad 2. 1., Athanasius, Origen., Nazianzen., Leo, Ambros., Bernard., teste à Lap. in Hierem. cit., id explicant de reali sanctificatione. 2. Disparitas esse potest, quòd ibi sequatur: *& Prophetam in gentibus dedi te*, nimirum ab utero, quod intelligi nequit, nisi per prædestinationem ad prophetiam: item quòd præcedat: *priusquam ta*

in utero, non enim
non enim
nativitatem.

ψ . 17. Præcedit ante illud

in Eliz. Vide Matt. 11.

ψ . 14. dicitur de Joanne

sed simili spiritu

in persona) ventur

illi adventum, Malac

corde patrum, Ab

rumque, in filio, I

in circa Messiam, P

ur, Hieron. in Ma

20. de Civit. cap.

aduntur Gentiles, P

ipso converti, filii

isti, ut loquitur Apo

ψ . 18. Unde hoc sci

arias, juxta Aug. no

licet dubitando, e

agnitudinem; non

vin., sed de testi

seu effectum fr

facilius credere de

Sacra, & Divina

referenti, ipsum

omnia prædicanti:

te, ut censent à L

corroboratione vel inco

quare punitus fi

ita; pro eo quod

Angelus: quia

potissimum fi

celebrationem v

ψ . 19. & 20. Ego

spiritando Dei, teste

est, qui ad stare

formarem in utero, novi te, tamquam meum, certè non notitiã amicitiaẽ per realem gratiam sanctificantem.

¶ 17. *Præcedet ante illum in spiritu & virtute Elia.* Vide Matt. 11. ¶ 10., ubi hoc sensu ¶ 14. dicitur de Joanne : *ipse est, non personã, sed simili spiritu & virtute, Elias, qui (Elias in persona) venturus est, ante secundum Christi adventum, Malachiã 4. ¶ 5., ut convertat corda patrum, Abraham, Isaac, David, aliorumque, in filios, Judæos, ut conversi fidei circa Messiam, pietatemque Patrum imitentur, Hieron. in Malachiã cap. 4. ¶ 6., Aug. lib. 20. de Civit. cap. 29., Beda. Item comprehenduntur Gentiles, Publicani, Milites, Lucæ 3., ab ipso conversi, filii fidei Abrahæ in ipso benedicti, ut loquitur Apostolus ad Galat. 3.*

¶ 18. *Unde hoc sciam, &c.* Peccavit hinc Zacharias, juxta Aug. hom. 44., Bedam, Theophyl.; scilicet dubitando, ob rerum inexpectatarum magnitudinem; non *de potentia Dei*, ut vult Calvin., sed de testis non satis cogniti quoad *actum* seu effectum futurum fide & veracitate; cui facilius credere debuisset, utpote apparenti inter Sacra, & Divinæ legationis signa sufficientia præferenti, ipsumque filii nomen certum, & encomia prædicanti: solummodò tamen venialiter, ut censent à Lap. & Maldon., ex animi perturbatione vel inconsideratione, indeliberatione: quare punitus fuit amissione loquelæ & auditus; *pro eo quod non credidisti VERBIS MEIS*, inquit Angelus: quamquam hæc ipsa pœna Zachariæ potissimum fuit in signum ab ipso petitum ad celebrationem veritatis.

¶ 19. & 20. *Ego sum Gabriël (quod sonat fortitudo Dei, teste Hieron.) qui adsto ante Deum, id est, qui adstare in cœlis soleo promptus ad*

nutum Dei. *Et ecce eris tacens, &* (quod est explicativum prioris) *non poteris loqui.* Surdum etiam fuisse, liquet ex *ψ. 62.*, ubi nutibus cum eo agunt, & est sententia Ambrosii & Theophyl. *ψ. 24. & 25.* *Et occultabat se mensibus quinque*: ratio sequitur, *dicens: quia sic fecit mihi Dominus in diebus, senectutis, quibus, præsertim etiam sterili, matrimonio operam dedisse, erubescendum videretur, & risui obnoxium: & tamen etiam, quod lator, in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines, nempe sterilitatis, quæ vulgò probro habebatur inter Judæos, ut Genes. 30. *ψ. 23.*, 1. Reg. 1. *ψ. 6.* Occultavit ergo se præ aliqua verecundia, Origen. hom. 6. in Luc., Ambrosii, Bedæ, Euthymii, Theophyl.*

ψ. 26. & 27. *In mense autem sexto, à conceptione Joannis, ut patet ex *ψ. 36.*, jam completo aut circiter, Missus est Angelus Gabriël ad Virginem, Spiritui S. in eam superventuro desponsandam, è qua Messias nunciatur nasciturus; jam antè desponsatam viro, vero & perfecto matrimonio, licet rato tantum, & non consummato, ut dictum Matt. 1. *ψ. 18.**

ψ. 28. 29. 30. *Ave* (vox est salutationis gaudium afferentis) *gratiâ plena*: ita legit noster interpret, Syrus, Arabicus, Ægyptius, Æthiopicus, Persicus, Ambrosii, Bedæ, Bernardi, Hieron. epist. ad Principiam, Aug. Enchirid. cap. 36., cum communi. Est contra hæreticos. Significatur igitur, Virginem donis illis, quibus Deo grati sumus, abundasse eâ plenitudine, quæ Matrem Dei futuram decebat, ita Patres. Sicut pro suo gradu supra *ψ. 15.*, Joannes gratiâ plenus dicitur, qualis præcursori Christi conveniebat, vide Matt. 11. *ψ. 11.* *Dominus tecum*: est explicativum vel confirmativum prioris. *Benedicta tu in mulieribus*; hoc

IN CAP. I.
inter vel super mulierem
terum fecundus erat,
teron. 7. *ψ. 14.* Quare c
dices appellat, magni
indicat: quo etiam sen
exponit Elizabeth
mulieris, & benedicta
hic accepisse videtur ip
in sermone eius: ma
ita est, quid se benedi
tur, quæ benedicti in v
Denique ipse Angel
rginis clarius respon
&c. Causa ergo t
amittendæ virginis
tenus verbis genera
le & prudens secur
orsum vergeret, ista
turbationis non fui
na esset Angelus Sat
um lucis, ut vult E
a visionibus Ange
es gratias, habuerit
non 2., quod Ange
videret, ut vult H
cubiculo repente
pareret, satis pat
contra utramque
tur, turbata in ser
Nec 3. quod
similitate: aliàs e
rem, non dixisse
es enim laudes ad
isset. Timorem len
ten nunc addens no
ψ. 31. *Ecce concip
te, ex tua su*

est, inter vel super mulieres. Benedictio verò mulierum fecunditas erat, Exodi 23. ψ . 26., Deuteron. 7. ψ . 14. Quarè cum benedictam inter mulieres appellat, magni alicujus filii matrem fore indicat: quo etiam sensu infrà ψ . 42. eadem verba exponit Elizabeth dicens; *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*: imò sic accepisse videtur ipsa virgo, utpote *turbata in sermone ejus*: nam, ut ait Bernard., *turbata est, quòd se benedictam audisset in mulieribus, quæ benedici in virginibus semper optabat*. Denique ipse Angelus cogitationibus turbatæ virginis clariùs respondens, ait: *Ecce concipies, &c.* Causa ergo turbationis ψ . 29. erat timor amittendæ virginitatis in promissâ ab Angelo hætenus verbis generalibus matris fecunditate; unde & prudens secum cogitabat, *qualis esset, quorsum vergeret, ista salutatio*. Hinc habe, causam turbationis non fuisse, i., quòd dubitaret, an non esset Angelus Satanæ transformatus in Angelum lucis, ut vult Euthym.: quia B. V. afflueta visionibus Angelorum, etiam, inter tam uberes gratias, habuerit discretionem spirituum: nec proin 2., quòd Angelum virili specie præsentem videret, ut vult Hieron. Adde, quòd, cum clauso cubiculo repentè cœlesti luce circumfusus appareret, satis patebat, hominem non esse. Dein contra utramque opinionem facit, quòd dicatur, *turbata in sermone ejus*; non dicitur, *in visu*. Nec 3. quòd ad laudes suas erubesceret præ humilitate: aliàs enim Angelus sublaturus timorem, non dixisset, *invenisti gratiam, &c.*: novas enim laudes adjiciendo, potiùs timorem auxisset. Timorem lenit Angelus, etiam in istum finem nunc addens nomen ejus, *Maria*.

ψ . 31. *Ecce concipies in utero*, verâ conceptione ex te, ex tua substantia, Beda; & vide Mat.

1. *ψ. 8. Et paries filium*, vero partu. Tò in utero non debet videri superfluum : quia quidam docuerunt, Christum ex tribus guttis sanguinis cordis, & circa cor Virginis fuisse conceptum; quem errorem se præfente Romæ damnatum, scribit Cajetan. 3.p. q.2. Refutantur 1. Manichæi, afferentes, Christum non veram carnem ex virgine, sed phantasticam dumtaxat assumpsisse. 2. Valentiniani errantes, Christum è cœlo carnem attulisse; & transisse per virginem, velut aquam per canalem. Contra hos, quomodo etiam dicitur *Christus Filius David, de semine David, &c.?*

V. 32. *Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus*, Hierem. 23. *ψ. 5. Et regnabit in Domo Jacob in æternum*, Isaiæ 9. *ψ. 7. subsumunt Judæi* : atqui Christus non sedit super folium David, aut regnavit in domo Jacob : ergo ipse non est Messias. *℞. Agi de Regno spiritali Christi filii David* (quæ est Ecclesia universa) repræsentato per Regnum David & domum Jacob, quæ illius typus erant & figura. Vide pulchrè Tirin. in Isaiam cit., & super hoc testimonium Prophetarum apud Maldonat.

ψ. 34. Quomodo fiet istud? Vel 1. solùm de modo dubitat, sollicita, ne fieret cum voti sui & virginitatis jactura, Ambros., Aug., Beda, Theophyl. : unde non sciverit, aut tunc primò menti non occurrerit, Messiam, cujus matrem se futuram jam ex Angelo intellexerat, ex virgine tali manente nasciturum; ùt etiam innuit ratio addita : *quoniam virum non cognosco*, meum nempe, Josephum : nam circa alienum, vel non suum, non potest esse suspicio de hac virgine. Hinc ejus votum perpetuæ castitatis colligunt Patres; scribente, inter alios, Aug. lib. de virginit. cap. 4., *quomodo fiet istud, quoniam virum*

IN CAP. I. LUCÆ.
 quomodo fiet istud? quod profecti non
 enim se ante concepit. Sic
 carnes non est, id est
 voto religiosi ad veterant
 agnus, sine illius viola
 de quo Mat. 1. *ψ. 1.*
 eundem virginem et
 virgine natus; sed
 et maiorem firmitatem
 in dicitur: sicut Epil
 Habemus firmior
 non quòd sine
 mirum veritatis ex ve
 sunt virginis quali
 mirabilem Messie co
 odum ulterius inq
 aperit: Spiritus S.
 36. Et ecce (in conf
 verb cognata tua, utpo
 iuxta tabulam gene
 ac proinde Tribu
 dicit, quòd *ψ. 5.*
 nota cum Tirino
 prater Dominum
 us, adeoque sine
 fusionis heredita
 tribu uxores acci
 nda copulabantur
 bus Levitici gene
 sacerdos Elisabeth
 nis Soben Elisabeth
 David uxorem d
 de filiabus Aaro
 Judic., aliquem
 Domo David aliqu
 Aaron durisse uxor
 lib. 83. qq. q. 61.

non cognosco? quod profectò non diceret, nisi Deo Virginem se antè vovisset. Sicut si Carthusianus diceret, *carnes non edo*, id est, edere non possum, voto religionis id vetante. Tum ψ . 35. docet Angelus, sine illius violatione imprægnandam, de quo Mat. 1. ψ . 18. Vel 2. dici potest, scivisse quidem virginem ex Isaiaë 7. ψ . 14., Messiam ex virgine nasciturum; sed interrogasse ulterius ad majorem firmitatem actualem seu vivacitatem fidei suæ: sicut Epist. 2. Petri 1. ψ . 19. dicitur: *Habemus firmiorem propheticum sermonem*: non quòd sine hoc non haberent sufficiens testimonium veritatis ex verbis Apostoli. Vel 3. verba sunt virginis quasi exclamantis, & admirantis mirabilem Messiaë conceptionem è virgine, & modum ulterius inquirentis, quem mox Angelus aperit: *Spiritus S. superveniet in te &c.*

ψ . 36. *Et ecce* (in confirmationem dictorum) *Elisabeth cognata tua*, utpote filia Sobe, filiaë Mathan, juxta tabulam genealogicam apud Tirin. & à Lap., ac proin de Tribu Juda & familia David. Nec obstat, quòd ψ . 5. dicatur *de filiabus Aaron*. Pro quo nota cum Tirino hìc & à Lap., Levitis nullam, præter Dominum, hæreditatem in Israël habentibus, adeòque sine periculo per legem vitæ confusionis hæreditatum, solenne fuisse ex quavis tribu uxores accipere: sed primarii ferè tribui Juda copulabantur, uti & de tribu Juda mulieribus Levitici generis. Itaque sicut Zacharias Sacerdos Elisabetham, ità alius generis Sacerdotalis Soben Elisabethæ matrem, aliamve de familia David uxorem duxerit, unde Elisabetha vocetur *de filiabus Aaron*: dicente Aug. q. 47. in lib. Judic., aliquem ex Christi progenitoribus de Domo David aliquam ex tribu Levi & familia Aaron duxisse uxorem: sicque libenter cum Aug. lib. 83. qq. q. 61., & lib. 1. de consensu cap.

2. & 3., Ambrosio lib. 3. in Luc., Hilario in Mat. can. 1., amplectimur, Christum etiam esse de stirpe Sacerdotali: quamvis (ut tamen quidam Patres autumant) non admittamus, Lucam cap. 3. texere genealogiam Christi per seriem Sacerdotum: quia ascendendo ab Joseph usque ad *Nathan, qui fuit David*, recenset omnes illos posteros David in linea recta; qui utique David non fuit de tribu Levi, sed Juda: & quia, ut rectè notat Maldon. in cap. 1. Mat., mirum esset, quòd Lucas rem non indicasset, cujus tantùm intererat.

¶ 38. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Verba sunt cum humili obedientia consentientis, Angelo assentientis, & optantis, ac vi consensûs efficaciter cooperantis ad Incarnationem per subministrationem materiæ corporis Christi, modo dicto Mat. 1. ¶ 18. post medium. Ad quæ verba statim *Verbum caro factum est*, secundum Iren. lib. 15. cap. 19., Tertul. lib. de carne Christi, Athanas. orat. de S. Deipara, Damascen. lib. 3. cap. 2., Sedulium, alioque: non ergo antè, ad *gratiâ plena*, vel, *Dominus tecum*: quia post hæc adhuc sequitur, *concupies, paries, Spiritus Sanctus superveniet in te*, in futuro. Itaque ab Hieron. epist. 140., August. serm. 2. de annuntiatione, vel recedimus; vel intelligendi sunt de tota salutatione; vel præsens aut præteritum ponunt pro brevi futuro & instanti; vel intelligunt præsentiam Verbi in Virgine secundum Divinitatem, aut etiam gratiam sanctificantem; non verò secundum ipsam Incarnationem.

¶ 39. *Exsurgens autem Maria in diebus illis, quibus hæc gerebantur, etiam ex Angelo intellecta, & credita circa Elifabeth; leta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio, ut ait Am-*

IN CAP. I. L.
 abijt, è Nazrem, in
 per Jerusalem, qui
 Juda, Hebræo nomine
 que erat Sacerdotali
 21. y. 10. olim de
 y. 2. ubi habitatio
 videntur indicare in
 post conceptionem Ve
 Theophyl. putant ipso
 iophas non fuerit com
 10.
 44. Ecce enim (hæc p
 ram Elifabeth proph
 tionis in auribus me
 u in utero meo; non
 uadio matris, ut vul
 merè animali, ut A
 & Eucher. q. 3. in
 rionali, cum iustifi
 tionis Messiam an
 u matris prophetam
 hæc canentis: hinc
 QUE abijt pandit
 ia: Patrum, Ori
 Euthym., Iren.
 de Epiphania, Gr
 Hierosol. catech.
 Chrylogi serm.
 ad, Maximi, Ber
 u gaudis, suo utiq
 effectus animæ
 cum eodem,
 dicendum, ex
 ut insinuat Lu
 confortatur spirit
 presentiam illum a
 ad Joannis nati
 A

prof., abiit, è Nazareth, in montana cum festinatione, per Jerusalem, quæ erat iter, in Civitatem Juda, Hebron nomine, inquit Baron. & Tolet., quæ erat Sacerdotalis, 1. Paralip. 6. v. 55., & Josue 21. v. 10., olim dicta Cariatharbe, Genes. 23. v. 2., ubi habitabat Zacharias. Verba prædicta videntur indicare iter arreptum paucis diebus post conceptionem Verbi: imò Ambros., Beda, Theophyl. putant ipso die. Quo supposito, Josephus non fuerit comes, ut diximus Mat. 1. v. 20.

v. 44. *Ecce enim* (hæ particulæ rationem dant dictorum Elisabeth prophetantis) *ut facta est vox salutationis in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo*; non motu tantum naturali, ex gaudio matris, ut vult Calvin., nec supernaturali merè animali, ut Aug. epist. 57. ad Dardan., & Eucher. q. 3. in Lucam; sed supernaturali rationali, cum justificatione tunc accepto usu rationis Messiam agnoscentis, amantis, & per os matris prophetantis. Prob. 1. autoritate Ecclesiæ canentis: *hinc parens nati MERITIS UTERQUE abdita pandit*: ubi merita, ibi ratio & justitia: Patrum, Orig., Ambros., Theophyl., Euthym., Iren. lib. 3. cap. 18., Leonis Serm. de Epiphania, Gregor. 3. moral. cap. 5., Cyril. Hierosol. catech. 3., Chryf. Hom. 2. in Joan., Chrysologi serm. de nativ. Joan., Cyril. Alexand., Maximi, Bernardi. Prob. 2. *Exultavit in gaudio*, suo utique, *infans*; gaudium autem est affectus animæ rationalis, ut rectè Origen. Imò cum eodem, Ambros., Theophyl., Euthym., dicendum, exin semper retinuisse usum rationis, ut insinuat Lucas v. 80., *puer crescebat & confortabatur spiritu*: & si ad Christi & Mariæ præsentiam illum accepit, cum hæc durarit usque ad Joannis nativitatem, oportuit etiam

usum rationis durare; nec est ratio, cur post illum acceptum fuisset eo privatus.

Ψ. 47. *Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*: Habacuc 3. Ψ. 18., *Jesu meo*: græcè σαῦγι, *Salvatore meo*. Hoc cantico B. V. Deum laudat ob beneficia, 1. sibi facta in Incarnatione: 2. toti Israëlī, etiam ut in sensu mystico figuræ ac typo beneficiorum Israëlī datorum per Christi adventum, ac redemptionis humanæ.

Ψ. 48. & 49. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, græcè ταπεινωσιν, vilitatem, exiguitatem, abjectionem, quam hîc humilis virgo opponit magnitudini potentis Dei: non ergo prædicat in se virtutem humilitatis, sed eam exercet. *Ecce enim ex hoc tempore*, ex nunc, græcè enim est ἐκ τῆς νῦν, *beatam me dicent omnes generationes*, fidelium, tamquàm Virginem Matrem Dei, Aug.; hocque est, *quia fecit mihi magna qui potens est*; & unde magnificat anima ejus Dominum. *Et Sanctum nomen ejus*: subintellige est; Tirin.

Ψ. 51. *Dispersit superbos mente cordis sui*: non suiipsius, Dei, ut intellexit Aug.; sed suiipsorum, in græco enim est ἀντὶν: quasi dicat: dispersavit cogitationes & consilia Pharaonis in mari, Exodi 14., regis Moab in benedictione Balaam, Numer. 23., Chanaanæorum, Josue 8. &c., suis ipsos consiliis opprimens.

Ψ. 52. & 53. *Deposuit potentes de sede*, Reges Chanaan, & *exaltavit humiles*, Israëlitas; quos etiam velut *esurientes implevit bonis*, terræ promissionis: & *divites*, incolas, *dimisit inanes*, privans eos suâ terrâ & habitatione. Nunc, implendo veterem figuram, per Incarnationem *dispersit*, *deposuit* principem hujus mundi dæmonem &c.; suos *exaltavit*, *implevit bonis* spiritualibus, Aug. in expositione hujus cantici, & Cyril. apud S. Thom.

IN CAP. I. LUCÆ
 14. & 55. *Sapientia* Israël
 id est, gentem Israël
 ore & ope assumpsit, et
 carnem ex ea suscipiendo.
 spiritus, Abraham & Isaac
 Gal. 1: 11. y. 11.,
 vide Mat. 1. y. 1.
 Et reversa est in domum
 virginem Joannis, cui
 Beda, contra Euthymium
 urbanum fuisse Virgine
 libenter asserit
 parturientem dicitur
 obsequii causâ ad
 ratione quasi, id est
 augmentum, tres
 quàm ut interim, dum
 variandi tempus ostendit
 pollquam dixerat
 objungat y. 57., Et
 tempus: quia sic
 que ad Mariam, et
 sunt.
 &c. Venerunt enim
 tu, amici, non in
 charitatis, ut suade
 operæ præsentia,
 eos, aliis tandem
 vari eum. Non
 Euthym., Th
 cum intellexit; cer
 que surdi & muti;
 cepto, vel eorum,
 quia y. 63. se
 quid autem mi
 amine, si hoc u
 vult?

ŷ. 54. & 55. *Suscepit Israël puerum suum*, seu fœvum; id est, gentem Israëlitanam speciali semper amore & ope assumpsit, erexit; ac præsertim nunc carnem ex ea suscipiendo. *Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham & semini ejus*, Isaiæ 41. ŷ. 8. Psal. 131. ŷ. 11., Genes. 17. & Cap. 22. ŷ. 16., vide Mat. 1. ŷ. 1.

ŷ. 56. *Et reversa est in domum suam*, Maria, post nativitatem Joannis, cui interfuit; ita Orig., Ambros., Beda, contra Euthym. & Theophyl. : quia inurbanum fuisset Virgini, jam Matri, & haud dubiè libenter amplexuræ filii sui præcursores, parturientem deserere, cui hæctenus pietatis & obsequii causâ adfuerat. Nec Evangelista aliâ ratione quasi, id est, plùs minùs, si opus est, ad augmentum, *tres menses* expressisse videtur, quàm ut interim, dum Virgo adesset, impletum pariendi tempus ostenderet. Neque obstat, quòd, postquam dixerat Virginem reversam, mox subjungat ŷ. 57., *Elisabeth autem impletum est tempus*: quia sic commodiùs primùm narrat, quæ ad Mariam, dein quæ ad Elisabetham pertinebant.

ŷ. 59. &c. *Venerunt circumcidere puerum* solemni ritu, amici, non in Synagogam, sed Domum Zachariæ, ut suadet Elisabethæ octo dierum puerperæ præsentia, jubentis puerum vocari *Joannem*, aliis tandem innuentibus patri, *quem vellet vocari eum*. Nomen hoc, teste Orig., Ambros., Euthym., Theophyl., Bedâ, ipsa per prophetiam intellexit; certè non ex verbis mariti, utpote surdi & muti; sed nec ex priori aliquo ejus scripto, vel eorum, quæ sibi in templo contigerant; quia ŷ. 63. sequitur: *Et mirati sunt universi*: quid autem mira adeò esset convenientia in nomine, si hoc uxor ex viri scripto antea cognovisset?

ψ. 67. *Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu Sancto : & prophetavit : nempe hoc cantico laudat Deum ob missum Messiam, antea promissum, cujus opus redemptionis ab hostibus & vim gratiæ, dein filii sui Joannis præcursoris Messia officium celebrat, Origen. : quem & alloquitur, utpote, secundum dicta, in ventre matris ratione utentem (quamquam & Psalmista creaturas irrationabiles jubeat Deum laudare Psal. 148.) Prophetare dicitur juxta Gregor. etiam, qui præterita vel præsentia pandit naturaliter incognoscibilia.*

ψ. 69. *Erexit cornu salutis nobis, id est, potentiam, robur, Deuter. 33. ψ 17., Habac. 3. ψ. 4., metaphorâ desumptâ ab animalibus, quorum robur in cornibus est : item Regnum, 1. Reg. 2. ψ. 10., Ezechiel. 29. ψ. 21., quasi dicat : erexit nobis Regnum ad salutem in Domo David : Theophyl., Euthym., Beda.*

ψ. 70. & 71. *Sicut locutus est per os Sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarum ejus. Vide ψ. 54. & 55. Salutem ex inimicis nostris, spiritualibus, dæmone, peccato, mundo, Theophyl. ; & indicatur ψ. 75. & 77., ad quos vincendos venit Rex Christus. *ad salutem* referri potest ad locutus est ; ut sensus sit, sicut per os Sanctorum locutus est, seu promisit salutem : vel ad erexit, ut sensus sit, erexit, sive dedit Regem Christum, qui salvabit nos ab inimicis.*

ψ. 72. & 73. *Ad faciendam misericordiam. Causas dat, cur erexit illud cornu salutis, 1. ut misericordiam præstet Patribus, ipsis etiam per Christum redemptis, Orig., Theophyl. ; 2. ut se memorem exhibeat testamenti, sive promissionis suæ de mittendo Messia ; 3. ad implendum jurandum Genes. 22. ψ. 16. 17. 18.*

ψ. 78. & 79. *Visitavit nos, oriens ex alto. Sub-*

erem est Oriens, gra-
m folis : sensusque est
Zacharias 3. ψ. 8. &
Christus, seu sol
Theodor. in cap. 3. Z
Beda, sequitur
in umbra m
peccati, Gregor. lib.
Erat in desertis,
quod, ut trad
tatus circiter bimot
sevitia (pua si
nativitatis ejus, &
intra, sed circa
matrem post
Angelo suscept
derim tamen, etia
le, inquit Tirin.,
ad Israel, circa an
imus Mat. 3. ψ. 1

Nativitas, Ci
templo, ami

1. Exiit edifi

proprio nomin

lar dictus est,

nos erat adoptati

Pinio 3. cap

Romani Princ

pellati : sicut ap

egyptios Ph

lectis : vide Hie

describeretur univ

nis subjectus : i

stantivum est *Oriens*, græcè ἀνατολή, significans ortum solis : sensusque est : visitavit nos ex alto is, qui, Zachariæ 3. ψ. 8. & cap. 6. ψ. 12., *oriens* vocatur Christus, seu sol oriens, Hieron., Cyril., Theodor. in cap. 3. Zachar., Theophyl., Euthym., Beda, sequiturque : *illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent*, ignorantia & peccati, Gregor. lib. 4. Moral. cap. 17.

ψ. 80. *Erat in desertis*, à prima pueritia, Orig. & Hieron., quòd, ut tradit Nicephor., à Matre fuit delatus circiter bimulus, metu Herodianæ in pueros sævitia (puta sibi revelata) ob famam miræ nativitatis ejus, & cum Hebron esset non quidem intra, sed circa fines Bethlehem. Addit Cedren., matrem post 40. dies obiisse; sed curam pueri ab Angelo susceptam; de quo plura Baron.; crediderim tamen, etiam domestica servitia non defuisse, inquit Tirin., *usque ad diem ostentio- nis suæ ad Israël*, circa annum ætatis trigesimum; ut diximus Mat. 3. ψ. 1.

CAPUT II.

Christi Nativitas, Circumcisio, Oblatio in templo, amissi inventio.

Vers. 1. *Exiit edictum à Cæsare Augusto*, qui proprio nomine Octavius vel Octavianus, Cæsar dictus est, quia Julii Cæsaris ex sorore nepos erat adoptatus. Augusti nomen obtinuit, teste Plinio 3. cap. 20., Imperii anno 18., unde dein Romani Principes Cæsares & Augusti sunt appellati : sicut apud Persas erant Arsacida; apud Ægyptios Pharaones; apud Philisthæos Abimelechi : vide Hieron. in cap. 26. Ezechiël.

Ut describeretur universus orbis, jam pacatus, Romanis subjectus : nam Gothis, Indis, Ar-

menis, teste Suetonio, Augustus numquàm imperavit: nec nota etiamnum erat America. Id factum, tùm, ut de hominum Augusto subjectorum multitudine constaret, etiam feminarum & puerorum, ut colligitur ex *ψ. 3.*, *ibant omnes*: & *ψ. 5.*, *ut profiteretur cum Maria*: tùm, ut census à singulis penderetur, prout habetur ex Halicarnassæo lib. 4., Suida in 1. Esdræ 1., Dione Cassio lib. 56.; Euthym., Beda, Strabo apud Maldon. Divino autem consilio, ut Christo, juxta prophetiam Michææ 5., nativitas in Bethlehem pararetur. Descriptio hæc tenuit ferè quinquennium, & videtur quarto anno Bethlehemi instituta, Tirin. in Chron. cap. 44. Eam in publicis tabulis fuisse olim consignatam, habetur ex Justiniano Orat. ad Antonin. Pium, Cyril. lib. 6. contra Julian., Tertul. lib. 4. adversus Marcion.

ψ. 2. *Hæc descriptio PRIMA*, Cæsaris Augusti, sive ante quam nulla alia talis præcesserat; & sive alia adhuc subsequuta sit, sive non, inquit Maldonat. contra Tirin., qui tenet, aliam ab ipso viginti ante annos fuisse institutam (unde τὸ *prima* refert non ad Augustum, sed ad Cyrinum) item, ex Suetonio & Josepho, Cyrinum ultimo anno Augusti fuisse secundò functum hoc munere post 20. annos. Certè (nisi erret Josephus) fuit hæc descriptio diversa ab ea, de qua agit lib. 18. antiquit. cap. 1. : hanc enim universalem, contigisse constat sub Rege Judæorum Herode Ascalonita; illa fuit Archelao in exilium pulso, & fortè tantùm particularis Syriæ & Judææ. *Facta est à Præside Syriæ Cyrino*, seu Quirino, qui eam inchoavit, sed bello cum Homonadensibus distractus, quasi suo nomine perficiendam commisit Sentio Saturnino cum collegis, à quo Christus recens natus in Bethlehem descriptus fuit. De his, uti & quoto anno mundi, Imperii Au-

Herodis Regis
Olympiade, qu
die mensis & he
conceptus & natus in
Chron. cap. 44-47. 48.
ψ. 3. Et natus in
Bethlehem, sicut in
nati, sed que fam
sunt & Josephu
Marci 6. ψ. 3., alce
de dono & Jam
1. Reg. 10
ψ. 6. Factum est a
ut dies, natural
conceptione, ut p
tum aliquo inter
lehem. Dices: m
natum animâ corp
tum 20. diebus cir
informatio fiat die
Christi primo instam
tilli, vel saltem n
informatum animâ
ici. R. Corpusco
nizatione puri
ram marium;
novem mensur
ψ. 7. Et peperit,
mæc. lib. 4. c. 15.,
sicut radii solis tran
in Evang. Hier
nativ. Christi. Dan
Damasce. lib. de ort
pollatè & citra in
Certè Propheta d
riet. de quo M
væ infantem op

gusti, Herodis Regis, urbis Romæ conditæ, quotâ Olympiade, quibus Consulibus, quoto mense, die mensis & hebdomadæ, quâ horâ diei conceptus & natus sit Christus, tractat Tirin. in Chron. cap. 44. 47. 48.

ŷ. 3. *Et ibant omnes, ut profiterentur, suum nomen, singuli in suam civitatem, non præcisè, ubi nati, sed quæ familiæ ipsorum erat caput. Quarè & Joseph natus Nazarethi, ut colligitur ex Marci 6. ŷ. 3., ascendit in Bethlehem, eò quòd esset de domo & familia David, in Bethlehem nati, 1. Reg. 16.*

ŷ. 6. *Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, naturaliter novem mensium tempus à Conceptione, ut pareret. Indicari videtur, id factum aliquo intervallo post adventum in Bethlehem. Dices: mares post formatum & informatum animâ corpus nascuntur septimo mense cum 20. diebus circiter; in supposito, quòd illa informatio fiat die quadragesimo: atqui Corpus Christi primo instanti conceptionis physicè indivisibili, vel saltem morali (de quo Theologi) fuit informatum animâ rationali: ergo debuit citiùs nasci. R. Corpusculum Christi in hac miraculosa organizatione purius, & minus tunc fuisse, quàm aliorum marium; ut proin naturaliter opus fuerit novem mensium incremento.*

ŷ. 7. *Et peperit, vero partu, viâ ordinariâ, Damasc. lib. 4. c. 15., illæsâ virginitate, penetrando, sicut radii solis transeunt per vitrum, Greg. hom. 26. in Evang., Hier. contra Helvid., Basil. orat. in nativ. Christi, Damasc. cit.; ac proin sine dolore, Damasc. lib. de orthodoxa fide, & vide ŷ. 22.; impollutè & citra inquinamenta, Epiphan. hæresi 69. Certè Propheta dixerat: VIRGO concipiet & pariet.; de quo Mat. 1. ŷ. 22. Itaque nec lavare infantem opus fuit; quod est contra Hieron.*

epist. ad Eustoch. scribentem; *cruentus egreditur. Nulla ibi obstetrix.... ipsa pannis involvit infantem, ipsa & mater & obstetrix fuit*, Hieronym. prius cit. Umbilicalis nervus, quo materno corpori connexus, & per quem Christus in utero fuerat nutritus, in ipso egressu ipsius nascentis virtute separatus est, ita ut nil scindi a virgine fuerit necesse, Cyprian. orat. de Nativ. Item scribit Synod. Trullana can. 79., *absque ullis secundinis ex Virgine partum esse confitentes, ut qui sine semine constitutus sit*; nimirum unico instanti indivisibili morali aut physico formatus; secus ac fit in aliis infantibus ex semine viri ac mulieris paulatim coagulatis. Humor, qui ante partum necessarius erat ad alendum fœtum, post partum ad ubera fluens in lac conversus est naturaliter, Salmeron.

Peperit filium suum primogenitum, etsi unigenitum, ut ex Hieron. dictum Matt. cap. 1. v. 18. circa medium. Natum ab Angelis exceptum, & inter matris ulnas collocatum putat Nyssen., vel mater nudum jacentem, è terrâ reverenter sustulerit. De loco diximus Matt. 2. v. 11., qui erat pro communi stabulo situs ad extremam & orientalem urbis partem secundum Hieron. *Quia non erat eis* (itâ legunt Græca, Latina, Syrus, Arabic., non, *ei*) *locus in diversorio*, ullo, sive ob populi frequentiam, sive etiam ob paupertatem & instantis partûs, ut arbitrabantur, incommoda. Bovem & asinum ad præsepe Christi fuisse, communis est traditio, juxta illud Septuaginta, Habacuc 3. v. 2., *in medio duorum animalium cognoscêris*. Et mysticè Isaïæ 1. v. 3., *cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui*; uti explicant ibid. Hieron., Nazian., Cyril., Paulin., Prudent., & alii apud Baron. Utrumque pertinuisse ad Josephum, & adductum pro fortè

IN CAP. I
 cessatis non incog
 33. Asino verum
 sentiu eadēdem p
 non necessarium,
 Cui est g
 lumen cu
 habere non pote
 gravidarum mulier
 8. Pastores erant
 Eder, id est, g
 greges suos, Ge
 aspidantes virilia
 se distributas,
 obque plures tribu
 vigiliis nocturnas
 greges in unum
 n hos servasset,
 onlum Bethlehen
 re, in agro perno
 reme, in calidis illi
 Paulæ.
 12. Hoc vobis
 præsepium fue
 ritus not; vel qu
 data signa hic fin
 ex iis satis ind
 invenissent?
 14. In terra p
 ca, Nazian., C
 legunt; in
 mantas. Sensus ed
 tio servanda cum
 cœnisi, Orig., In
 Andrea Hierosol.,
 Theodoram, in
 Hilar. lib. 2.
 Coracum iudex a t

necessariis non incongruenter putat Salmeron tract. 33. A fino vectam fuisse Mariam, ex communi sensu exhibent picturæ, eratque conveniens, etsi non necessarium, scribente Aug. serm. 11. de natali : *Cum esset gravida, salubri levitate gaudebat : lumen enim, quod intra se habebat, pondus habere non poterat.* Nec utique ipsa aliarum gravidarum mulierum incommoda sensit.

ψ. 8. *Pastores erant in regione eadem, juxta turrim Eder, id est, gregis, ubi Jacob olim paverat greges suos, Genes. 35. ψ. 21., Vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum, inter se distributas, ac mutatas, more militum : adeoque plures tribus fuere : nec tres suffecissent ad vigilias nocturnas inter se tenendas super plures greges in unum coactos : insuper quis interrim hos servasset, dum tres irent festinantes ad stabulum Bethlehemiticum ? Græcè est, ἀγρουλάτις, in agro pernoctantes & stabulantes, etsi hyeme, in calidis istis regionibus, Hieron. in epitaph. Paulæ.*

ψ. 12. *Hoc vobis signum, &c.* Dicendum, vel quòd præsepium fuerit stabuli publici vulgò pastoribus noti ; vel quòd non omnia Angeli verba aut data signa hìc sint expressa : quomodò enim aliàs ex iis satis indeterminatis tam facilè Christum invenissent ?

ψ. 14. *In terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Græca, Nazian., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. legunt ; *in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Sensus eodem redit. Latina tamen lectio servanda cum antiquo Græco Codice Lugdunensi, Orig., Iren. lib. 3. cap. 2., Epiphan., Andrea Hierosol., Cypr. serm. de nativ., Hieron. ad Theodoram, in Isaiæ 6., Ezechiël. 16., Matt. 8., Hilar. lib. 2. de Trinit., Ambros., Aug. ; Græcum *εὐδοκία* tam Dei erga homines bonam

voluntatem significat; ut sensus sit: pax hominibus bonæ voluntatis Dei, seu quibus Deus bene vult, Nyssen., Theophyl., Euthym.; quàm bonam voluntatem & affectum hominum; prout sumitur ad Philip. 1. *ψ.* 15., Rom. 10. *ψ.* 1., ipsumque verbum *εὐδοκῆν*, ad Rom. 15. *ψ.* 26., & 1. Thessal. 2. *ψ.* 8., qui huiusmodi sunt bonæ suæ voluntatis, utique gratiâ quidem Dei sunt, non tamen Calvinisticâ, nec Jansenianâ.

ψ. 21. *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, id est, cùm jam ex Lege, Genes. 17. *ψ.* 12., adesset dies octavus. Ex quibus verbis Christum fuisse circumcisum, semper intellexit Ecclesia: an à matre id factum (ut alterâ Sephorâ, Exodi 4. *ψ.* 25.) an à Josepho, aut aliquo Sacerdote vel Levita, incertum. De nomine *Jesu*, diximus Mat. 1. *ψ.* 21. Circumciditur ut verus Abrahamæ filius, & qui, Mat. 5., venerat non Legem solvere, sed adimplere, & ad exemplum, etiam humilitatis.*

ψ. 22. 23. 24. *Postquam impleti sunt dies purgationis ejus, Matris, ut patet ex græco ἀῶνις, & Levit. 12. *ψ.* 7. & 8. Difficilè adducor, ut credam, familiam sacram 40. diebus mansisse in ista spelunca, & non aliquò in domum fuisse receptam, post solemnem istam Magorum adorationem. Sicut scriptum est in Lege Domini, Exod. 13. *ψ.* 2., Num. 8. *ψ.* 16. Nec Maria obligata fuit lege Purgationis; quia hæc loquitur de partu ex suscepto viri semine; cùm ipsa conceperit de Spiritu S., & nil purgandum habuerit, secundùm dicta *ψ.* 7., nec lege de primogenitis offerendis; quia lex agit de primogenito aperiente matris vulvam: Maria autem virgo peperit, ut & est communis cum Cyril. hom. de occurso Domini, Hormisda Papa epist. 1. cap. 3., Beda, &c. Itaque, si qui Patres (non ago de Origene) di-*

IN CAP. I
Christum B. V. v
sunt non proprie;
tamquam sibi ap
cum illi ipsi inta
dices accerimi: &
Sola Christus
aperit, qua tam
Et Amphilo
quantum perinet
claustra nullo
vero ad potentiam
omnia aperta.
25. Cui nomen S
anaf. de commun
Hierosol. orat. de
tract. de Patrib
ipara cap. 10., L
tra Theophyl. & E
pione pueri in uln
entum, &c., quæ
33. Et erat pater
ntes super his, qu
cum hæc mysteri
redatò, palam, s
bat, & haud dubi
is, quæ antea
34. Ecce positus
per se, directè
tini; sed per acci
cionaliter, quate
rent, multi Jua
ne doctrina & mir
quam propositora
tomi: sicque sequ
adactur: prout
videm offensionis
erum omnes homin

cunt, Christum B. V. vulvam aperuisse, intelligendi sunt non propriè; sed quòd eam sine obstaculo, tamquàm sibi apertam penetrando transiverit: cùm illi ipsi intactæ ejus virginitatis sint vindices acerrimi: & sic Hieron. lib. 2. contra Pelag.; *Solus Christus clausas portas vulvæ virginis aperuit, quæ tamen clausæ jugiter permanserunt.* Et Amphilocheus hom. in Hypapanthen; *quantùm pertinet ad virginalem naturam, Virginis claustra nullo modo aperta sunt; quantum verò ad potentiam geniti Domini, nihil clausum, omnia aperta.*

¶ 25. Cui nomen Simeon, Sacerdos, ut tenent Athanas. de communi essentia Patris & Filii, Cyril. Hierosol. orat. de occurso Domini, Epiphanius tract. de Patribus V. T., Canis. lib. 4. de Deipara cap. 10., Lyran., Cajetan., Toletus, contra Theophyl. & Euthym.; & probatur ex acceptione pueri in ulnas in templo, benedictione parentum, &c., quæ erant propria Sacerdotum.

¶ 33. *Et erat pater ejus, putatitius, & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo; Maria, cùm hæc mysteria enucleatiùs & distinctiùs, inexpectatò, palàm, spiritu prophetico prædicata audiebat, & haud dubiè ea conferens in corde suo cum his, quæ antea mirabilia contigerant.*

¶ 34. *Ecce positus est hic, à Deo, in ruinam, non per se, directè & tamquàm causa ruinæ & peccati; sed per accidens, secundùm eventum, occasionaliter, quatenus proprio vitio multi non credent, multi Judæorum occasione Christi ejusque doctrinæ & miraculorum, velut salutiferum signum propositorum, scandalizabuntur, contradicent: sicque sequitur; & in signum, cui contradicetur: prout & Isaiæ 8. dicitur futurus in lapidem offensionis & petram scandali: qui cæterùm omnes homines vult salvos fieri, 1. ad Ti-*

mot. 2. v. 4., adedque etiam eos qui pereunt. *Et in resurrectionem multorum in Israël*: hoc causaliter intelligitur; quia omne bonum à Domino.

v. 35. *Et TUAM IPSIUS*, græcè *αὐτῆς*, adedque Mariæ, *ANIMAM pertransibit gladius*, non dubitationis circa filium, ut tamen volunt Orig. hic, Amphiloeh. hom. de occurſu Domini, Autor qq. N. & V. T. apud Aug. q. 73., Chryſoſt.; quia hoc eſt Virgine indignum, & ab Eccleſiæ ſententia alienum, eam ab omni ſemper peccato liberam habentis (quarè S. Thomas hos PP. excuſat, quòd per dubitationem, non fidei infirmitatem, ſed rerum viſarum admirationem, conſiderationemque intellexerint) ſed *gladius doloris*, juxta Autor. Serm. 1. de aſſumpt. apud Hieron., Bedam, Euthym., ac communem ſenſum; nimirum ex doloribus filii & tormentis per crudeles hoſtes in ſe derivatis in tantum, ut hoc doloris ſub cruce gladio fuiſſet naturaliter emortua, n̄i roborantis Dei virtus adfuiſſet. Unde meritò ſecundum hanc Simeonis prophetiam, etiam per excellentiam, Martyr habetur, cujus non quidem corpus realis gladius peremit, ſed, quòd amplius eſt, ipſam *animam* doloris gladius acutiùs pertransivit, S. Ildephonſ. ſerm. 2. de aſſump., Bernard. in illud Apocal. 12., *ſignum magnum apparuit*. Autor cit. apud Hieron. *Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. r̄o ut tam finem intentum, quàm conſecutionem & eventum ſignificat; nempe finem reſpectu bonorum, eventum reſpectu malorum, conformiter ad dicta v. 34., ſenſus eſt: hæc omnia ſpiritu Prophetico prædicta ſient, ut manifeſtentur & pateant multorum, antea occulta ſtudia & cogitationes, ſive faventium, in reſurrectionem, ſive adverſantium Chriſto, in ruinam; ſicut Scribis & Phariſæis contigit, qui cum ſe jactarent legis*

IN CAP.
 Meſſiæ fautores, et
 ſon tori orbi ſecurum
 erate eſſe alienos,
 hac, v. 34 & 35
 ſermo iudicio, ſi
 nicare cauſaliter,
 meris ac meris,
 elurus: ſcribente
 prophetat, in ruinam
 rum veniſſe Dom
 que merita di
 ſultate factorum
 plicia diſcernat
 contradicetur
 cent iniquorum
 diſſimam ejus
 ſuſtinuit.
 v. 37. *Quæ non*
 legari modo loque
 ma erat in templ
 n aliis viduis &
 erant apud v
 v. 38. v. 8., 1.
 , quales in Ec
 ſe, & etiamnu
 in templo fuiſ
 ſam. lib. 1. N
 ſi a continens &
 de ipſo, inquit
 ſe Ambroſ.: "n
 ſeris, & à P
 ſus & Juſtis gen
 rum. Omnis a
 omque miracu
 ſerit, ſterilis p
 eth prophetat,
 erultat, vidua
 ne qua aut pro

& Messiæ fautores, ex nece, quam ei intulerunt, palàm toti orbi fecerunt, se ab illo & ab omni æquitate esse alienos, Aug. epist. 59., Beda. Si autem hæc, *ψ*. 34. & 35., etiam intelligantur de extremo iudicio, sic *ut*, & *in ruinam*, potest significare causaliter, nempe ut, præsuppositis demeritis ac meritis, justè tunc iudicet omnia revelaturus: scribente Ambros. hic: "Simeon prophetat, in ruinam & resurrectionem plurimorum venisse Dominum, ut justorum iniquorumque merita discernat, & pro nostrorum qualitate factorum, iudex verus & justus aut supplicia discernat aut præmia:,, & cui etiam tunc contradicetur blasphemii impiorum, & patrescent iniquorum cogitationes, etiam contra Sanctissimam ejus Matrem, quæ; tantos dolores sustinuit.

ψ. 37. *Quæ non discedebat de templo*, id est, vulgari modo loquendi, frequentissima & diuturna erat in templo; in vel juxta quod ipsa cum aliis viduis & virginibus (conjugatæ enim domi erant apud viros) habitabat; de quibus Exodi 38. *ψ*. 8., 1. Reg. 2. *ψ*. 22., 2. Machab. 3. *ψ*. 19., quales in Ecclesia Christiana fuerunt Diaconissæ, & etiamnum sunt Moniales. Inter illas B. V. in templo fuisse præsentatam, pluribus probat Canis. lib. 1. Marialis cap. 10., *Anna Prophetissa continens & religiosissima Monialis testatur de ipso*, inquit Cyril. Hierosol. catechesi 10.; rectè Ambros. : "non solùm ab Angelis & Prophetis, & à Pastoribus, sed etiam à Senioribus & Justis generatio Domini accepit testimonium. Omnis ætas & uterque sexus, eventorumque miracula fidem adstruunt. Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magus adorat, utero clausus exultat, vidua confitetur, justus expectat..... ne qua aut professio deesset, aut sexus.,"

ψ. 41. & 42. *Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ.* Præceptum erat Deuter. 16. ψ. 16., ut omne masculinum ter in anno compareret in conspectu Domini in templo. Quamvis igitur solus Joseph hæc lege teneretur, virgo tamen singulis annis, saltem in Paschate, pro sua pietate comitabatur. *Cum factus esset annorum duodecimi*: etiam antea fuisse comitatum, sentit Juvencus lib. 1. hist. Evang. & Beda. Quidni, ut notat Aug. lib. 2. de consensu cap. 10., pro tam paucis diebus inter tantam hominum multitudinem latere, sibi que ab Archelao cavere potuerint? à quo nunc non erat periculum, utpote pulso in exilium ab Augusto; Joseph., Hegesip., Josippus, Euseb., aliique apud Tirin. in chron. cap. 49.

ψ. 44. *Existimantes illum esse in comitatu.* Videtur Christus Jerosolymis bonam parentum veniam deflexisse ad cognatos, quibuscum eum redire velle cogitabant; sed ab his rursum abivisse, putantibus discessurum cum parentibus: & sic nulla incuriæ culpæ nota in Virginem aut Josephum cadit. *Venerunt iter diei unius, securi,* quod in diversorio cum aliis consanguineis vesperi illum essent reperturi: quem cum inter cognatos & notos quæsitum non invenissent, à quorum nullo visus fuerat in itinere; postridie

ψ. 45. *Regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum.* Quæres, quid de puero amisso opinati sint Parentes? Respondent Euthym. & Franc. Lucas, eos experiendam doctos fuisse, Christum aliorum infantium more hæcenus adulescere: primis enim infantiam annis facultate loquendi & ambulandi veluti destitutus, aliisque infantiam incommodis fuerat obnoxius, non necessitate quidem, sed voluntate: atque hinc merito sollicitos potuisse esse parentes, ne nunc, ut alii pueri

pueri solent, aberrasset. Vel timuerint malum ipsi aliquod ab aliis evenire potuisse.

ŷ. 46. & 47. *Post triduum*, seu triduo post, per Synecdochen: primo nempe die, quo Jerosolymis abierant, amissus est; secundo ipsum quærentes eò redierant; tertio inventus in Templo; Ambr., Euthym.: sic Marci 8. ŷ. 31., dicitur Christus resurrecturus *post tres dies*, id est, tertio die. Hoc triduo Christum victum mendicasse, putant Bernard. hom. infra octav. Epiphani., Bonav., Alenf. Vel ab aliquo fuerit ad hospitium invitatus mirè blandus puer; Lyran., Dionys., Abulens. *Interrogantem eos*, verosimiliter de tempore, & signis adventus Messiae, de quo tunc frequens erat sermo. *Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis ejus*, ad interrogata, quæ & ipsi, mirantes & magis probaturi sapientiam, Christo faciebant: vel *responsis*, quæ ulterius interrogando respondebat Doctorum dictis.

ŷ. 48. *Et videntes, Joseph & Maria, Puerum inter Doctores, admirati sunt*, ob rem insolitam & inopinatam: *& dixit Mater ejus*, verosimiliter non publicè, sed secretò, confessu jam soluto, Maldon. *Quid fecisti nobis sic?* Non est correptio, ubi nullam subesse culpam Virgo sciebat; sed querela ex pio erga Filium affectu desiderioque profecta; similis ferè illi Christi, Mat. 27. ŷ. 46., *Deus, Deus meus, &c.*

ŷ. 49. & 50. *Quid est, quod me quærebatis, dolentes?* Verba sunt non reprehendentis, ut tamen censet Ambros., cum culpa non intervenerit; sed consolantis, instruentis per interrogationem, hæc à se ut Salvatore Homine Deo ad Patris sui cœlestis nutum voluntatemque esse facienda. *Et ipsi non intellexerunt verbum.* Etsi Joseph & Maria, de quo patre ageret, non tamen satis intel-

ligeant, quænam essent, quæ Patris sui diceret; Maldon. Vel, quomodo illud cum Doctoribus colloquium eò pertineret.

¶ 51. *Erat subditus illis, non jure, sed voluntate, citra præceptum; cum & illis major esset ratione Personæ Verbi. His complexus est Evangelista vitam Christi usque ad annum trigésimum; ante quem mortuus fuit Josephus: quia nullibi ejus ut viventis fit mentio: idque expediebat; quia Christus prædicaturus erat alium Patrem Cœlestem; ita Epiphani. hæresi 78., et si Ambros. & Cyprian. putent, adhuc superfuisse tempore passionis, dicentes, eum æquo animo tulisse Joannem sibi prælatum in cura Beatæ Virginis. Nosram sententiam propemodum certam, & à plerisque haberi indubitatam, scribunt Acta SS. Papebrochii 19. Martii; canente etiam Ecclesiâ: *cujus extremam vigiles ad horam Christus & Virgo simul adstiterunt ore sereno.* Christum scholas nullas adisse, indicatur Joan. 7. ¶ 15., *quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?**

¶ 52. *Jesus proficiebat scientiâ, & ætate; & gratiâ apud Deum & homines; ætate, & scientiâ acquisitâ seu experimentalî, quâ ipsi poterat aliquid novi obvenire, secundum S. Th. 3. p. q. 15. art. 8., non verò scientiâ infusâ & gratiâ hoc sensu, quasi auctâ sanctitate Deo gratior esse cœperit: sed quòd opera hujus sapientiæ & gratiæ, non humano solùm, sed divino quoque judicio ex objecto aut circumstantiis perfectiora patraret: sicut e. g. jejunium 40. dierum est majus opus gratiæ, quàm jejunium unius diei tantum; Nazianz. orat. 20. in laudem S. Basilii, Aug. lib. 3. de peccator. merit. & remis. cap. 29., Hieron. in illud Jeremiæ cap. 31., *femina circumdabit virum.* Athanas., Damascen., Theo-*

phyl., Euthym., Beda, Bernard., S. Thom.,
quos citat & sequitur Suarez in 3. p. q. 7. a. 12.

CAPUT III.

Joannis Baptistæ prædicatio, Baptismus Christi,
Matt. 3. *Vincula Joannis, Matt. 14.*
Christi Genealogia, Matt. 1.

Vers. 1. *Procurante Pontio Pilato Judæam;*
quæ, pulso Archelao, ab illo tempore per
successivè statutos Romanos Præsides admini-
strabatur. *Tetrarcha autem, &c.* Tetrarcha pro-
priè dicitur, qui quartam alicujus Regni partem
obtinere: sumitur tamen etiam pro eo, qui ob-
tinere aliquam, Maldon. in Mat. 14. §. 1. Pro
quo nota: mortuo Herode Afcalonitâ, Augu-
stus Cæsar juxta illius testamentum, dimidium
regni, quod tenuerat, scilicèt Judæam, Idu-
mæam & Samariam, dederat Archelao; Gali-
læam & Peræam Herodi Antipæ; Philippo, ter-
tio Filio Ituræam & Trachonitidem. *Et Lysaniâ,*
non quarto Herodis filio, etsi itâ volunt Nice-
phor. & Beda, sed ex genere Dynastarum Chal-
cidis, *Abilinæ Tetrarchâ,* sic dictâ ab Abila ci-
vitate sita inter Libanum & Antilibanum. De his
Joseph. apud Tirinum & à Lap., & vide Mat.
2. §. 1. & 22.

§. 2. *Sub Principibus Sacerdotum Anna &*
Caipha: non quodd ambo simul fuerint Summi
Pontifices; quia talis pacifica possessio nusquam
legitur in Scripturis: nec quodd sibi invicem
immediatè successerint, sic, ut Joannes cœperit
prædicare sub Pontificatu Annæ, & continua-
verit usque ad Pontificatum Caiphæ; cum An-
nam (Josepho Ananum) inter & Caipham tres
intercesserint, Ismaël Fabi, Eleazarus, & Si-

mon Camithi, teste Josepho 18. antiquit cap. 3., quorum quisque anno uno tenuit Pontificatum; quem tunc temporis annuè ambitiosis Sacerdotibus pretio conrerebant aut continuabant Romani Præsides pecuniæ cupidi: quem morem, secundum Joseph. ibid., primus invexit Valerius Gratus: sicque Joan. 11. v. 49., ubi vide, Caiphas dicitur *Pontifex ANNI ILLIUS*. Nec denique, quod alternis inter se annis supremo Sacerdotio fungerentur; cum Annas per septennium, Caiphas toto tempore Præsidis Pilati gesserit Pontificatum, à Lap. hic, Tirin. in Chron. cap. 42.: sed quod duo isti Principem locum inter omnes Sacerdotales familias obtinerent; & Caiphas quidem tunc actu Pontifex esset, Annas verò fuisset, essetque summæ apud omnes autoritatis & socrer Caiphæ; unde & huic illum hic præponit Evangelista. Atque ita, Mat. 26. v. 3., Marci 15. v. 1., Joan. 18. v. 35., intelliguntur *Pontifices, Summi Sacerdotes, Principes Sacerdotum*; id est, primores, egisse contra Christum.

v. 4. & c. *Vox clamantis in deserto, parate, &c. Omnis vallis implebitur, &c.* Hæc verba, Isaiæ 40., in sensu litterali sunt de Joanne & Christo, ejusque viis metaphoricis seu spiritualibus parandis & dirigendis, id est, cordibus humanis, impletâ valle ignorantiae & acediae, humiliato colle superbiæ, mutatâ pravâ & asperâ viâ peccati in directam & planam viam mandatorum Dei: quia ipsemet Joannes id affirmat, Joan. 1., *ego vox clamantis in deserto, sicut dixit Isaias Prophetâ*: idemque alii Evangelistæ testantur, Lucas hic, Mat. 3. v. 3., Marc. 1. v. 2., & SS. Patres sic exponunt citati à Gabriele Alvarez & à Lap., inquit Tirinus in Isaiam cit.; & plerique Hebræi, teste Lyrano, hæc fatentur ad tempora

IN CAP. II
 spectare. Non im
 Tolet., Maldon.,
 citato dicta putant
 hic, Judæos à cap
 trecenti, tamq
 ventur Tirin. & i
 virtuali seu Myric
 principaliter à Spir
 figurato. An f
 dictis Prophet
 tralis; ita ut ea
 rumque signific
 riam, quod nu
 Babylonica, &
 nihilominus ex
 to?
 35. & 36. Qui fa
 ut Arphaxad. C
 pponendum cen
 Antiochen., A
 Gregor. Turc
 Retinendum
 triginta Interr
 de consensu
 spiritus polle
 1. Paralip. 1
 Arphaxad
 Cavan: Caina
 Et hos constante
 & Ambros., N
 Aug., Nazia
 Capetun., Tole
 Tirin. in C
 ostendit, F
 id aliqui neg
 omnia exemp
 Syra, Persic

Christi spectare. Non improbabiliter tamen Hugo, Tolet., Maldonat., illa in sensu litterali seu immediato dicta putant de via præparanda Deo ut Duci, Judæos à captivitate Babylonica sub Cyro reducenti, tamquam figurâ (ad quod alludi fatentur Tirin. & à Lap. cit.) in sensu autem spirituali seu Mystico & mediato, intento tamen principaliter à Spiritu S., de Joanne, &c., tamquam figurato. An fortè hîc (& in quibusdam aliis dictis Prophetiis) non est duplex sensus litteralis; ita ut eadem verba æquè immediatè utrumque significant; sive ita, ut, in supposito etiam, quodd numquàm extitisset captivitas illa Babylonica, & inde liberatio, verba illa Isaïæ nihilominus exarata essent de Joanne ac Christo?

¶ 35. & 36. *Qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad.* Cainan ex arbore Genealogica expungendum censent Philo, Joseph., Theophilus Antiochen., Africanus, Orosius, Procopius, Gregor. Turonens., Isidor., Ado, Beda, Abulensis. Retinendum suadent sequentia: 1. quia Septuaginta Interpretes (teste Hieronymo & Aug. 2. de consensu cap. 66., etiam divino & Prophetico spiritu pollentes) eum, Genesis 11. ¶ 12., & 1. Paralip. 1. ¶ 18. & 24., insererunt hoc modo: *Arphaxad triginta quinque annorum genuit Cainan: Cainan triginta annorum genuit Sale.* Et hos constanter sequitur Lucas, etiam hîc; uti & Ambros., Nicephorus Constantinop., Euseb., Aug., Nazianz., Sulpitius, Hugo, Dionys., Cajetan., Tolet., Bellarm., Salmeron, Salianus, Tirin. in Chron. cap. 13., Bonfrerius, qui etiam ostendit, Epiphanium & Hieron. (de quibus id aliqui negant) Cainan inseruisse. 2. Quia omnia exemplaria eum hîc exprimunt, Latina, Syra, Persica, Ægyptia, Æthiopica,

Arabica, Græca, unico excepto, inquit à Lap. 3. Quia Trid. definit, suscipiendos pro Sacris & Canonicis omnes Libros Bibliorum, integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia legi consueverunt, & in veteri vulgata editione Latina habentur: atqui hic apud Lucam habetur Cainan. At, inquires, in Hebræo & Latino Genes., & Paralip. non habetur. Resp. vel vitio scriptorum ibi intercidisse; vel Moysen, salvâ veritate, eum omittere potuisse, certa de causa, licet ignota. Non exprimitur ergo ibi quidem, sed non negatur.

CAPUT IV.

Christi Jejunium & Tentatio, Mat. 4. à Nazarenis non auditur, Mat. 13. Curatio demoniaci, Marci 1. Sanatio Socrus Petri & aliorum, Mat. 8.

Vers. 17. *Revolvit librum.* Mox ex Isaïæ 61., ea modestè & gratiosè explicans, docet se Messiam esse, eò quòd, quæ de Messia ibi prædicuntur, in se completa tunc essent in auribus eorum, etsi incredulorum dictis Christi; omnibusque cum laudis testimonio steriliter mirantibus in verbis gratiæ & sapientiæ ejus, ac simul ipsum vituperantibus, & in eo scandalizatis, ut est Mat. 13. Censent Tirin. & à Lap. (sicut hic cap. 3. v. 4.) hanc Prophetiam litteraliter esse de Christo: Maldonat. verò mysticè; litteraliter autem esse de persona Isaïæ typo Christi ex spiritûs Prophetici unctiōe ac missione prænunciantis annum seu tempus Domino placabile liberationis Judæorum à Captivitate & servitute Babylonica sub Cyro, & sic ultionis eorum à Chaldæis.

ŷ. 18. *Spiritus Domini super me*; propter quod, *unxit me*, in mundi Salvatorem, 1. clàm, unctiōe Divinitatis per unionem hypostaticam humanitatis cum Verbo, indeque promanantem plenitudinem gratiarum ab ipsa conceptione de Spiritu S. superveniente in Mariam. 2. Palàm & publicè, in Baptismo, uti apud Maldonat. intelligunt multi Patres, nominatim Hieron. in Isaia cap. 61., descensu Spiritus Sancti in specie columbæ, & voce Patris, scilicèt in publicum testimonium prædictæ unctiōis ac missionis ad prædicandum & salvandum, quæ fuerat in eo ab initio. Itaque *τὸ spiritus Domini super me*, & *Dominus unxit me*, convertibiliter idem sunt, sed diversimodè significatum; sicut *τὸ homo*, & *animal rationale*: adeòque eodem sensu, quo apud Isaiam est, *spiritus Domini super me*, eò quòd *unxerit Dominus me*; apud Lucam & Græcè est, *PROPTER QUOD unxit me*. Prout in idem venit, sive dicas, *est homo*, eò quòd *est animal rationale*; sive, *est homo*, propter quod *est animal rationale*. Docet Christus se esse illum *Unctum*, quòd Græcè est *Christus*, Hebraicè *Messias*; & simul probat ex sequentibus factis jam inchoatis. *Evangelizare pauperibus misit me*: ità & videntur legisse Septuaginta apud Isaiam, inquit Maldonat.: ubi in Latino est, *mansuetis*: nimirum pauperes mansueti ac demissi esse solent aut debent. *Sanare contritos corde*, id est, tristes.

ŷ. 19. *Prædicare captivis*, peccato captis, remissionem, seu liberationem à peccato, Irenæus lib. 3. cap. 10. *Et cæcis visum* (ità vertunt LXX. & Lucas, quod in Hebræo est, eodem sensu, & *vinctis apertionem*) id est, tam spiritualiter, quàm corporaliter cæcis seu vinctis oculis visum, sive oculorum apertionem tam spiritualem,

quàm corporalem. *Dimittere confractos in remissionem*; hoc neque in Hebræo est, neque apud LXX.: paraphrasticè igitur à Luca fuerit additum, ad explicationem præcedentis, juxta Tolet. & Maldonat.; *confractos* enim Euthymius oppressos servitute diaboli, & obtritos jugo peccatorum intelligit. *Prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis*; ità Lucas ex Septuaginta; quod in Vulgata apud Isaiam est, eodem sensu, *Domino placabilem & diem ultionis*; quo Deus per Christum ulciscetur se & amicos suos de iniquo tyranno diabolo & omnibus affeclis ejus; quam retributionem ultionis cœpit, dum in terra vivebat, continuabitque usque ad diem judicii, Cyril., Beda: dicente similiter Christo Joan. 12. *ψ. 31.*, *nunc judicium est mundi: nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras*. Itaque *annus & dies*, hîc pro tempore sumitur, nempe jam dicto; conformiter ad illud 2. ad Corinth. 6., *ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*. Porrò Propheta alludit ad annum Jubilæi Judaici, quo libertas, & remissio debitorum proclamari solebat, Lev. 25. *ψ. 10.*, qui figura erat libertatis & remissionis debitorum, quâ Christus nos liberavit.

ψ. 23. &c. Dicetis mihi hanc similitudinem, proverbium, adagium: Medice, cura te ipsum, id est, tuos tuamque patriam, qui curâsti alienos, Capharnaitas tot præstitis miraculis. *Multæ viduæ erant, &c.* Duplici hoc exemplo Prophetarum, tùm Eliæ missi ad viduam in Sarephata Sidoniæ, ab eaque accepti; tùm Elisæi liberantis Naaman Syrum à Lepra, probat, *quia nemo Propheta acceptus est in patria sua*, sive esse solet; indicatque Nazarenos ob incredulitatem, imò totam Judæorum gentem deserendam, & Evangelium gentibus annuncian- dum, Theophy-

IN CAP.
Euthym., Beda
intra sunt
29. & 30. Et
tamquam rum
quod se Messia
Tho., Bonavent
sem fontes plebi
Crisp., & Stephan
e, protrudendo &
Marcion. cap. 8
extra muros, jux
tata, ut præcipi
que malitia cor
iam illorum i
phantasia ver
s obstupefactas
mbros., Euthy
ræcipitatio loco
riptorib. Ecclesi
omni jussu à P
apli fuisse præci

C A
tio quorundam
sciam, Mat.
natio Paralyt
discipulorum
Erl. 36. & 37
nem ad illos
obimento, sive u
tum triti, prout
is vestimentum
et facerem, si d
minus firmis, &
vota onera ext

laet., Euthym., Beda. His cum se punctos sentirent, irati sunt.

ŷ. 29. & 30. *Et ejecerunt illum extra civitatem, tamquam reum mortis propter blasphemiam, quod se Messiam Deumque prædicasset, D. Tho., Bonavent., Tolet., à Lap. Extra civitatem fontes plecti solebant, ut habetur ex morte Christi, & Stephani Actor. 7.: & duxerunt eum, protrudendo & pertrahendo, Tertul. lib. 4. contra Marcion. cap. 8., usque ad supercilium montis, extra muros, super quem civitas illorum erat edificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem, cum ed usque malitiæ eorum se permisisset, transiens per medium illorum ibat, miraculo vel oculorum aut phantasiæ vertigine eos divertendo, vel manus obstupefactas & quasi ligatas tenendo, Chryf., Ambros., Euthym. Blasphemi lapidabantur: sed præcipitatio loco lapidationis erat: sic Hieron. de Scriptorib. Ecclesiast. tradit, Jacobum fratrem Domini jussu à Pontifice lapidari, de pinnaculo templi fuisse præcipitatum.*

CAPUT V.

Vocatio quorundam Apostolorum post capturam Piscium, Mat. 4. Mundatio Leprosi, Mat. 8. Sanatio Paralytici, vocatio Matthæi, excusatio discipulorum à Jejunio, Mat. 9.

Vers. 36. & 37. *Dicebat autem & similitudinem ad illos: quia nemo commissuram à novo vestimento, sive ut Mat. habet, panni rudis, nondum triti, prout est in vestimento novo, immitit in vestimentum vetus &c.: ita nec ego prudenter facerem, si discipulis meis adhuc imperfectis, minùs firmis, & quasi veteribus, nova & graviora onera extraordinariorum jejuniorum, &*

precum, ut vos ψ . 33. urgetis, imponerem, Theophrastus, Euthym.

ψ . 39. *Nemo bibens vetus, statim vult novum vinum.* Idem hoc significat, quod præcedentia: docetque, discipulos suos, & recenter conversos, indulgentius esse habendos, & paulatim ad austeritatem vitæ perducendos: sicut assueti bibere vinum vetus defæcatum, non statim ferunt musti effervescentis violentiam.

CAPUT VI.

Defensio Discipulorum spicas vellentium Sabbato, restitutio manûs aridæ, Matt. 12. Electio 12. Apostolorum, Marci 3. Sermo Christi in monte, Matt. 5. & 7.

Vers. 24. *Væ vobis divitibus, quos opponit pauperibus spiritu: non quod divitiæ secundum se malæ sunt, sed quod hominum vitio plurima ex illis mala nascuntur: quia (sic lege cum Romano, non, qui: græcè enim est $\sigma\tau\iota$) habetis consolationem vestram, iis fruente, & ad peccata abutente: quo sensu, Lucæ 16., Abraham Epuloni damnationis causam allegat; quia recepisti bona in vita tua.*

ψ . 25. *Væ vobis, qui saturati estis, gulæ & crapulæ indulgentes; quorum Deus venter est, ad Philip. 3. ψ . 19. : quia esurietis & sitiatis in gehenna, cum divite epulone, Euthym. Væ vobis, qui ridetis nunc, in peccatis & vanitate, salutis & pœnitentiæ incurii: quia lugebitis & flebitis, in fine vitæ, & æternum in inferno.*

ψ . 26. *Væ cum benedixerint vobis, prædicatoribus, homines mundani ac mali; hoc enim signum erit, vos vitia dissimulare, quæ argueretis.*

nebamini, ipsisque loqui placentia & carni grata,
 magistros prurientes auribus. De similibus Jere-
 mias cap. 7., *Prophetae prophetabant mendacium,*
& Sacerdotes applaudebant manibus suis, & popu-
lus meus dilexit talia. Idque est, quod sequitur:
Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetae pa-
tres eorum. Tales sunt Lutherani & Calvinistæ
 docentes, solam fidem (quam ipsi *promissionum*
 vocant, quæque habeat se per modum condi-
 tionis, vel dispositionis ad extrinsecus imputa-
 tam justitiam) quâ quis firmiter credit sibi re-
 missa esse nec imputari peccata, necessariam esse
 ac sufficientem ad justificationem. Unde præceptus
 fit cursus in peccata, & neglectus virtutum:
 scribente Lutero lib. de captivitate Babilonica cap.
 de Baptismo: *vides, quàm dives sit homo Chri-*
stianus, vel baptizatus, ut etiam volens non pos-
sit perdere salutem, quantiscumque peccatis, nisi
nolit credere. Nulla enim peccata possunt eum
 damnare, nisi sola incredulitas. In Commentar.
 ad c. 2. ad Gal.; *quando sic docetur, fides in Chri-*
stum justificat quidem, sed simul oportet servari
mandata Dei, quia scriptum est, si vis ad vitam
ingredi, serva mandata; ibi statim Christus negatus
est, & fides abolita. Et ibid.: *sola fides necessaria est,*
ut justi simus; CÆTERA OMNIA LIBERRIMA,
NEC PRÆCEPTA AMPLIUS, NEC PROHIBITA.
 Et ibid. in argumento: *summa ars & sapientia*
Christiana est, nescire legem, ignorare opera, &
totam justitiam activam. Similia habet Calvinus
 lib. 3. instit. cap. 19. §. 2. 4. & 7., apud Bel-
 larm. tom. 3. de justificatione lib. 4. cap. 1. Acce-
 dit, quod Calvinus l. 3. Instit. §. 11. & 16. doceat,
 dictam fidem justificantem esse arrham inamissi-
 bilem æternæ suæ prædestinationis & salutis,
 quam & proin fide divinâ teneant expectantes.

Similiter Petrus Martyr in Comment. ad cap. 8. ad Rom., & Kemnitiſius in examine Tridentini: aſt hi cum plerisque Lutheranis, cum hac differentia à Calvino; fidem quidem illam quandoque amitti poſſe, at certiffimè poſteà reſtituendam: & quomodo enim aliàs dicta fides eos certos redderet, etiam ſalutis? Ità apud Bellarm. cit. lib. 3. cap. 12. 13. 14., ubi egregiè contra eos tuetur Dogma Catholicum. Adde impia verba Lutheri, in colloquio Iſlebert. de Fanaticis: *tollantur de medio præcepta Dei, & ceſſabunt omnes hæreſes.* In Pfalm. 5.: *ubicumque Scriptura jubet bona opera facere, tu id ſic intelligas, quòd Scriptura prohibeat bona opera facere.* Et ſuper cap. 3. ad Galat.: *tameſi Paſiſtæ ingentem cumulum locorum Scripturæ adferant, in quibus bona opera præcipiuntur, egotamen nihil curo omnia dicta Scripturæ.* Hæc propoſuiſſe, reſutâſſe eſt: Quibus adde Eccli. 5. v. 5., *de propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Ecclef. 9. v. 1., *neſcit homo, utrùm amore an odio dignus ſit.* ad Philip. 2. v. 12., *cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini.*

v. 30. *Omni petentite, tribue.* Non quòd omni petenti ob indigentiam dandum ſit; id enim tantùm eſt conſilii, imò multis impoſſibile: ſed quòd petentium qualitates ſeu conditiones, amici ſint an inimici, diſcernendæ non ſint; ità habetur ex contextu; & eſt Auguſtini objicientis ſibi illud Eccli. 12., *da bono, & noli recipere peccatorem:* ubi reſpondet, dandum etiam iniquis, non ùt iniquis, ſive ad opera iniqua, ſed ùt hominibus indigentibus. Cæterùm inimicus non ſine gravi noxa communibus beneficiis excluderetur. Ordinata tamen charitas varios gradus admittit, ut præferantur cæteris paribus egeni parentes alienis, &c.

7-35. Date matronam
ne fortis quidem
hic de eo non ag
matrone.

ratio ſervi centurio
in Nam.
Chriſtum &
Mat. 11.

ad torrentem
onte Thabor,
rba civitatis m
erit matrona al
v. 37. & 38. M
rix: de unica l
alique duplici C
urizo, egimus
es ejus, Chriſti
obentis in toro
is retrorſum eſt

ut, ut oſten
eſſe peccatric
torem factam
tum, vel hab
m creditori D
non, vel
pura, quàm hæc
Carito, proin ag
es magnitudine
monſtratur ſuis
ulrum amare,
quam proin mul

ŷ. 35. *Date mutuum, nihil inde sperantes.* Non dic, ne fortis quidem redditionem expectandam; quia hic de eo non agitur: id enim esset *donare*, non *mutuare*.

CAPUT VII.

Sanatio servi centurionis, Mat. 8: Suscitatio filiæ viduæ in Naim. Missio discipulorum Joannis ad Christum & Christi de Joanne testimonium, Matt. 11. Pœnitentia Magdalena.

Vers. 11. & 12. *Naim*, oppidum est Galilææ ad torrentem Cison, duobus milliaribus à monte Thabor, Hieron. de locis Hebraicis. *Et turba civitatis multa cum illa*: unde hæc vidua fuerit matrona aliqua primaria, Ambros.

ŷ. 37. & 38. *Mulier quæ erat in civitate peccatrix*: de unica Maria Magdalena Evangelica, ejusque duplici Christi unctioe, & de Simone Pharisæo, egimus Matt. 26. *Stans retro secus pedes ejus, Christi, more tunc solito mensæ accumbentis in toro à terra elevato, & pedibus nudis retrorsum extensis.*

ŷ. 41. *Duo debitores erant.* Hæc parabola ed spectat, ut ostendat mulierem illam non amplius esse peccatricem, sed occasione peccatorum sanctiorem factam Pharisæo, qui putans se esse justum, vel habere minora debita peccatorum creditori Deo persolvenda, tacitè ostenditur, non, vel minùs amare Deum, & esse justus, quàm hæc mulier, quæ cum spe veniæ à Christo, proin agnito ut Deo, obtinendæ, dolens magnitudinem reatûs exinde gratis remissi, monstratur suis lacrymis, pedum unctioe, &c., multum amare, nec jam amplius esse peccatrix: quam proin mulierem peccatricem, uti & Chri-

itum non Prophetam, malè judicabat redargutus Simon, teste Aug. serm. 23. inter 50., superbus, & de eo genere Pharifæorum, qui dixisset, noli me tangere, quia mundus sum, sive, ut est Isaia 65. v. 5., *recede à me, quia immundus es*. Consideranda sunt verba S. Aug. de S. Virginitate cap. 42., *noli modicum diligere, quasi à quo tibi modicum dimissum est; sed potius multum dilige, à quo multum tibi tributum est. Si enim diligit, cui donatum est ne redderet, quanto magis debet diligere, cui donatum est ut haberet, & à peccatis præservaretur*. Itaque ratione remissionis debiti contracti per peccata commissa amplius amat, id est, ut amet peccator oportet, quàm justus cui minus remittitur: at ratione dationis beneficii continui præservationis à peccato aliàs committendo, magis justus, quàm peccator. Etsi status innocentia secundum se præstet statu pœnitentiæ, in hoc tamen quandoque inveniuntur perfectiores, quàm in illo.

v. 42. *Quis ergo eum plus diligit*. In hac parabola ejusque applicatione comparatio & similitudo instituitur, 1. quoad debitum; 2. quoad remissionem debiti gratuitam; 3. quoad dilectionem, inter duos debitores fœneratori humano, & duos debitores Deo, Magdalenam & Simonem. Non verò similitudo ponitur quoad ordinem dilectionis utrobique, *consequens* sit, an *antecedens*. Sed enim constat, quoad duos priores debitores agi de dilectione *consequente* remissionem debiti, tamquàm motivum diligendi ex gratitudine: tum quòd debitores solent antecedenter odisse potius aut ægrè ferre creditores; tum quia Græcè est ἀγαπᾷς, *diligit*; tum quia ita intellexit Simon, laudatus à Christo, quòd bene judicaret; qui, dum hoc respondebat, necdum sciebat, quòd vergeret parabola, adeòque non

cogitabat de dilectione respectu remissionis peccati; sed de eo, quod ordinariè fit inter debitorem & tam benevolam creditorem humanum. At quoad Magdalenam litteraliter agitur de dilectione *antecedente*, sive quæ tamquam causa naturâ & ratione antecedit remissionem peccatorum; dicente Christo: *remittuntur ei*, sive, ut est Græcè in præterito Attico ἀφ' ὧνται, *remissa sunt, peccata multa*, QUONIAM dilexit multum: nec enim ad Christum venit, illaque omnia contritionis & amoris signa exhibuit, ut ob remissa sibi peccata gratias ageret, sed ut remissionem peccatorum quæreretur; &, testibus Patribus, accessit ægra, ut rediret sana. At, inquires, si Magdalena justificata est laborioso actu contritionis, quomodò ergo gratis? Resp. quia contritio (quâ & peccator ob sui indignitatem tantum meretur de congruo) est ex gratia: sicut si quis omnino pauper ab alio acciperet pecuniam ad solvendum suum debitum.

Ex hac historia nil habetur pro necessitate certæ durationis & intensiōis contritionis ex amore Dei appretiativè super omnia ad justificationem extra Sacramentum: quia non significatur causa necessaria istius remissionis propter durationem vel intensiōem, sed id, quod evenit: sic ut non sequatur; remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum *intensivè*; ergo si minus intensè, licet *appretiativè* multum seu super omnia dilexisset, non obtinisset remissionem: pro quo notandum: ut dolor sit proportionatus delictis, tantum requiritur major dolor *extensivè*, id est, qui se extendat ad plura peccata in eo, qui plura commisit, quàm qui pauciora: item major *appretiativè* de magno peccato, quàm de parvo; id est, vi cujus ita pœnitens est exercitè animo constitutus, ut, si alterutrum esset faciendum,

parvum peccatum præligeret magno, etsi jam simpliciter & absolute neutrum velit: sicque scribit S. Tho. in 4. dist. 17. q. 2. a. 5. qq. 3. ad 2., *boc sequitur ex necessitate, quòd unus homo plus doleat de peccato majori, quàm de minori; secundùm quod magis (ex natura sua peccatum) repugnat amori; qui dolorem causat: si tamen unus alius haberet tantum (utique quoad intensiorem, ut consideranti patebit) de dolore pro majori, quantum ipse habet pro minori, sufficeret ad remissionem culpæ.* Atque hinc etiam habet, quomodò, cui minus peccatum vel pauciora dimittuntur; minus diligit.

¶ 48. *Remittuntur tibi peccata tua*, subintellige à me, ut & habetur ex ¶ 49. Confirmat Christus remissionem antea factam, & propter iteratam contritionem iteratò eadem remittit (quod fieri posse, patet, quòd eadem peccata vitæ præteritæ, laudabiliter & cum effectu Sacramenti gratiæ remissivæ peccati (de quo Theologi) sæpius pœnitentiæ clavibus subjiuntur) nam quoad culpam & pœnam æternam, primò remissa sunt; quando pœnitentiam & amorem Dei appetitivè super omnia elicuit Magdalena; fortè ante vel ad primum Christi contactum; certè ad illa verba ¶ 47., *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.* cujus remissionis antea probabiliter, vel moraliter tantùm poterat esse certa; sed dein post illos contritionis & amoris actus, ex verbis Christi habuit certitudinem fidei; quando, vel denique hìc ¶ 48., ipsi insuper fuerint remissa peccata etiam quoad omnem pœnam temporalem, imò quoad pravas inclinationes, reliquias ordinarias peccatorum.

¶ 49. & 50. *Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?* Quasi dicant, id quod est Mat. 9. ¶ 3., *quis est hic, qui loquitur blasphemias?* Quis potest

dimittere peccata,
habebant ipsi Chris-
tum. Fides tua, tu
te salvam fecit,
tatem operatur, c
tribuit remissio-
nibus hic pro fide

cola seminatis
su, Mat. 12. S
emonum ejecta
scitata, muli
Mat. 9.

¶ Erf. 3. Qua
suis. Permittit

os cum Apostolo
tempus Evang
quærendis elec
ostenderet, in
nem Evangelic
superstatis dare
& Apostolo
dere ac dare
habere sacculu
se Mat. 8. ai
declinaret. Ap
therium femina
re offendebar
tem. in Mat. c
magistra
tamen gentili
fecit Paulus i
sororem

est dimittere peccata, nisi solus Deus? Quem non habebant ipsi Christum, sed ut purum hominem. Fides tua, tamquam radix justificationis, te salvam fecit; fides, inquam, quæ per charitatem operatur, cui Christus v. 47., manifestè tribuit remissionem ejus peccatorum: adeoque nihil hinc pro fide solâ justificante hæreticorum.

CAPUT VIII.

Parabola seminantis, Mat. 13. Mater & fratres Jesu, Mat. 12. Sedata maris tempestas, Legio Demonum ejecta, Mat. 8. Filia Jairi à morte suscitata, mulier liberata sanguinis fluxu, Mat. 9.

Vers. 3. *Quæ ministrabant ei de facultatibus suis.* Permisit hoc Christus, 1. ne iis, ad quos cum Apostolis diverteret, esset gravis. 2. Ne tempus Evangelicæ prædicationis perderet conquirendis eleëmofynis, cibis parandis, &c. 3. ut ostenderet, in quo posset sexus ille prædicationem Evangelicam promovêre. 4. Ut perfectæ paupertatis daret exemplum; qui etiam Discipulos & Apostolos docebat omnia relinquere, & vendere ac dare pauperibus Matt. 19. v. 21., non habere sacculum neque peram, Matt. 10., & de se Mat. 8. ait, quòd non haberet, ubi caput reclinaret. Apostoli exemplum Christi quoad ministerium feminarum secuti videntur: neque hâc re offendebantur Judæi, apud quos, teste Hieron. in Mat. cap. 27., erat consuetudo, ut Discipulæ magistròs sequerentur, iisque servirent. Quia tamen gentiles eâ re offendi potuissent, aliter fecit Paulus i. ad Corinth. 9. v. 5., ubi per *mulierem sororem, non uxores* (qualem certè

Christus non circumduxit) sed pias feminas esse intelligendas, indicat vox *sororem*, & docent Chryf., Theodoret., OEcumen., Ambros., Theophyl., Hieron. lib. 1. in Jovinian., Aug. lib. de opere Monachor. cap. 4.

ŷ. 44. *Et mulier quædam.* An hæc Hæmorrhœiffa eadem fuerit cum S. Veronica, quæ Christo crucem portanti sudarium obtulit, in quo sanguinea ejus facies est expressa, agit Bollandus in Actis SS. 4. Februar.

CAPUT IX.

Missio Apostolorum, Mat. 10. *Herodis de Christo opinio*, multiplicatio quinque panum, Mat. 14. *Petri confessio*, crux post Christum ferenda, Mat. 16. *Christi transfiguratio*, expulsio demonis, Mat. 17. *Contentio discipulorum de majoratu repressa*, Mat. 18. *Ejiciens demonia in nomine Christi non prohibendus*, Marci 9. *Tres volentes Christum sequi*, Mat. 8. *Zelus indiscretus filiorum Zebedæi contra Samaritanos reprehensus.*

V Erf. 51. *Cum complerentur*, id est, magis magisque appropinquarent, compleri inciperent, à Lap., Tirin., *dies assumptionis ejus*, id est, passionis, post quam erat assumendus in cælum, Theophyl., Euthym., & ipse firmavit faciem suam, ut iret in Jerusalem. Vultus constantia obfirmatusque animus significatur, quo intrepidè tendebat Jerosolymam, ubi mortem sibi parandam noverat, Hieron. epist. 151. ad Agasiam q. 5., Theophyl., Beda. Censent à Lap. hic; & Tirin. in Chron. cap. 49., hanc fuisse ultimam vitæ Christi profectionem è Galilea, tertio prædicationis anno; eandemque esse cum illa

Mat. 19. ψ . 1., Marci 10. ψ . 1., nunc scilicet Jerosolymam; non quidem ad festum Scenopægiæ, quod in Septembri celebrabatur, de quo Joan. 7. à ψ . 2.: quia, eò tunc ivit *non manifestè, sed quasi in occulto*; hìc autem publicè, & *missis nunciis ante conspectum suum*; & , ut est apud Mat. & Marc. cit., sequentibus & convenientibus multis turbis: sed ad festum Encæniorum Joan. 10. ψ . 22., mense Decembri, tribus mensibus ante suam passionem: in quo eatenus recedimus à Tirino & à Lap. confundentibus utrumque hunc ascensum. Non tamen hæc fuit ultima profectio in Jerusalem & Judæam: nam Joan. 11. ψ . 54. ivit in Ephrem, quæ extra Judæam & Benjamin est in confiniis Benjamin in tribu Ephraim. Postea in Martio ab Jericho venit Jerosolymam ad festum Paschæ, quando ibi ipse est immolatus. Itaque, si quid post hanc ultimam profectionem è *Galilea*, Lucas aliive Evangelistæ narrent factum in Galilea, id Hysterologicè ponitur secundum Francisc. Lucam & à Lap. cùm Evangelistæ non raro ordinem temporis & rerum non sequantur, sed recordationis ex directione Spiritûs S., teste sparsim Aug. de consensu Evangelistarum.

ψ . 52. *Et misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum*; non Samariam Metropolim, sed aliquod Samariæ oppidum: quia tam hìc, quàm ψ . 56., ubi dicitur, *& abierunt in aliud castellum*, Græcè est, non $\pi\acute{o}\lambda\iota\varsigma$, sed $\kappa\acute{o}\mu\eta\iota$. *Ut pararent illi, & multitudini, quæ secum erat, de hospicio prospiceretur.* Prohibet quidem Christus Matt. 10. ψ . 5. suos ingredi civitates Samaritanorum, at tunc prædicandi, non verò, ut hìc, itinerandi causâ.

ψ . 53. *Et non receperunt eum.* Ratio additur:

quia facies ejus erat euntis in Jerusalem, religionis nempe five adorationis ergo; quod Samaritani Judæorum hostes tamquam illicitum habebant; religionem omnem monti suo Garysim deberi, eumque proprium esse orationis locum, non templum Jerosolymitanum, existimantes; de quo Joan. cap. 4., & Tirinus de templo Garizim, deque Samaritanis in Eccli. cap. 50. v. 28., & 4. Reg. cap. 17. v. 24.

v. 54. 55. 56. Jacobus & Joannes, Marci 3. v. 17. tonitruum filii nuncupati, offensi tantâ oppidanorum inhumanitate, zelantes magistri honorem læsum, dixerunt: Domine, vis dicimus, ut ignis descendat de cælo? Exemplo Eliæ 4. Reg. 1. v. 12., Ambros. Nescitis cujus spiritus estis, id est, esse debetis, seu ad qualem spiritum à me vocati, Evangelicum nempe & mansuetudinis; nam spiritus ille zeli severitatis in peccatores V. L. erat. Increpat illos, quod non meminerint doctrinæ suæ & bonitatis Evangelicæ, inquit Hieron. ad Algasiam. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. Anima hinc ponitur pro toto homine, ut sæpè aliàs, Gen. 14., da mihi animas, & 17., delebitur anima illa de populo. Maldonat.

v. 61. & 62. Permite mihi primùm renunciare HIS, QUÆ domi sunt, negotiis & rebus domesticis. Ità legunt Romani, Aug. 2. de consensu cap. 23. & Arabicus vertit: permittite mihi primùm, ut disponam familiaribus domus meæ, nimirùm facultates meas; in quo latebat affectus mundanus; cùm Evangelium doceat omnia relinquere & dare pauperibus: unde id Christus v. 62. non permisit, prævidens, ipsum per hoc refrigerante bono proposito à sui sequela avertendum. Arias Montanus Græcum τοῖς, Latine vertit, his qui, loco quæ; similiterque in-

telligunt Basil., Titus, Tolet., Aug. sermone 7. de verbis Domini, dicens: *permitte, ut nunciem meis, ne fortè quærant me: & Syrus vertit: ut proficiscar valedicturus extremum amicis.* ἀποτάξασθαι, & valedicere significat Actor. 18. v. 18., & disponere, Maldonat. Fortè utriusque veniam à Christo petiit. Sicut *nemo mittens manum suam ad aratrum* physicum, qui oculos debet habere ante se in sulcum intentos, rectus ut sit, & *respiciens retro*, sicque à recto aberrans, aptus est agro colendo; sic, *nemo mittens manum suam ad aratrum* spirituale regni Dei seu Evangelii prædicandi, sive sequelæ mei, & *respiciens retro*, implicando se rebus sæcularibus, *aptus est regno Dei.*

CAPUT X.

Missio septuaginta duorum Discipulorum. De eo, qui incidit in latrones. Christus à Martha excipitur.

Vers. 1. *Post hæc autem, proin tribus illis ultimis vitæ mensibus convenienter ad dicta cap. 9. v. 51., siquidem illæ particulæ eò referantur: si verò (cùm trium mensium tempus videatur angustius) respiciant ad aliquid prius (quod Evangelista non exprimat) tunc citiùs designavit Dominus & alios septuaginta duos, adjuutores Apostolorum in messe animarum nimis crescente, & misit illos binos, ad mutuuum auxilium, solatium, excitamentum, Orig., Gregor., Theophyl., & ad mutuam custodiam; ante faciem suam, ante se, in omnem civitatem & locum, quò erat ipse venturus. Quæritur, legendumne sit septuaginta duos, an septuaginta? Septuaginta legunt Syriaci & plerique Codices Græ-*

ci, Anacletus Papa dicens, 70. Discipulos gere-
 rere typum Presbyterorum, ut est dist. 21. Cap.
in novo. Iren. lib. 2. cap. 37., Ambros. hic &
 ferm. 24., Hieron. ad Fabiolam mansione sexta,
 Damascen. epist. 4., Concil. Neocæsar. can. 13.
 apud eundem Damascen., Theophyl. hic, com-
 parans 12. fontes & 70. palmas Elim Exodi 15.
 12. Apostolis & 70. Discipulis. Deus Num. 11.
 Seniores 70. Moyfi assignavit adjuutores. Verum
septuaginta duos legunt Codices Latini, Græcus
 Bibliothecæ Vaticanæ, & Lugdunensis vetustif-
 simus, Clemens lib. 2. Constitut. cap. 50., Ori-
 gen. in dialogo de recta in unum Deum fide,
 Tatian. in Harmonia Evangelica, Anaclet. epist.
 3., Epiphan. hæresi 20., Aug. 2. de consensu
 cap. 14. (etsi epist. 24., at in persona Donatistæ,
 dicat septuaginta) Gregor. 15. moral. cap. 19.,
 Beda hic, comparans Episcopos 12. Apostolis,
 Presbyteros 72. Discipulis; denique ipse etiam
 Ambros. in illud ad Rom. 8., *quos autem justi-*
ficavit. Itaque ad primam sententiam & ista
 exempla 70. palmarum, & 70. seniorum, dic-
 cum Maldonato, numerum fractum esse sup-
 pressum, non negatum; quomodo secundum
 communem *LXXII*. Interpretes passim numero
 rotundo vocantur *septuaginta*, teste Aug. 18. de
 civitate cap. 42. Et sanè Deus Numer. 11. Moyfi
 dederit seniores septuaginta duos; utique æquali
 numero sex in singulas è duodecim Tribubus
 Israël.

¶ 4. *Neminem per viam salutaveritis*. Non
 vult esse rusticos & inurbanos; inquit Euthym.:
 sed hyperbolicâ locutione, summam diligentiam
 ab Evangelii præconibus esse adhibendam, præ-
 scindendas moras omnes & inutilia diverticula,
 proluxa colloquia, salutationes, Aug., Greg.,
 Ambros. Reliqua hic præcepta discipulis similia

funt illis, quæ antè data Apostolis Matt. 10., ubi illa sunt explicata; uti & quæ sequuntur ψ . 13. ψ . 21. ψ . 23. apud Matt. cap. 11. & 13., quæ Christus bis dixerit, ut apparebit conferenti loca.

ψ . 17. *Etiam demonia subjiciuntur nobis in nomine tuo*, ejecta. Non superbiunt, cum nomini Christi id factum tribuant, Theophyl.; aliquid tamen vanæ gloriæ & ostentationis obrepisse videtur, quod per se, & non per alios Christus tanta patraret, Greg. 23. moral. cap. 7., idque indicat ψ . sequens.

ψ . 18. *Videbam* (non quæ homo, qui tunc nondum erat; ergo quæ Deus, quem se insinuat) *satanam sicut fulgur*, subitò, terribiliter, *de caelo cadentem*. Agitur de primo ejus casu cum suis affectis rebellibus, Ambros. lib. de fuga sæculi cap. 7., Cyprian. tract. de Jejunio Christi, Chryf. hom. 10. de poenitentia, Greg. cit., Theophyl., Euthym., Beda. Præmonitio est ergo, ne discipuli se efferant exemplo satanæ superbiâ lapsi.

ψ . 19. *Ecce dedi* (Græcè $\delta\dot{\iota}\delta\omega\mu\iota$, do, confirmando, quod antè dederat, Euthym.) *vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones*, litteraliter ut sonant, Beda. Sicut & Marci 16. ψ . 18., *demonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit*; & sicut Mat. 10. potestatem dederat Apostolis curandi morbos reales, &c. Itaque Iren., Cyprian., Ruffin., Basil., Nice-tas, Nazianz., Chryf., Theophyl., Euthym. apud Maldonat., intelligentes metaphoricos serpentes & scorpiones, id est, dæmones, agunt in sensu aliquo accommodatitio vel spirituali, Maldon., à Lap., Tirin. *Et super omnem virtutem, vim, robur, inimici, cujuscumque seu mundani, seu infernalis.*

v. 20. *Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur: gaudete autem, potius tamquam de re majoris momenti, quod nomina vestra scripta sunt, in cœlis, in libro vitæ; qui 1. est certa & infallibilis notitia Dei salvandorum, 2. ad Timot. 2. v. 19.; Aug. 2. de civit. cap. 15., Ipsa Dei præscientia de illis liber est vitæ; in quo semel scripti nunquam delentur. 2. Apud Theologos accipitur scriptio in cœlis, seu liber vitæ secundum præsentem cujusque justitiam: quomodo semel scripti, deleri dein per peccatum possunt, & rursus per pœnitentiam rescribi; ut constat de Davide adultero, Petro negante, Magdalena peccatrice: de quo libro intellige illud Aug. in Psal. 130., omnium bonorum Christianorum nomina scripta sunt in cœlis; quorum certè non pauci mali fiunt & pereunt. Et similiter ad Ephes. cap. 2., vos estis cives Sanctorum & domestici Dei: nam ex Ephesiis, ad quorum universam Ecclesiam scribebat Paulus, haud dubiè aliqui perierunt. De utra scriptioe hîc agatur, incertum, inquit Maldon. Si de prima, debet sumi universaliter accommodè, à majori parte; si Nicolaus ille, postea Diaconus, immunditiarum omnium, & Nicolaitarum hæreseos autor, ut habet Hieron. epist. 48. cap. 3., fuerit unus ex 72. discipulis, qui exciderit. Putant à Lap. & Tirinus agi de secunda. Sed quidni simpliciter universim intelligi possit tam de primo libro vitæ, quàm de secundo; ita ut sensus sit, jure potiore præbère materiam gaudendi nomina eorum scripta esse in cœlis, præscindendo, & non asserendo, an reipsâ scripta sint, nec ne, sive, an de facto habeant illam materiam gaudendi: verbo; plus esse scribi in cœlo, quàm dæmones ejicere. Quin & peccatori dici sic posset, ipsi non gloriandum*

in mundanis, sed in virtute, & salute animæ suæ, etsi virtute careat.

ψ. 25. *Quidam Legisperitus surrexit tentans illum*, an scilicet fortè Christus aliquid de se suaque doctrina responderet, quod esset aut videretur contra legem; unde accusandi vel calumniandi captaret occasionem. Alius hic est ab illo Mat. 22. ψ. 35., ubi vide.

ψ. 29. *Ille autem volens justificare seipsum*, id est, se justum ostendere, hypocrita, Euthym., *dixit ad Jesum*, pergens tentare in quæstione alia, multum tunc inter Judæos agitata: *Et quis est meus proximus?*

ψ. 30. & c. *Homo quidam descendebat*. Finis hujus parabolæ est ostendere, omnem hominem homini proximum naturâ & fine creationis, etiam alienigenas, ignotos, hostes, qualis hic erat Samaritanus respectu Judæi illius, qui inciderat in latrones; idque contra malos quosdam legis interpretes, qui præcepto, *diliges proximum*, Levit. 19., solos amicos, aut justos, aut Judæos volebant comprehendere, de quo Mat. 5. ψ. 43. Est autem parabola sumpta à re, quæ tum temporis frequens erat: via enim Hierosolymam inter & Jericho latrociniis erat infamis secundum Hieron. in cap. 20. Mat. Item Christus perstringit Sacerdotum & Levitarum illius temporis immisericordiam.

ψ. 37. *Fac similiter*, agnoscens te proximum illi, qui in necessitate constitutus tuâ ope indiget, quamvis nec genere, nec patriâ, nec religione, nec amicitia conjunctus sit. Dum autem Samaritanus solus præ Levita & Sacerdote dicitur proximus fuisse illi vulnerato, agitur *de facto*, seu officio reipsâ præstito; non *de jure* & obligatione; sic enim etiam illi erant proximi. Patres apud Maldon. in hac parabola insuper agnoscunt my-

sterium totius generis humani faucii, & Christi tamquam pii Samaritani, &c.

ŷ. 38. & 39. *Exceptit illum in domum suam*, vel quòd verè domus ad Martham spectaret, Lazarus autem & Maria illi cohabitarent; vel quòd rem communem tamquam senior administraret. *Quæ etiam sedens secus pedes Domini*, humiliori loco, studio audiendi verbum vitæ, dulci otio. *Quantò melius ad pedes sedebat, tantò amplius capiebat*: *confluit enim aqua ad humilitatem convallis*; Aug. serm. 27. de verbis Domini.

ŷ. 41. & 42. *Martha, Martha*. Levis est reprehensio, non operis boni, sed nimix sollicitudinis ac levis impatientix, quòd soror relinquat se solam ministrare; ac proin petentis, ut eam jubeat Christus se adjuvare. *Turbaris erga plurima*, turbidâ sollicitudine studes multa parare fercula mihi meisque Apostolis reficiendis ac recreandis. *Porrò unum est necessarium*, & sufficit ferculum naturæ paucis contentæ; ità Basil. in regul. fusius disputatis, Theophyl., Gregor., Hieron. ep. ad Eustoch., Titus, Tolet. Itaque, quòd Aug. cit., Euthym., Beda intelligant *unum summum bonum quærendum*, spirituale est potiùs, quam litterale; & cui non convenit versio Arabica; *quòd autem necessarium est, facile est*; cùm quærere salutem, vel contemplationem etiam ad salutem non necessariam, difficile potiùs sit. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*, meo jussu: quasi dicat; tu vis me illi imperare, ut, quòd facit, deserat, teque adjuvet; sed me jubente id non fiet, quia etsi tu bonum, ut habent Patres citandi, attamen illa quid melius præstat. *Partem Mariæ numquam ab ea auferendam etiam pro altera vita* (cùm in illa contemplatio perficienda sit per visionem beatificam) *partem verò Marthæ laboris hujus vitæ auferen-*

In CA
interpretamur
cit., Theophyl.
angelum ad te
in Petro Camo
ut utrumque offi
contemplatio
vite in omni
line elegit.

CA
drina orationi
nia Pharisæ
natio mulieris
vita & Re
Pura intentio
riseorum.

V Est. 1. Doce
ŷ. 9. Quam
lit. per antioch
populi totius
torium hic loc
ŷ. 5. &c. Qui
vola, ut Ch
pane, pisce,
us cap. 7.) d
revolo Patre
re, Tertul.
eis Domini,
ŷ. 18. Quin
tota felicitas
illa quidem
vident verbur
leta: Dei gen
teris incarnand
aut multo beat

dam, interpretantur Greg. lib. 6. moral. cap. 28., Aug. cit., Theophyl., Beda. Quæres: Quid hoc Evangelium ad festum B. M. V. assumptæ? R. Cum Petro Canisio, ab Ecclesia accommodari, quia utrumque officium Marthæ agentis & Mariæ contemplantis in perfectissimo gradu obivit, totâque vitâ in omni re optimam partem studiosissimè elegit.

CAPUT XI.

Doctrina orationis. Ejectio demonis, & blasphemia Phariseorum refutata, Mat. 12. Acclamatio mulieris. Signum Jonæ Prophetæ, Nivivite & Regina Saba in Judicio, Mat. 12. Pura intentio, multiplex vâ Scribarum & Phariseorum.

Vers. 1. *Doce nos orare.* Vide dicta Mat. 6. à v. 9. Quamquàm putet Maldon., hæc apud Mat. per anticipationem inserta, ut simul quasi synopsis totius doctrinæ Christianæ proponeret, proprium hîc locum obtinere apud Lucam.

v. 5. &c. *Quis vestrûm habebit amicum.* Hæc parabola, ut Christus ipse explicat, uti & de petito pane, pisce, & ovo (de quibus similiter Matthæus cap. 7.) docet perseverantem orationem à benevolo Patre Deo omnia salutaria certò impetrare, Tertul. lib. de orat., Aug. serm. 5. de verbis Domini, Chryf., Euthym.

v. 28. *Quin imò beati.* Non est correctio attributæ felicitatis, sed potius extensio: veluti dicat: illa quidem felix; feliciores tamen quotquot audiunt verbum Dei & custodiunt: scribente Beda: *Dei genitrix & inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multò beatior, quia ejusdem semper amandi*

custos manebat eterna. Numquid Regis Matrem esse honorificum est? Quamto ergo magis Regis Regum?

¶ 36. Sensus citra tautologiam hic est: Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, ex oculo, erit lucidum totum, scilicet non tantum totum corpus, ejusque facultates operativæ; sed absolute totum, id est, insuper ipsæ operationes inde profectæ lucidæ erunt ac rectæ; & corpus illud lucidum ex oculo, sicut lucerna fulgoris illuminabit te, diriget in actionibus, aut etiam spectabilem reddet coram Deo & hominibus. Vide Mat. 6. ¶ 22. & cap. 5. ¶ 1. in fine.

¶ 37. &c. Et cum loqueretur, rogavit illum quidam Phariseus, ut pranderet apud se. Hæc juxta Euthym consequuntur ordine temporis; habitusque ibidem est sequens sermo castigans vitia Phariseorum & Legisperitorum; de quo simili vide Mat. 23. à ¶ 4., unde & hic maneat explicatus.

¶ 41. Verumtamen quod superest. Ità legunt Biblia Latina, Theophyl., Euthym., Beda, Cyril. lib. 2. in Levitic., Aug. Enchir. cap. 76. græcè est τὰ ἑσθρα, quæ adsunt, nempe propria superflua necessariis, Beda. Vel sic: quod superest, tam multo scelere præoccupatis remedium, Beda. Date eleemosynam; & ecce omnia munda sunt vobis, etiam interiora animæ, præ tot istis vestris inutilibus lotionibus: non quod eleemosyna per se & immediatè tollat peccatum, sed quod gratiam contritionis à Deo impetret: quo sensu & cap. 16. ¶ 9. est: facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et Daniël. 4., peccata tua eleemosynis redime.

CAPUT XII.

Cavendum ab hypocrisi Pharisæorum. Quis sit timendus. Christus liberè confitendus. Spiritus S. blasphemia. Non vult dividere Christus hereditatem fratrum. Vetat avaritiam & nimiam sollicitudinem. De fideli & infideli servo; igne in terram misso; ac separatione; de gratiæ tempore dijudicando; & liberatione ab adversario.

Vers. 1. *Multis autem turbis circumstantibus.* Græcè, *myriadibus turbæ*; id est, hyperbolicè, innumerâ seu maximâ multitudine. *Myrias* est decem millia. *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis*: vide Mat. 16. v. 5. & 6. Non pauca hujus capituli, quæ & diversis locis citandis similia habentur apud Mat., potuere plùs semel à Christo fuisse dicta.

v. 2. *NIHIL autem opertum est, quod non reveletur, generatim: nimirum, uti habetur ex v. 3., virtus & Evangelium, initio quasi absconditum fumo hypocrisis Pharisæorum, ignorantia, invidia, persecutionis dissipando, eluctans dein in lumen claritatis ac gloriæ erumpet, Chrysost., Theophyl., Euthym., Beda; ac præsertim in die Judicii, Hilar., Hieron., Beda apud Maldon. in cap. 10. Mat.; quando & revelanda hinc intelligitur dicta hypocrisis Pharisæorum, & peccata universim.*

v. 4. *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus.* Non vetat simpliciter timere homines: sicut enim hujus vitæ mala vitare, ita & timere licet; & Joseph audiens, quod Archelaus regnaret in Judæa, timuit eò ire, Mat. 2. v. 22.; sed prohibet pusillanimitatem, & homines timere præ Deo, ut dicitur Mat. 10. v. 28., *POTIUS ti-*

mete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

ψ. 6. Nonne quinque passerres veneunt dipondio? Duobus pondiis, minimo scilicet pretio: Græcè, duobus assariis, seu assibus minoribus, qui duo faciunt unum stufferum Belgicum. Sic Mat. 10. ψ. 29., duo passerres asse veneunt.

ψ. 10. De spiritus blasphemia, vide Mat. 12. ψ. 31. & 32.

ψ. 14. Quis me constituit iudicem aut divisorem super vos? Bene terrena declinat, qui propter divina descenderat, Ambros.

ψ. 15. &c. Quia non in abundantia hominis cuiusquam (Græcè in abundare cuiquam.) vita ejus est ex his, quæ possidet: ac si dicat; abundantia vitam non prolongat, Theophyl., Euthym. Hoc argumento discipulos ac turbas, occasione dicti fratris, docet divitias contemnere, & fugere avaritiam: quod & probat sequens similitudo, Græcè parabola, hominis in magna rerum affluentia securè exultantis, cui hanc inutilem esse ostendit divinitus annunciata inopina secuta mors; Deo, & Angelis tamquam Dei exactoribus, repetentibus separandam à corpore animam, quasi ad tempus vitæ commodatam.

ψ. 21. Sic est, id est, similem exitum sortietur, & stultus est, qui thesaurizat sibi, & non est in Deum dives, bonis operibus, & misericordiâ in pauperes, Aug. ferm. 44. de temp., Ambros. lib. 4. epist. 27., Theophyl., Beda; monente etiam Paulo 1. ad Timoth. 6. ψ. 17. 18. 19.: divitibus hujus sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto divitiarum; sed in Deo vivo (qui præstat omnia nobis ad fruendum) bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fun-

damentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam.

ŷ. 22. &c. *Nolite solliciti esse, &c.* Vide Mat. 6. ŷ. 25. usque ad finem.

ŷ. 29. *Nolite in sublime tolli*, nemiã supra vos futuri sollicitudine suspendi circa necessaria vitæ, more gentium; Maldon. in Mat. 6. ŷ. 34., simili sensu concludentis: *nolite solliciti esse in crastinum*, id est, in futurum, ut ibi diximus.

ŷ. 32. &c. *Nolite timere pusillus grex*, discipulorum, ut vult Theophyl.; Fidelium, ut Euthym., ne victus & vestitus vobis desit; *quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum*, quod est majus; ergo non patietur vobis deesse victum & vestitum, quod est minus. Quin imò addit consilium. ŷ. 33., *Vendite, quæ possidetis, & date eleëmofynam.* ŷ. 34., *ubi enim thesaurus vester est, ille venditionis & eleëmofynarum repositus in cœlis, ibi & cor vestrum erit*: cor enim sive amor tractus sequitur thesaurum, cœlestis cœlestem, sicut terrenus terrenum.

ŷ. 35. *Sint lumbi vestri præcincti*, speciatim castitate; & *lucernæ ardentes*, aliarum virtutum bonorumque operum, *in manibus vestris*; itã Basil. in Isaiæ cap. 15., Aug. serm. 39. de verb. Dom., Greg., Beda. Melius cum Cyprian. lib. de unit. Ecclesiæ, simpliciter vult, nos (quod utique sit virtutibus ac bonis operibus) semper esse paratos, uti explicat ŷ. 40., in adventum Christi ad iudicium, etiam cuique particulare, incertum, quandonam venturi: parabolicã locutione desumptã ab officio vigilantium famulorum, qui dominum à noctu celebrari solitis nuptiis, incertum, an in secunda vigilia, an in tertia, aut quo tempore rediturum, continuò expectant, accincti, & accensis & ad manum paratis lucernis; simulque alludit ad morem Judæorum,


aliorumque Orientalium, qui tunicis talaribus induti, opus aliquod aut iter facturi, vestem, ne ab ea impedirentur, ad lumbos accingebant, ut habetur ex cap. 17. *ψ*. 8., Tobix 5. *ψ*. 5. & 3. Reg. 18. *ψ*. 46. *τὸ in manibus vestris non legunt Græca*, multique Patres Græci & Latini: rectius ad scopum parabolæ supremam indicantem vigilantiam, cum Latinis Codicibus legit Gregor., Irén. lib. 4. cap. 72., Hieron. in Ephes. cap. 6., Chrysolog. serm. 22., Beda.

ψ. 37. *Et transiens*, id est, ultrò citròque obiens, ut videat, num quid desit, *ministrabit illis*; famulos officiosos & propter Dominum dilatâ cœnâ incœnatos faciet discumbere ad mensam. Significatur, sicut fervorū illorum, ita honor, merces, præmium Beatorum à Deo, Gregor., Theophyl., Euthym., Beda. Cæterum enim insolitum est, Dominum se præcingere, ac servis ministrare.

ψ. 41. &c. *Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes?* Non negat Christus esse ad omnes, sed innuit potius; ultrà tendens, & respondens Petro, ipsis tamquàm dispensatoribus & præfectis reliquo famulatio, majora præstanda (quò etiam spectat illud *ψ*. 48., *omni cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.*) utpote constitutis, ut aliis dividant suo tempore tritici mensuram, seu dimensum Evangelicæ prædicationis: sicut dispensator seu famulus primarius in familia reliquis inferioribus dividere solet: quos, si ita facientes Dominus invenerit, gloriâ & mercede amplissimâ sit donaturus: & contrâ de dispensatore nequam, &c. Vide Mat. 24. à *ψ*. 42.

ψ. 47. *Qui autem non cognovit.... vapulabit paucis.* Agitur de ignorantia vincibili & culpabili; docerque

IN CAP. XII.
 que Christus homine
 mentem, quam potest
 is puniendum, ated
 atregrediat, qu
 49. Ignem veni mis
 nis at accendat
 2. 8. jam accendat
 de affirmat. Non o
 al. lib. 4. contra M
 nim quomodo C
 potius tantum per
 re dona, cui D
 entia Patris & F
 in. in Zachar. ca
 108. de temp.
 fl., Theophyl.,
 am & charitatem
 orbe accendi; q
 nisi suam passione
 addens: Baptismo
 nâ coarctat usqu
 nodò desidero,
 phyl., Euthym. B
 Putatis quia
 10. à *ψ*. 34
 de tempore
 16. à *ψ*. 2.
 de transacti
 7. 25.



docetque Christus hominem sic ignorantem Dei voluntatem, quam potuerit ac debuerit scire, minùs puniendum, adedque minùs peccare, si eam prætergrediatur, quàm qui scienter violat.

ŷ. 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* Eòdem redit lectio græca, *si jam accendatur*: nec enim jam accensum esse affirmat. Non odia & persecutiones cum Tertul. lib. 4. contra Marcion. cap. 29. intellige; hæc enim quomodò Christus accendi cupit, & non potiùs tantùm permittit? Sed Spiritum S. ejusque dona, cum Orig., Athanas. de communi essentia Patris & Filii, Cyril. lib. 5. in Levit., Hieron. in Zachar. cap. 9. & Mat. cap. 3., Aug. serm. 108. de temp., Nazian., Ambros., Greg., Chryf., Theophyl., Euthym., Bedâ: fidem nimirùm & charitatem desiderans quàm primùm toto orbe accendi; quod quia futurum non erat, nisi post suam passionem, ad eam anhelare se dicit, addens: *Baptismo autem habeo baptizari: & quomodò coarctor usque dum perficiatur?* Id est, quomodò desidero, juxta Iren. lib. 1. cap. 18., Theophyl., Euthym, Bedam. Vide Mat. 20. ŷ. 22.

ŷ. 51. *Putatis quia pacem veni dare, &c.* Vide Mat. 10. à ŷ. 34.

ŷ. 54. de tempore gratiæ Judæis dijudicando, vide Mat. 16. à ŷ. 2.

ŷ. 58. de transactione cum adversario, vide Mat. 5. ŷ. 25.



CAPUT XIII.

*Hortatur ad pœnitentiam. Mulier contracta Sab-
bato curatur. Parabola grani sinapis & fer-
menti. De angusta porta; & quòd quidam clau-
so ostio frustra pulsabunt. Christum non esse ab
Herode occidendum.*

VERſ. 1. *Aderant autem quidam ipſo in tempo-
re, quo nempe Chriſtus ea præcedentis capi-
tis diſſerebat, NUNCIANTES EI: unde apparet,
rem hanc tunc recens contigiſſe: vetera enim
commemorari dicuntur, non nunciari. De Gali-
leis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacri-
ficiis eorum; quia eos, tamquàm publicos hoſtes
Cæſaris, dum ſacrificia offerrent in monte Ga-
rizim, occidit; de quibus, ſecundùm commu-
nem Interpretum, Joſephus 18. antiq. cap. 5. &
Hegesippus lib. 2. cap. 5. apud Maldon. Hi qui-
dem eos vocant Samaritanos, at intellige nativitate;
qui hîc à Luca Galilæi dicuntur, nimirùm ſectâ &
hæreſi cujuſdam Judæ origine Galilæi, de quo
Actor. 5. v. 37., docentis Judæos, populum fi-
delem non ſubefſe Cæſari gentili & idololatræ;
nec huic ſolvere debere tributum, Cyril. in Ca-
tena D. Thomæ, Euthym., Theophyl., OEcum-
men. in Actor. 5., Titus. Nec repugnat, plures;
etiam natione Galilæos interfuifſe; unde Pilatus
potuerit offendere Herodem: vel converſim plu-
res natione Samaritanos, ſi hîc, ut vult à Lap.
in cap. 5. Actor., intelligantur origine Galilæi,
ſectâ Samaritani; qui omnes adhæſerint doctrinæ
dicti Judæ Galilæi. Hujus nuncii occasione Chri-
ſtus hortatur ad pœnitentiam.*

*v. 2. & 3. Putatis, quòd hi Galilæi præ omnibus
Galilæis peccatores (majores) fuerint, quia talia*

passi sunt? ut ipsi falsò existimabant; cùm Deus quandoque minùs peccatores castiget in exemplum aliorum ad pœnitentiam, Beda, Titus. Sequiturque: *Non, dico vobis: peccatores illos quidem (& idem est v. 4. de illis octodecim, supra quos cecidit turris in Siloë) sed alios ipsis majores ibi inveniri innuit. Sed nisi pœnitentiam habueritis, sive plùs, sive minùs universim peccatores, omnes similiter peribitis, id est, æquè, non minùs, etiamsi aliã mortis specie, æternã scilicèt, aut etiam temporali; seu in genere, divinã ultione opprimemini, S. Bonaventura. Simili certè clade & vindictã tempore Sacrificiorum Paschaliùm, Judæi contra Cæsarem rebelantes, perierunt in everfione urbis.*

v. 6. & 7. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua. Hâc parabolâ confirmat supradicta; ac proin meliùs Aug. serm. 31 de verbis Domini, per ficum omnes homines intelligit, quàm Ambros. , Theophilus Alexand. lib. 3. allegor., Beda, Theophyl., Euthym., nimis restrictè infructuosam Synagogam solâ cæremniarum specie, tamquàm folis foliis abundantem. *Anni tres sunt, id est, longum, vel Dei judicio unicuique conveniens tempus, ex quo venio querens fructum, pœnitentiæ & salutis. Dominus patienter expectans fructus, est Deus, vel, Ambrosio, Christus: cultor vineæ, Euthymio & Theophylactò, Christus tamquàm mediator inter Deum & ficum seu homines; vel sunt omnes, qui umquàm vineæ Ecclesiæ Dei curam gesserunt, ut Prophetæ, Apostoli & successores, quibus munus intercessionis pro populo, & laboris ad fructificationem datur.*

v. 11. Mulier quæ habebat SPIRITUM infirmitatis. Erat ergo infirmitas ejus & inclinatio corporis à dæmonis maleficio, ut etiam indicat

ŷ. 16., *hanc autem filiam Abraham, quam alligavit Satanas.*

ŷ. 18. &c. *Dicebat ergo.* Vox ergo connexiva est, & illativa ex præcedentibus: scilicet, quia videbat, imposito hostibus silentio, populum gaudere, & ritè dispositum, dicebat has à ŷ. 19. parabolæ, de grano sinapis & fermento; quæ manent explicatæ ex Mat. cap. 13. ŷ. 31. & 33. Tum, quæ sequuntur de angusta porta ŷ. 24., de serò pulsantibus, & *nescio vos* ŷ. 25., vide ex Mat. 7. ŷ. 13. 22. 23., & cap. 25. ad ŷ. 1. in fine. Inter illos reprobos, Judæorum plurimos futuros indicat Christus, hîc Lucæ ŷ. 26. & 28. uti & gentium salutem, ŷ. 29. Denique de primis & novissimis, ŷ. 30., vide Mat. 20. ad ŷ. 1.

ŷ. 31. *In ipsa die,* quâ nempe Christus dixit præcedentia. *Vade hinc,* è Galilæa, secundùm Maldon.; vel, cum Franc. Luca & à Lap., ex Peræa, cui etiam præerat Herodes. *Quia Herodes vult te occidere;* sicut occidit Joannem Baptistam præcursorem tuum. Id mentiuntur Pharisæi, falso prætextu salutis ejus, quem occisum cupiebant; cùm nusquam Herodes legatur Christum persecutus, ne quidem in passione; re autem verâ, ut metum incutiant, eumque à se abigant, tùm *ne præsens & miracula edens glorificetur,* & *attrahat turbam,* Euthym., Theophyl. in comment., Cyril. apud D. Tho.; tùm ut in Judæa incidat in manus Principum Sacerdotum mortem ipsi machinantium, à Lap.

ŷ. 32. *Ite,* & *dicite Vulpi illi,* astuto & doloso hujus mendacis machinationis vestræ inventori, Cyril., Theophyl., Euthym.; simulque Pharisæos vulpes esse insinuat. *Ecce ejicio Dæmonia,* & *sanitates perficio hodie & cras,* id est, exiguo adhuc tempore, juxta eosdem Patres, & *tertîâ die,* id est, paulò post, *consummor,* mor-

IN CAP. XIII.
voluntariâ (quam
dicit) omnia pro
modem, nec quomq
ŷ. 33. Verantiam
aliquidque, quere
die, id est, qu
e, predicando, ope
operari. Confirma
non capit. Proph
Non, quod n
pro, Ezechiel in
in eorum vita,
10., sed sensus
contingit: quia
1., assueti eff
in Dominum ip
34., Jerusalem,
etas &c.; quare &
Mat. 23. ŷ. 37.

CAP. XIII.
opicus Sabbato
Pauperes a
na. Parabola
& sumptus a
ŷ. 2. Hydrop
miter submisso
tempem erat invi
ores, an ipsun
Christus den
ŷ. 9. & 10. Et tu
a locum tenere,
que aliorum ma
Tunc erit tibi

te voluntariâ (quam in Jerusalem fore mox prædicit) omnia pro libitu agens, nec vos, nec Herodem, nec quemquàm metuens.

ŷ. 33. *Verumtamen*, id est, non obstantibus quibuscumque, *opertet me hodie, & cras & sequenti die*, id est, quamdiu mihi placet, *ambulare*, prædicando, operando, Euthym. Syrus *verit, operari*. Confirmat dicta versu præcedenti. *Quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem*. Non, quòd non occisus est Jeremias in Ægypto, Ezechiël in Chaldæa, secundùm Epiphani. in eorum vita, aliique à Jezabele, 3. Reg. 19. ŷ. 10., sed sensus est; fieri non solet, passim non contingit: quia Hierosolymitani, ut ait Theophyl., *assueti effundere servorum sanguinem, etiam Dominum ipsum occident*: conformiter ad ŷ. 34., *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas &c.*; quare & deserendam vaticinatur. Vide Mat. 23. ŷ. 37. & 39.

CAPUT XIV.

Hydropicus Sabbato sanatus. Doctrina humilitatis. Pauperes ad mensam invitandi. Cœna magna. Parabola turris Evangelicæ extruendæ, & sumptus ad bellum. Commendatio salis.

Vers. 2. *Hydropicus erat ante illum*, verosimiliter submissus à Pharisæis, apud quorum Principem erat invitatus, ut observarent eum infidiatores, an ipsum sabbato curaret: quibus id licere Christus demonstrat, adversariis os occludens.

ŷ. 9. & 10. *Et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere*, utpote unicè vacantem, unoquoque aliorum manente in loco jam à se occupato. *Tunc erit tibi gloria. Docet viam ad glo-*

riam esse ejus fugam sui que humiliationem : quia ,
 ψ. 11. , *omnis qui se exaltat &c.*

ψ. 12. *Cum facis prandium.* Suadet pauperes
 potius vocare ad mensam , quàm divites & ami-
 cos : quia potior est Dei , quàm hominum inter
 se retributio , inde proveniens.

ψ. 16. &c. *Homo quidam fecit cœnam magnam.*
 Hæc parabola agens de cœna æterna regni cœ-
 lestis , in fine diei hujus vitæ & sæculi , Gregor.
 hom. 38. (respicit enim dicta ψ. 15.) & ad quam
 homines jam invitantur , diversa est , sed similis
 sensûs cum illo prandio Mat. 22. , vide ibi dicta.
 Villa emptâ à ψ. 18. & juga boûm probanda , ac
 inuitum matrimonium , (etsi hoc sit in se hone-
 stum ; at propter adjunctam concupiscentiam)
 studia sæcularia designant divitiarum & concu-
 piscentiæ carnis , à cœlesti convivio excludentia ,
 Greg. hom. 36. ψ. 23. ; *Compelle intrare* , signi-
 ficat ardens desiderium Patris-familias , sive Dei ,
 ad salutem invitantis. Innuitur hîc etiam fervor
 & constantia , quam servus , sive vir Apostoli-
 cus , adhibere debet in hominibus ad salutem
 perducendis.

ψ. 26. & 27. *Si quis venit ad me , & non odit*
 &c. *non potest meus esse discipulus.* Atqui Apo-
 stolus Ephes. 5. ψ. 25. , jubet diligere uxorem ;
 idem est de honorandis parentibus : Resp. cum
 Greg. Hom. 37. : *utrumque agere per discretionem*
valemus ; ut uxorem , & eos qui nobis carnis cogna-
tione conjuncti sunt , & quos proximos novimus ,
diligamus ; & quos adversarios in via Dei pati-
mur , odiendo & fugiendo nesciamus. Sensus ergo
 est coincidens cum eo , quod est Mat. 10. à ψ. 37. ,
Qui amat patrem aut matrem plusquàm me , non
est me dignus : ac quemlibet debere appetitativè
 magis amare Christum , quàm Patrem , propriam-
 que vitam ; ac animo esse paratum , parentes &

chara omnia relinquere, nec non quælibet ad-
versa, mortemque ipsam (quæ hîc veniunt no-
mine odii animæ, & bajulationis crucis) pati po-
tiùs, quàm Deum offendere, Greg. cit., Aug.
lib. 2. qq. Evangelicar. q. 31.; & sic hæc non tan-
tùm sunt consilii, sed præcepti; adeòque ad
quemlibet pertinent, qui suscipit Discipulatum
Christi. Putat à Lap. & Maldon. esse consilii;
agi enim de *Discipulo* strictiùs sumpto, sive pro
eo, qui per actualement rerum omnium abdicatio-
nem statum perfectionis amplecti, & Christum
nudum nudus sequi cupit. Quidni utrumque
pertineat ad litteram? Sic illud, *diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde*, &c. præcepti est haud
dubiè; & tamen etiam consilii, nimirùm quoad
intensionem summam, perfectionemque charita-
tis: amplissimæ enim doctrinæ sunt similes Scrip-
turarum sententiæ.

¶ 28. *Quis enim ex vobis volens turrim ædi-
ficare: aut quis Rex iturus committere bellum.*
His parabolis monemur nihil non agendum, ut
in re ardua exstruendæ turris christianæ vitæ, &
evangelicæ perfectionis, & belli suscipiendi con-
tra peccatum, mundum, carnem, dæmonem,
amorem proprium, firmemur, ac perseverare
possimus ad consummationem: prout in exstru-
ctione turris, & susceptione belli, solent homi-
nes omnem prudentem conatum, viresque, &
media necessaria adhibere. Unde ¶ 33., quasi
resumendo concludit: *Sic ergo omnis ex vobis,
qui non renunciat omnibus, quæ possidet, ad us-
que vitam ipsam, modo jam antè dicto, non po-
test meus esse discipulus*: quam renunciationem
rem esse arduam docet, comparans eam turri
exstruendæ & bello. Illud autem: *rogat ea, quæ
pacis sunt*, non significat ea veluti petere à dæ-
mone; sed rem tantam non suscipere nisi parato.

obfirmatoque animo, Maldon. vel familia adduntur ornatûs parabolæ causâ

ÿ. 34. *Bonum est sal.* Vide Marci 9. ÿ. 49. & Mat. 5. ÿ. 13.

CAPUT XV.

De Ove & Dragma perditis, ac Filio prodigo.

V Erf. 2. *Murmurabant Pharisei & Scribæ.* Trium hîc parabolârum idem est scopus; nempe, murmurantibus, quòd peccatores reciperet, ostendere, id esse laudabile, ipsisque ob hanc causam potiùs esse gaudendum.

ÿ. 3. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves.* Sensus est: sicut pastor, qui ex multis ovibus unam amisit, hanc diligenter perquirit, & inventam in humeros tollit cum gaudio, non est reprehensibilis, sed rectè facere censendus; sic reprehendendus non sum ego, pastor animarum, qui in tuto quasi relictis nonaginta novem ovibus, id est, hominibus per Christum umquàm justificatis, oves errabundas, id est, qualescumque peccatores, quæro & suscipio pœnitentes cum gaudio. Etenim sicut per gregis physici ejusdem naturæ oves, ita per centum & per nonaginta novem oves parabolicas, non angelos, sed homines intelligi, monstrat ÿ. 7., ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentiâ, adeòque hominibus: cùm & Angeli sancti sint incapaces pœnitentiæ. Quod hîc est gaudium in cœlo, ÿ. 10. dicitur, *gaudium coram Angelis Dei*, magis scilicèt gaudentibus gaudio actuali novo, accidentali; nam quasi habitualiter seu appetitativè magis gaudent super nonaginta novem justis; sicut de pastore

diximus Mat. 18. ψ . 13. Si tamen ψ . 7. sumatur etiam de majori gaudio Dei, cum Deo novum gaudium accidere nequeat, humano modo loquitur Christus, secundum quod apud homines fieri solet, ad ostendendam bonitatem conversionis peccatoris: sicut Deus dicitur irasci, pœnitere, quod creaverit hominem &c. ut ostendat gravitatem peccati, ut rectè notat Ambros. lib. de Noë & arca cap. 4.

ψ . 8. *Aut quæ mulier habens drachmas decem.* Idem docet, quod parabola ovis perditæ. Legendum est, *everrit*, cum Romanis, Græcis, Arabico, qui vertit, *mundat*. Sit hîc obiter contra nostros hæreticos: quomodò Angeli in cœlo cognoscunt conversionem peccatoris, ut gaudeant? Et non cognoscunt ipsi, ac Sancti in cœlo, nostras preces, ut juvent apud Deum?

ψ . 11. *Homo quidam habuit duos filios.* Eodem quidem spectat hæc parabola, quod præcedentes: hîc tamen significatur Deus, non tam peccatorem quærere, ut convertat, quàm summâ benignitate & lætitiâ revertentem recipere: non tamen quod peccator solo libero arbitrio ad Deum revertatur; sicut nec in prioribus conversio peccatoris soli gratiæ est tribuenda sine cooperatione liberi arbitrii. Itaque *Pater* est Deus, vel cum Ambros., Christus, qui tribus hisce parabolis factum suum receptionis peccatorum defendit. De filio *seniore* & *juniore*, ità plerique cum Beda, Hieron. epist. 146. ad Damasum, Aug. lib. 2. qq. Evangelicar. q. 33. scribente: *Homo habens duos filios, Deus ad duos populos intelligitur, tamquam stirpes duas generis humani: unam eorum, qui, post communem in Adamo lapsum, permanserunt in unius Dei cultu, è quibus & hi Scribæ & Pharisei murmuratores se esse profitebantur; aliam eorum, qui usque ad co-*

lenda idola deseruerunt Deum, ac dein semper in pejus omniaque scelera ruerunt usque ad tempus Evangelii, è quibus erant gentiles; qui & post Judæos, per prædicationem Evangelii reuerfi sunt ad veri Dei cultum & salutem, unde initio discesserant. Sicque gentiles rectè hìc significantur *filio juniore*; antiquior verò dictus populus permanens unius Dei cultor, *filio seniore*. Quidni tamen intelligentia *filii senioris* & *junioris* insuper cum Hieron. cit., Theophyl., Euthym, extendatur ad omnes justos & peccatores qualescumque, tam Legis naturæ & Mosaicæ, quàm Novæ; ut & hìc verum universim maneat, majus esse gaudium de *juniore* filio, seu peccatore converso, quàm super *seniore*, seu pluribus justis, & qui, quamvis falsò, justos se profitebantur, his Scribis & Pharisæis? quæ possunt objici, solventur à *ψ. 25*. Filius quidem proponitur luxuriosus, sed exempli gratiâ, & quia plerumque ità in juvene contingit: accedit, quòd idololatria, quam, juxta Paulum ad Rom. 1., sequuntur omnia scelera, præsertim impudicitia, non rarò in Scriptura vocetur fornicatio, ut Deuteron. 31. *ψ. 16*., Judic. 2. *ψ. 17*., Isaiæ 57., Jerem. 3., Ezechiel. 6. *ψ. 9*.

ψ. 12. *Pater, da mihi*, liberæ meæ dispositioni, *portionem substantiæ, quæ me contingit*. Impudens temerarij juvenis petitio vivo adhuc patre; quæ hìc applicari nec debet, nec potest: si enim intelligantur bona naturæ, hæc ab initio induntur, antequàm quis sit capax petendi: si bona supernaturalia, hæc similiter vel in infantia infunduntur, vel, si petantur postea, non est peccatum, nec Patri Deo displicens ea petere, sed prodigere. Additur igitur ad ornatum & humanum modum monstrandum, quo juvenis hìc ad prodigalitatem pervenit. Nisi significetur similiter peccator bona tam natura-

lia, quàm supernaturalia à Patre Deo concessa & ordinata ad honestum finem & æternam salutem, Deo quasi extotquere & eripere, dum ea liberâ suâ voluntate detorquet ad peccatum.

ŷ. 13. *Profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriosè.* Censet Maldon., nil aliud his, quàm perditissimum adolescentem, & per eum perditissimum peccatorem designari. At Augustino lib. 2. qq. Evangelicar. q. 33., *Regio longinqua, est oblivio Dei, est & vita perdita, sanè à Deo remota. Sciendum, non locorum spatiis, sed affectu nos esse cum Deo, aut ab eo discedere,* inquit Hieron. cit. Item, *dissipata substantia, sunt 1. juxta Aug. cit., Bedam, Euthym., liberum arbitrium, aliaque bona naturæ; quæ etsi peccato non omnino pereunt, tamen attenuantur viribus & inclinantur, obscuratur intellectus, Dei cognitio, peccandi pudor & timor etiam naturalis minuitur, & tandem quasi extinguitur, conscientia sopitur & obduratur. 2. Bona supernaturalia, fidei, cultus Dei, gratiæ sanctificantis, & quæ hanc consequuntur; ac juxta Marium Victorin. lib. 2. contra Arian., & Theophyl., imaginis Dei, de qua Paulus 1. ad Corint. 15. ŷ. 49., & 2. ad Corint. 3. ŷ. 18., ad Colof. 3. ŷ. 10.; quæ bona supernaturalia prodigi, vel ipsimet habuerunt, vel saltem in suis majoribus, à quorum pietate, fide, cultu Dei desciverunt vel ad usque idololatriam; præterquàm quòd non desit ipsis lumen aliquod ad cognoscendum Deum, & prima legis naturæ principia, quamvis illud suâ malitiâ suffocent.*

ŷ. 14. 15. 16. Fames valida regionis illius, & hinc hujus juvenis pauperrimi egestas, missio in villam ad pascendos porcos, cupido implendi ventrem filiquis porcorum, miserrimum ejus

itatum describunt, & in eo miserabiliorem profligatissimi peccatoris; cui *fames valida* est inexplibilis cupiditas peccandi & fruendi creaturis, per quam ad servitutum dæmonis adactus, ad pascendos porcos sese abjicit, dum ad turpia ministeria & fœdissima quæque scelera dilabitur. *Silique* (ex sunt folliculi, seu involucria inania, quibus fabæ, pisa, similiaque legumina includuntur) speratæ, momentaneæ, inanes voluptates sunt juxta Euthym., quibus tamquam peccatorum escâ avidus peccator ventrem cupiditatis implere cupit, nec potest. Audi Hieron. in Oseam: *Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non quiescit.* Et Ciceron. lib. 6. de Republica: *Graves dominæ, cogitationum libidines infinita quædam cogunt atque imperant, quæ expleri, atque saturari nullo modo possunt.*

¶. 17. *In se autem reversus, peccator ad cor, dixit: quanti mercenarii, græcè πούροι, quot, quàm multi (multitudo est quantitas discreta, magnitudo quantitas continuata) in domo patris mei abundant panibus, spiritualibus! Unde hoc scire poterat, nisi quia ista recogitatio jam resipiscens est, cum Evangelium prædicaretur, inquit Aug. cit. Sed, quid de peccatoribus & Ethnicis conversis præsertim ante Legem Moyse? Resp. Deum, ut est Mat. 20., semper misisse operarios in vineam suam, ex quibus notitiam Dei ejusque cultûs & gratiæ, unde miseri exiverant, potuerint haurire. Mercenarii, id quidem propriè de domo hujus Patris-familias, ubi præter filios alii sunt mercenarii: at non ita propriè applicari potest domui Dei sive Ecclesiæ, in qua sive plus sive minus justi, attamen omnes sunt & filii: itaque mercenarii hîc intelliguntur, qui vel minimo sunt gratiæ loco & gradu apud Patrem-familias Deum.*

ŷ. 18. &c. *Surgam*, ex agnito statu, in quo jaceo, paupertatis animæ, & *ibo ad Patrem meum*; spem veniæ concipit; & *dicam*, confitens, *Pater peccavi in cœlum & coram te*, id est, gravissimè, peccatis quasi vindictam in cœlum clamantibus, & contra te Deum. *Et surgens venit*: dictum factum. Quòd pater illum eminèns venientem conspiciens accurrat, in amplexum ruat, promptam prævenientis Dei misericordiam denotat: *Stola prima, annulus, calceamenta*, restitutionem in statum gratiæ filiationis Dei: *Occisio vituli sanguinati, epulum, symphonia*, gaudium Dei & Angelorum in conversione peccatoris. Alia apud Patres servire possunt concionibus, juxta Maldonat.

ŷ. 25. &c. Quæ sequuntur de filio seniore censet Maldon., non habere applicationem; sed addi ad ornandam complendamque parabolam in re, ubi id ità fieri humanitus natum esset; quod verum puto quoad justos, etiam filii senioris significatione comprehensos, secundum dicta: quomodò enim in hos cadat tam enorme scelus invidentiæ salutis alienæ, & hinc obmurmurationis contra Deum? Quomodò non hoc ipso mandatum ejus transgrediantur, & à Patre discedant? Attamen cum hanc parabolam Christus inducat contra Scribas & Pharisæos murmuratores, quos tacitè, sed solidè refellit; his illa litteraliter, saltem quoad eorum indignationem & obmurmurationem, patrisque responsum, applicantur; scribente Aug. cit., *Major filius, populus Israël secundum carnem, indignatur etiam nunc, & adhuc non vult introire*; de quibus Christus ait Mat. 23. ŷ. 13., *Vos non intratis, nec introeuntes finitis intrare*. At, qui convenire his queat: *Ecce tot annis servio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi*; item, *fili, tu semper me-*

cum es, & omnia mea tua sunt. 1. Respondet Aug. cit., "non de omni mandato dictum esse, sed de uno maximè necessario, quo nullum Deum alium præter omnium creatorem colere iustus est: neque iste filius in omnibus Israëlitis, sed in his intelligitur habere personam, qui numquam ab uno Deo ad simulacra conversi sunt, & eatenus semper cum Patre mansit; & omnia patris ipsius erant, nempe promissiones, & ut habet Hier. cit., *Legislatio, Prophetæ, & cum Apostolo ad Rom. 3., eloquia Dei.* Cæterum Respondeo 2. cum Hieron. epist. 146. ad Damasum, *magis se videtur jactare Judæus, quam vera dicere: adedque hæc ipsis Christus, nomine filii quasi demulcens, ne ampliùs irritet, sed & ipsos potiùs convertat, concedit, non tanquam vera, sed secundum ipsorum opinionem; ac si dicat: vos profitemini & putatis, etsi falsò, vos numquam mandatum meum præterisse, semper esse mecum, & omnia mea vestra esse.*

CAPUT XVI.

Villicus iniquitatis. Faciendi amici de mammona. Lex & Prophetæ usque ad Joannem. Uxor non dimittenda, Mat. 19. Dives Epulo & Lazarus.

Vers. 1. *Dicebat autem & ad discipulos suos; in his admoniturus præsertim avaros Pharisæos, ut colligitur ex v. 14.; Apostoli enim, relictis omnibus, de recta divitiarum dispensatione moneri non debebant. Habebat Villicum; græcè δίκονόμον, quod Hieron. epist. 151. ad Algalliam q. 6., vertit *Dispensatorem*, seu administratorem bonorum Domini sui, villarum, frugum, tritici, olei, vini, Domini proventus recipien-*

tem cum onere reddendæ rationis, ut indicant sequentia. Pro *villicare*, idem vertit *dispensare*; pro *villicatione*, *dispensatione*.

ŷ. 4. *Scio quid faciam*; scilicet remittam eis partem debitorum, ut, cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas, benignè, & me alant propter hanc meam in eos beneficentiam, etsi fraudulentam, & hero iniquam.

ŷ. 6. *Accipe cautionem tuam*, id est, syngraham priorem, seu chartam obligatoriam, quam tibi reddo, quâ fateris te Domino meo debere centum; eâque abolitâ, scribe aliam, quâ fatearis te tantum debere quinquaginta.

ŷ. 8. *Et laudavit Dominus, Salvator*, inquit Hieron. epist. 16. ad Principiam; quasi essent verba Evangelistæ de Christo laudante villicum. At Aug. lib. 2. qq. Evang. q. 34. ipseque Hier. cit. ad Algasiam, interpretantur; *Laudavit Dominus villici*, facto ejus hoc intellectu, suum *villicum iniquitatis*. Quidquid sit, certè & Christus laudavit, de suo addens generatim: *quia filii hujus seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt*, in studiis suis secularibus, quàm hi in rebus salutis. *Laudavit*, non quia iniquè egerat, sed quatenus solerter & industriè sibi consuluerat: sicut furti alicujus calliditatem & industriam laudamus quandoque, non furtum ipsum.

ŷ. 9. *Et ego vobis dico*: scopum parabolæ aperit: *facite vobis amicos, cælestes, de mammona iniquitatis*; id est, 1. de divitiis, in quibus iniqui constituunt spem atque copiam beatitudinis suæ: à justis verò cum hæc possidentur, est quidem ista pecunia, sed non sunt tamen illis divitiæ nisi cælestes, inquit Aug. cit. 2. De divitiis iniquitatis, id est, falsis, seu fallacibus (nam ŷ. 11. *iniquum opponitur vero*) quia instabiles possessorem decipiunt & deserunt, Theophyl., Euthym., Beda.

3. Quia iniquitati materiam, occasionem, instrumenta suppeditant, à Lap. 4. De divitiis iniquè partis, Hieron. epist. 150. ad Hedibiam q. 1., eas scilicèt ex virtute justitiæ restituendo, vel, si Dominus sciri nequeat, dando pauperibus. *Ue cùm defeceritis*, vitâ & officio dispensandi vestrum mammonam, Theophyl., Euthym., Titus; *recipiant vos in æterna tabernacula*, pauperes illi, quibus benefeceritis, vel ipsorum nomine Christus cum Angelis, qui dignatur pauperes repræsentare, Matt. 25. v. 40. dicens: *quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Sic enim ostenditur, æquè efficacem fore eleëmofynam, etsi is, cui data est, cælo exclusus fuerit. Monet igitur, similitudine istius villici, circa administrationem divitiarum, de qua nobis erit reddenda ratio, prudenter & tempestivè prospiciendum ad salutem per beneficam largitionem eleëmofynarum: nec minutiùs ultrà est inquirendum; scribente etiam Aug. cit. in hac parabola "non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim aut Domino nostro facienda est in aliquo fraus, ut de ipsa fraude eleëmofynas faciamus: aut eos à quibus recipi volumus in tabernacula æterna, tamquàm debitores Dei & Domini nostri fas est intelligi; cùm justî & sancti significantur hoc loco, qui eos introducant in tabernacula æterna, qui necessitatibus suis terrena bona communicaverint. Sed etiam è contrario dicuntur istæ similitudines, ut intelligamus, si laudari potuit ille à Domino, qui fraudem faciebat, quantò ampliùs placeant Domino Deo, qui secundùm ejus præceptum illa opera faciunt. Sicut etiam de judice iniquitatis, qui interpellabatur à vidua, comparationem duxit ad judicem Deum, cui nulla ex parte judex iniquus conferendus est.,,

ŷ. 10. *Qui fidelis est in minimo* (proverbialis est sermo) intellige hîc in bonis temporalibus dispensandis, & *in majori*, id est, bonis spiritualibus, *fidelis est*, esse censetur; & contrâ, ut sequitur ŷ. 11. & 12. cum Patribus citandis: quatenus fervorum vel amicorum fidelitatem primò in parvis prætentare solemus ad majora.

ŷ. 11. *Si ergo in iniquo mammona*, de quo supra, *fideles non fuistis*, quod verum est, verum & majus bonum, divitias spirituales, etiam doctrinam legis, fidei & cultûs Dei curam, *quis credet vobis*, seu indignis prudenter committet? Iren. lib. 2. cap. 64., Cyprian. lib. de opere & eleëmofynis, Cassian. collat. 3. cap. 10., Theophyl., Euthym., Beda. Quo argumento Paulus 1. ad Timoth. 3. ait: *si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Eodem sensu sequitur;

ŷ. 12. *Et, si in alieno fideles non fuistis*, in terrenis facultatibus, quia nemo eas secum auferet, *quod vestrum est, quis dabit vobis*, opes spirituales, interiores & magis dignas ac proprias homini, &, etiam post vitam, manentes: cum hæ difficilioris dispensationis sint, quàm temporales, Hieron. epist. 151. ad Algas., Aug. lib. 2. qq. Evang. q. 35. cum PP. citatis.

ŷ. 14. *Deridebant eum*, Pharisæi, *qui erant avari*; quòd, etiam ŷ. 13., tam ipsis paradoxâ de divitiis proponeret; quas illi æstimandas esse velut unum è præcipuis Dei donis ac præmiis putabant, ex promissionibus eorum patribus factis; & ex iis sibi à Deo concessis justî videri volebant; ut etiam indicant sequentia.

ŷ. 15. *Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, quales vos apparetis,*

abominatio est ante Deum, ob interiorē avaritiam & superbam hypocrisim.

Quæ sunt ψ . 13. 16. 17., plùs semel potuère esse à Christo dicta. Ea, uti &, quod est ψ . 18., explicavimus Mat. cap. 6. ψ . 24., cap. 11. ψ . 12. & 13., cap. 5. ψ . 18. & 31. & cap. 19.

ψ . 19. *Homo quidam erat dives.* Parabolam vocant Justin. q. 60., Theophil. Antiochen. lib. 4. Allegor., Eucher. qq. in Lucam, Chrysof. 4. homiliis de Lazaro, Theophylact. Historiam esse putant alii, Iren. lib. 2. cap. 62., Tertull. lib. de anima cap. de substantia animæ, Clemens lib. 2. Pædagog., Ambros., Euthym., ipseque Chryf. hom. 6. in 2. epist. ad Corinth., & hom. de beato Job. Hoc probatur, 1. Quia, uti & notavit Orig. in cap. 1. Job, in parabolis non solent exprimi nomina : hìc autem mendicus vocatur *Lazarus*. 2. Quia Romæ & alibi plures Ecclesiæ & hospitalia exstructa visuntur in honorem hujus Lazari, tamquàm patroni leproforum & ulcerosorum. Quòd Christus nominet Lazarum, quem laudat ; non divitem, ut nempe hujus honori parcat & invidiam subterfugiat, potiùs confirmat esse veram historiam. Quisquis fuerit ille Dives, Judæum fuisse constat ; quia inducitur invocans Patrem Abraham. Fatendum tamen multa parabolica addi : quarè Maldon. citans in hanc rem Justinum, medium tenet, hìc partim dari historiam, scilicèt quoad personam istius Divitis epulonis, mortui, æternùm damnati, cruciati igne corporeo, de quo igne Matt. 25. ψ . 41. (cogita quomoddò humanum corpus & anima, quæ est spiritus, realiter agant in invicem ; quomoddò ignis ille, quippe qui apud Matt. cit. dicitur *paratus diabolo & angelis ejus*, agat in dæmones incorporeos ; adeoque & in animas à corpore separatas, ignitis quasi corporibus inclusas) tum quo-

descriptam personam
tem æternùm beati
que divitis illius frater
a esse parabolam histo
vocatione, & de
oculis, & lingua
Lazari : tum quia da
rum pro se, imò nec
desperabundū ætern
stabilem, uti & ha
illis, quos ipsos d
pertinaci ; sicut d
natione crescat fo
na à corpore separ
tm, digitum ; cum
Civit. cap. 1.
His igitur docet Ch
rum per eleëmofy
nummona ; & sic res
de Divite & Laza
negatis, ab Abrah
juvatur gutta ad
tum quidem fore
noneturque, quò
ribus tamquàm
te Aug. lib. 2. q
argitur, quia fel
viam præter ist
merit, abusu d
volgens, purpur
taz, Chryf. e
i Julian., Basil.
Lazarus simi
quarè nunc ita
is aded non esse
reum reprobis de
expectandum.

IN CAP. XVI. LUCÆ. 435

ad descriptam personam miserrimi Lazari, post mortem æternum beati; item fortè quoad quinque divitis illius fratres tunc existentes: reliqua esse parabolam historiæ adjunctam, nempe de invocatione, & de responsis Abrahæ; de elevatis oculis, & lingua divitis; de gutta aquæ & digito Lazari: tum quia damnati non rogant opem beatorum pro se, imò nec rogare possunt, utpote quam desperabundi æternum damnatis sciunt esse impossibilem, uti & habetur ex *ψ.* 26.; sed nec pro aliis, quos ipsos damnari cuperent ex odio Dei pertinaci; sicut diabolus, licèt ex ipsorum damnatione crescat suum tormentum: tum quia animæ à corpore separatæ non habent oculos, linguam, digitum; cum sint spiritus, Aug. lib. 21. de Civit. cap. 1.

His igitur docet Christus, 1., rectum usum divitiarum per eleëmofynas, ad faciendos amicos de mammona; & sic respicit *ψ.* 9. & seqq., Chryf. hom. de Divite & Lazaro: unde epulo, iis Lazaro negatis, ab Abraham non exauditur, à Lazaro non juvatur guttâ aquæ (quo & innuitur, ne minimum quidem fore solatium in istis tormentis) moneturque, quòd receperit bona in vita sua, quibus tamquàm sine ultimo fructus fuerit; scribente Aug. lib. 2. qq. Evangelicar. cap. 38. *Illud tangitur, quia felicitatem dilexit seculi, nec aliam vitam præter istam, in qua superbus tumbat, amavit, abusu divitiarum superbiæ & gula indulgens, purpurâ & bysso, ac epulis istis significatæ, Chryf. cit., Nyssen., Hieron. epist. 34. ad Julian., Basil. ferm. 1. de jejuniis apud à Lap. ac Lazarus similiter mala, patienter tolerata; quarè nunc ita versæ sint eorum vices. 2. Divitias aded non esse signum amicitie Dei, ut sæpe etiam reprobis dentur; & sic respicit *ψ.* 15. 3. Non expectandum, ut à mortuis doceamur,*

cum Moyſen, Prophetas, & veritatis Prædicatores habeamus: item, ne, prout hic dives epulo, ſerò lugeamus; ſed ut, dum poſſumus, velimus evadere æternos cruciatus, quos, uti & Lazari beatitudinem, Chriſtus ob oculos ponit modo ad noſtrum captum accommodato, quaſi ante reſurrectionem corpora haberent; cum in ſimilibus non, aut vix à rerum corporearum phantaſmatibus avellamur: ſic & Genef. 3. v. 8., ſcribitur Deus deambulans in Paradifo, cap. 6. v. 6., *tactus dolore cordis* &c., cum ſit puriſſimus ſpiritus. Iſti igitur ſermones Divitis & Abrahæ parabolicè ſerum illius luctum ſignificant, & quid ab homine, ſi poſſet, in maximis pœnis conſtituto, fieri natum eſſet, ut nempe amicorum vel notorum opem imploraret. Vide dicta Mat. 25. v. 1. in fine, de fatuis virginibus ſerò pulſantibus.

v. 22. *Portaretur ab Angelis, duceretur, in ſinum Abrahæ*, urpote patris omnium credentium; cui & ſpecialiter factæ ſunt promiſſiones de Chriſto Salvatore, & omnibus gentibus in ipſo benedicendis. Scribit Aug. lib. 4. de anima cap. 16., *ſinus Abrahæ eſt locus quietis, in quo poſt mortem recipiebantur, & etiamnum recipiuntur omnes imitatores fidei & pietatis Abrahæ: qui ante Chriſtum limbus Patrum, poſt Chriſtum eſt cælum*. Metaphora eſt deſumpta à ſinu parentum filios tenerè dilectos recipientium in ſinum ad quieſcendum. Nota hic, Angelis curam eſſe animarum etiam poſt hanc vitam, Chryſ. ſerm. 2. de Lazaro. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis?* ad Hebr. 2. v. 14.

v. 24. *Ut refrigeret linguam meam*: ubi innuitur, damnatos ampliùs cruciandos poſt reſurrectionem in iis membris, quibus ampliùs pec-

IN CAP. XVI.
 erunt: dicente Chryſ.
 vitar & ardet, quæ
 v. 22. Et in eis
 corpus ſanctum
 magna amplius
 v. 23. inter nos &
 v. 24. hiatus, vorago
 v. 25. formatum eſt,
 v. 26. (limbus Patrum
 v. 27. ſecundum
 v. 28. rognostic. cp. 4.
 v. 29. in fine baptiſmo
 v. 30. eſt ſpatium reſi
 v. 31. ſunt, ſeu velle
 v. 32. latii ferendi cau
 v. 33. à imploras: ſign
 v. 34. tatis inamiffibilis,
 v. 35. Aug. lib. 2. q. 1.
 v. 36. edem, Euthym.,
 v. 37. v. 31. Neque, ſi
 v. 38. v. 39. v. 40. v. 41. v. 42. v. 43. v. 44. v. 45. v. 46. v. 47. v. 48. v. 49. v. 50. v. 51. v. 52. v. 53. v. 54. v. 55. v. 56. v. 57. v. 58. v. 59. v. 60. v. 61. v. 62. v. 63. v. 64. v. 65. v. 66. v. 67. v. 68. v. 69. v. 70. v. 71. v. 72. v. 73. v. 74. v. 75. v. 76. v. 77. v. 78. v. 79. v. 80. v. 81. v. 82. v. 83. v. 84. v. 85. v. 86. v. 87. v. 88. v. 89. v. 90. v. 91. v. 92. v. 93. v. 94. v. 95. v. 96. v. 97. v. 98. v. 99. v. 100.

caverint : dicente Chrysol. serm. 124. , *magis lingua uritur & ardet, quæ insultavit pauperi, quæ misericordiam denegavit.* Aug. serm. 227. , *totum divitis corpus flammis gehennæ consumitur, & sola lingua amplius cruciatur.*

ψ. 26. *Et in his omnibus, græcè, præter hæc omnia, inter nos & vos chaos magnum, græcè χάσμα, hiatus, vorago, id est, magnum intervallum firmatum est, divinâ immutabili constitutione (limbus Patrum ab inferno dividitur purgatorio, secundùm Julian. Episcop. Toletan. lib. 2. Prognostic. cap. 4. , & credibiliter limbo infantium sine baptismo mortuorum; immensum autem est spatium respectu cœli empyrii) ut hi, qui volunt, seu vellent, hinc transire ad vos, etiam solatii ferendi causâ, non possint : adedque frustra imploras : significatur etiam æterna firmitas salutis inamissibilis, ac damnationis, juxta Ambros. , Aug. lib. 2. qq. Evangelicar. q. 38. , Chrysol. , Bedam, Euthym. , Theophyl.*

ψ. 31. *Neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent : quia, mentiente sibi iniquitate, creaturarum amore cæci, sicut Scripturas, ita hîc eluderent, aut dicerent esse phantasma &c. : ac redè Aug. cit. , multò minùs cuilibet possunt credere, qui à mortuis resurrexerit, quando ei non credunt, cujus resurrectionem Moyses & Prophetæ predicaverunt, quibus credere nolunt ; per quorum scripta loquitur Deus. Christo nec vivo crediderunt, nec redivivo, Gregor. , Beda. An animæ defunctorum viventibus appareant quandoque ; affirmat Aug. lib. de cura pro mortuis ; tractat Del Rio de magicis in fine tomi 1. , Pet. Thyreus de apparit. spirituum ; contra Chrysol. , Tertul. , Athanas. , Isidor. , Theophyl. apud Maldon. Certè Moyses apparuit in transfiguratione, Sancti, & Angeli in resurrectione, dæmon ipso in tentatione Christi.*

CAPUT XVII.

Scandalum vitandum, condonatio injuriæ, Mat. 18. Nos esse servos inutiles. Mundati decem leprosi. Secundus Christi adventus.

Vers. 10. *Sic & vos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus, 1. non nobis, sed Deo, quatenus, cum nullius egeat, nil utilitatis ipsi adferre possumus, Beda. 2. Quia nullum Deo obsequium præstare valemus, quod non ille, etiam nullâ propositâ mercede, tamquàm sibi debitum exigere posset: quod tamen non fecit, multa nobis citra præceptum libera relinquens: scribente Paulo 1. ad Corint. 7. v. 28., de virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do. De juvene, qui semper mandata Dei custodierat, Mat. 19. v. 21. habetur: Si vis perfectus esse, vade, vende &c. Sumus ergo Dei mancipia in radice; filii in elevatione naturæ ad finem supernaturalem, & justificatione; servi mercenarii in operatione sub promissa mercede. 3. Quantum in omnibus ex nobis sine Deo incapaces sumus ad quidpiam rectè agendum. Atque hæc ad tuendam veram humilitatem. Non verò, quòd, ut vult Calvinus, nulla sunt opera supererogationis, nulla merita: cum & Christus hic agere intelligatur, non de mancipio, sed de servo, qui mercedis promissæ intuitu opera ex pacto debita præstat; quæ si sola fecerit, nullas gratias, conditam tamen mercedem promeretur & accipit; ut & est in parabola operariorum Mat. 20.; si autem ultra pactum aut præceptum Domini etiam alia servitia ei grata præstiterit, gratias insuper reales, honorarium, vel mercedis corollarium merebi-*

IN CAP. X
 sic & nobiscum
 vel insuper eam
 Certè Mat.
 bone & fidei, &
 amici mei est. J
 Joan. 3. v. 2., F
 11. Et factum est
 per me diam Sa
 tem profectio est,
 igit sequens mi
 erologicè, à La
 12. Et dum i
 ingressurus, qu
 decem viri lep
 orbem leprosis est
 fiam legalem an
 nili de causa dicu
 Theophyl., E
 14. Ite, ostes
 nos Hieronymi M
 cendam eorum f
 nitum, dum it
 igit; habeturq
 tano ait: Fides
 te obedientia e
 movem, qui e
 ut est v. 18.
 um origine fiv
 indicat opposit
 tentit à Lap.:
 cor ad Sacerdo
 tiens obedivit.
 17. & 18. N
 rediret, & da
 agendo tamq
 ferret, nisi b

XVII.
Monatio injurie, Na
Mandati deca
si adventus.

veritis omnia qua
se: serci iustiles
Deo, quatenus, cum
quid alieni voluimus,
eo obsequium vultate
etiam nulli propitid
debitum exigit vultat
multa nobis cura pro
scribente Paulo i ad
vultat autem praestitum
vultat autem do. De pe
Dei cuiusdierat, Mat.
perfectus esse, vultat
mancipia in radice;
suum supernaturu-
mercenarii in ope-
de. 3. Quantum in
incomparat sumus ad
Annoe hanc et tuen-
Non rerid, quod, et
opera supererogatio-
Christus hic agere in-
o, sed de seruo, qu
opera ex pacto deo
t, nullas gratias, et
promeretur & acci-
vultat Mat. 20. sicut
vultat Domini essentia
t, gratias infirmos,
t, collantur meriti-

IN CAP. XVII. LUCAE. 439

eur : sic & nobiscum ager Deus, si vel sola præcepta, vel insuper etiam consilia Christi compleverimus. Certè Mat. 25. v. 21. dicitur : *Euge serve bone & fidelis, &c.* Joan. 15. v. 14. & 15., *Vos amici mei estis. Jam non dicam vos servos.* 1. Joan. 3. v. 2., *Filii Dei sumus.* Vide Mat. 25. v. 35.

v. 11. *Et factum est, dum iret in Jerusalem, transibat per mediam Samariam & Galileam.* Hæc eadem profectio est, de qua cap. 9. v. 51., in qua contigit sequens miraculum : adeòque inferitur hysterologicè, à Lap., Tirinus in Chron.

v. 12. *Et dum ingrederetur, jam proximè esset ingressurus, quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi :* nam intra castellum vel urbem leprosis esse non licebat, ne aliis immunditiam legalem afflarent, Numeror. 5. v. 2. : simili de causa dicuntur stetitisse à longè & clamasse, Theophyl., Euthym.

v. 14. *Ite, ostendite vos Sacerdotibus;* ob rationes Hieronymi Mat. 8. v. 4. ; tum hinc, ad exercendam eorum fidem & obedientiam, quâ per Christum, dum irent, in via mundarentur, ut contigit ; habeturque ex v. 19., ubi Christus Samaritano ait : *Fides tua te salvum fecit :* cujus fides & obedientia eò fuit mirabilior præ reliquorum novem, qui erant Judæi, quòd esset *alienigena*, ut est v. 18., & *Samaritanus*, v. 16., non tantum origine sive genere, sed etiam religione, ut indicat oppositio hunc inter ac alios novem, & sentit à Lap. : unde arguere potuisset ; quid mittor ad Sacerdotes me non recepturos &c. ? At credens obedivit.

v. 17. & 18. *Novem ubi sunt ? non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, id est, sibi gratias agendo tamquam Deo, cui sanitatem acceptam ferret, nisi hic alienigena, qui v. 15. & 16.,*

ut vidit, quia mundatus est, mox à via regressus est; & cecidit in faciem ante pedes ejus; ipsum tamquam Deum, suum benefactorem, cum gratiarum actione magnificans. *ψ.* 19. Christus ait: surge, vade; nec misit eum ultrà ad Sacerdotes. Reliqui ingritudinis arguuntur; quam tamen Maldon. putat non fuisse mortaliter malam, sed ortam ex aliqua incuria aut inconsideratione; fortè etiam dum nunc sanati putant ex Christi verbis sufficere, ut ostenderent se Sacerdotibus, qui mundos declararent, & præscriptis, Levit. 13., ritibus hominum consortio restituerent.

ψ. 20. Interrogatus autem à Phariseis, discendi, vel potiùs cum Theophyl. & Euthym., more ipsorum ridendi causâ, quando venit regnum Dei? Quod tùm Joannes Mat. 3., tùm Christus ipse appropinquare prædicaverant; cùm tamen nullum appareret indicium, quale expectabant Pharisei, errore putantes terrenum aliquod regnum cum externo Majestatis splendore à Messia stabilendum. Respondet Christus: non venit regnum Dei cum observatione: neque dicent: ecce hic, aut ecce illic: id est, frustrâ ejusmodi externa indicia regni Dei falsâ persuasionem quæritis: Ecce enim regnum Dei intra vos est: quasi dicat: regnum Dei non mundanum & temporale, sed spirituale est, & intra vos, sive in vestra potestate, si vultis illud credendo suscipere, Titus, Theophyl. Vel item, quia ipsorum Rex Messias prædicans & largiens regnum Dei inter ipsos versabatur, Euthym. Ineptè hinc inferunt hæretici, Ecclesiam Christi esse invisibilem: id enim hic non agit Christus, sed de dicta observatione Pharisæica. Ecclesia constat hominibus, utique animâ & corpore constantibus. Et quamvis lateat anima, & quæ in ea sunt fides & gratia; at non latet corpus & functiones humanæ, quæ exteriùs

IN CAP. X
 ventur, ut fide
 arho, ejusque vili
 mentorum commu
 ilibus tormentis Eccle
 es persecuti sunt ty
 sis invisibiles ser
 vatus terminus ulq
 enai supra montem
 7. 22. Memores est
 26, quæ contra p
 ter inopinatio fo
 interit. Hæc vos
 rentum Domini
 7. 34. In illa nod
 de extremo ju
 icii vocatur dies
 ons judicii futuru
 offe, ejus signa im
 nationem malor
 em; ipsum verò
 el, quodd hoc ter
 nis æternæ justis
 tis. Vel quia,
 nit tempus be
 Joan. 9. 7. 4.
 ori. Hæc de
 me historia co
 ad 7. 25., tan
 tis dicta. Nifi
 nos ex Aug. i
 in præcedenti
 arilaos.

exercerentur, ut fidei professio ad salutem sub Christo, ejusque visibili Vicario, visibilium Sacramentorum communicatio, &c. An non sensibilibus tormentis Ecclesiam, Apostolos, tot Martyres persecuti sunt tyranni? An Paulus ad Ecclesias invisibiles scripsit Epistolas, quas tamen manibus terimus usque hodie? *Non potest civitas abscondi supra montem posita, Mat. 5. v. 14.*

v. 32. *Memores estote uxoris Lot, Genes. 19. v. 26.*, quæ contra præceptum respiciens retro, similiter inopinatè subitèque versa *in statuam salis* interiit. Hæc vobis sit sal sapientiæ in subitum adventum Domini.

v. 34. *In illa nocte erunt duo in lecto uno.* Agitur de extremo judicio. Atqui v. 30. tempus judicii vocatur *dies*. Resp. Cùm totum illud tempus judicii futurum sit notabilis durationis, dici posse, ejus signa immediatè prævia nocte oritura ad punitionem malorum, bonorumque purgationem; ipsum verò strictum judicium tempore diei. Vel, quòd hoc tempus vocari queat *dies* redemptionis æternæ justis, *nox* æternæ damnationis injustis. Vel quia, sicut nox diem, ita judicium claudit tempus bene operandi: conformiter ad illud Joan. 9. v. 4., *venit nox, quando nemo potest operari.* Hæc de judicio, explicata Matt. 24., ordine historiæ connectenda videntur cum cap. 21. ad v. 25., tamquàm in monte Oliveti discipulis dicta. Nisi bis ea dixerit Christus, ut notamus ex Aug. initio capitis 24. Matthæi: cùm hic in præcedentibus, Lucæ v. 20., loquatur ad Phariseos.



CAPUT XVIII.

Judex iniquitatis. Phariseus & Publicanus orantes. Benedictio parvulorum, difficilis salus divitum, premium Evangelicæ paupertatis, Matt. 19. Prædictio passionis, cæcus illuminatus, Matt. 20.

Vers. 1. *Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare & non deficere.* Præmittitur hic scopus sequentis parabolæ. Hinc stultè hæretici, dicti Euchtæ, ut semper orarent, laborare renuebant: nam, *si quis non vult operari, nec manducet*, 2. Thessal. 3. v. 10. Itaque r̄d semper hic, uti & Ephes. 6., *omni tempore*, & 1. Thessal. 5., *sine intermissione*, idem significat, quod crebrò, congruis temporibus, perseverantes in spe, nec ab ea deficientes, donec obtineamus. Ferè quomodò 1. Reg. 17. habetur: *tulit David baculum, quem semper habebat in manibus.* Et Joan. 18. v. 20., *ego semper docui in Synagogis.* Et hanc explicationem confirmat exemplum viduæ à Christo allatum: neque enim hæc continuò, sed frequenter judicem rogabat. Porrò argumentum parabolæ procedit à minori ac dissimili ad majus; quasi dicat: si judex, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur, flexus tamen est vel importunis precibus pauperculæ viduæ; quantò magis à constanter orantibus flectetur Deus naturâ clemens? Aug. lib. 2. qq. Evangelicar, q. 45.

v. 5. *Vindicabo illam*, jus illi dicendo liberabo ab oppressore adversario, ne in novissimo, græcè *σις τελος*, in finem, ut & vertit Euthym. Syrus habet, *omni tempore*, Arabic., *semper veniens sugillet me*, traducat ictibus linguæ, caput & aures obtundat, verberet repetitis, molestis,

tædiosis clamoribus, Aug. cit., Euthym., Beda.

ŷ. 8. *Dico vobis, quia citò faciet vindictam,* Deus electorum suorum, in iudicio, non diutiùs patiens eos affligi. *Citò,* quia omne tempus respectu æternitatis breve est; sicque Apocal. 6. ŷ. 11., occisi Martyres jubentur requiescere *adhuc tempus modicum.* Et 1. Joan. 2. ŷ. 18., *novissima hora est.* Et quia citò, subitò opprimen- tur tunc mali. *Verumtamen Filius hominis veniens,* ad iudicium, *putas, inveniet fidem in terra?* Quia, ut est cap. 17. à. ŷ. 25., edent & bibent homines, dabuntque se voluptatibus: item ob pseudoprophetas, & persecutiones, iniquitate abundante, & refrigerante charitate multorum: non tamen quòd extinguenda sit Ecclesia fidelium, sed plurimùm minuenda; de quibus Mat. 24. ŷ. 37.

ŷ. 10. *Duo homines ascenderunt in templum.* Parabola docet fugam superbiæ, & studium humilitatis: patet ex ŷ. 9., *Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam.* Et ŷ. 14., *Quia omnis qui se exaltat, ut hic superbus Pharisæus, humiliabitur: & qui se humiliat, ut hic Publicanus, exaltabitur;* qui, licet antè peccator, *descendit justificatus in domum suam ab illo,* seu præ illo Pharisæo, qui, etsi his verbis non expressè, tamen implicite asseritur humiliatus, à Deo *condemnatus,* ut ait Euthym., ex justo injustus, vel potius ex injusto factus injus- tior: etenim quis neget esse mortale peccatum superbiæ, in se sistendo confidere de sua tamquam ex se justitia, eamque jactare, cum contemptu omnium aliorum velut sceleratorum? unde tota Pharisæi oratio & gratiarum actio parabólica vel ficta fuit, vel hâc superbiâ vitiata, August. serm. 36. de verbis Domini secundùm Lucam.

CAPUT XIX.

Conversio Zachæi. Parabola de minis. Ingressus in urbem die Palmarum, ejectio negotiatorum de templo, Mat. 21.

Vers. 2. *Princeps Publicanorum, exactorum vectigalium; de quibus Mat. 9. v. 11.*

v. 4. *Præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum, quia inde erat transiturus.* Sycomorus est ficus fatua vel insipida, Aquila, Symmachus, Dioscorides: fructus, fici, græcè σῦκος; folia formam referunt foliorum arboris mori, græcè μορέας. Penultima tam per omicron, quam, ut in multis Græcis; & apud Lucam, per omega scribitur. Hebraicè *Sicma*; à Septuaginta & Theodotione, Amos 7. v. 14., vocata *Sycaminus*. Frequens est in Judæa. à Lap.

v. 8. *Do, reddo; id est, dare, reddere nunc statuo, Iren., Tertul., Chryf., Ambros., Beda, Theophyl., Euthym. apud Maldon. Mediam bonorum partem retinuit, ad reddendum, & quidem quadruplum, fortè ad sarcendum lucrum cessans aut damnum emergens iis, si quibus defraudaverat. Porro Zachæus post Christi ascensionem affecta fuit S. Petri, & ab eo ordinatus Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, juxta Clement. lib. 1. & 3. Recognit.*

v. 9. *Eò quòd & ipse filius sit Abrahæ, non tantum imitatione virtutis, sua pauperibus largiendo; sed etiam (sicut erat Matthæus Publicanus) genere & natione Judæus: sic enim comoda est Christi ratio, cur ad peccatorem divertisset; quasi dicat: Zachæus est Israëlita, & ego veni propter oves, quæ perierunt domus Israël. Gentilem tamen fuisse, censent Cyprian.*

IN CAP. X
1. epist. 3. Tertul.
2. hom. de Zachæo
3. dicta videntur, no
4. Zachæus Christum
5. no urbeque educer
6. cadentibus v. 11.
7. mur
8. m Scribis & Pharis
9. is domus publici pe
10. etiam addidit Chri
11. v. 12. Homo qui
12. bolâ Christu, no
13. alti v. 11. exiliu
14. um suum glori
15. quando scilicet è
16. properabat, velu
17. tur ad judicium.
18. v. 14., ma
19. v. 41. Videns
20. us scelera, cæci
21. tates, prædic
22. lit. 24. v. 21. C

C A
1. gessio de Joann
2. parabola perfid
3. us Casari dan
4. cas, Christu
5. 22. A vitus S

C
1. Vana offerre
2. cidium
3. v. 38. I
4. in templo
5. tate itabat,

lib. 2. epist. 3., Tertul. lib. 4. contra Marc., Chryf. hom. de Zachæo, Beda. Nota: hæc à v. 8. dicta videntur, non in domo Zachæi, sed dum Zachæus Christum apud se hospitatum è domo urbeque educeret: dicta enim sunt hæc illis audientibus v. 11., nimirum audientibus omnibus istis v. 7., murmuratoribus, puta, præsertim Scribis & Pharisæis more suo, qui utique foris domûs publici peccatoris manserant: quando etiam addidit Christus sequentem parabolam:

v. 12. *Homo quidam nobilis.* Docet hæc parabolâ Christus, non proximè Jerosolymis, ut multi v. 11. existimabant; sed post tempus regnum suum gloriosum palàm manifestandum, quando scilicet è cælo, quò illud auspiciurus properabat, velut è longinqua regione revertetur ad iudicium. Hæc parabola è simili, Mat. 25. à v. 14., maneat explicata.

v. 41. *Videns civitatem fleuit super illam,* ob ejus scelera, cæcitatem, futuras misérias ac calamitates, prædicens urbis everfionem, de qua Mat. 24. v. 21. & 22.

CAPUT XX.

Questio de Joannis Baptismate Scribis reposita; parabola perfidorum vinitorum, Matt. 21. Census Cæsari dandus, resurrectio contra Sadducæos, Christus filius David & Dominus, Matt. 22. A vitiis Scribarum cavendum, Matt. 23.

CAPUT XXI.

Vidua offerens duo minuta, Marci 12. Excidium urbis & orbis, Matt. 24.

Vers. 38. *Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.* Græcè ἄρδενος, id est, manè itabat, coibat ad eum.

CAPUT XXII. ET XXIII.

Passio Domini nostri Jesu Christi, Matt. 26. & 27.

CAp. 22. v. 24. *Facta est autem & contentio inter eos, importuno tempore, quis eorum videretur esse major futurus in terris post Christum, quem jam moriturum sciebant. Hæc in alio simili explicavimus Matt. 20. à v. 25.*

v. 29. & 30. *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, per humilitatem, labores, cruces adipiscendum: simulque medetur ambitiosæ contentioni de majoratu. Ut edatis & bibatis super mensam meam, metaphoricè in Regno meo. Sensus est, ut in Regno cœlesti sitis Principes, mihi que omnium Regi proximi & familiarissimi: quasi dicat; & quid vos de terreno Regno vel majoratu cogitatis?*

v. 31. & 32. *Ut cribraret, id est, tentationum impulsu ageret, ut triticum in cribro, ut, si possit, à fide dimoveat, Euthym.; & à salute: vel ut quasi agitatione vanni, sicut furfures à tritico, ita vos ab electis separet. Ego autem rogavi Patrem pro te specialiter, ut non deficiat fides tua, i. personalis, vide Matt. 26. v. 31. 2. universalis, ordinaria etiam pro tuis successoribus in Supremo Pontificatu: & tu aliquando conversus à peccato negationis (quod mox prædicit) confirma fratres tuos, pro semper: sicut enim diabolus omni tempore pergit cribrare fideles, ita à Petro, tamquam infallibili capite in fide, ejusque successoribus, fidei firmitatem accipiant, necesse est: ita ex hoc loco Patres apud Bellarm. libro 4. de Rom. Pontifice cap. 3. De his fusiùs Matt. 16. v. 18. & 19., & cap. 28. num. 15.*

IN CAP. XXII. & XXIII. LUCÆ. 447

¶. 36. *Et qui non habet, gladium, vendat tunicam suam & emat gladium.* Verba sunt, non imperantis (nam & paulò post Petrum gladium stringentem inhibuit) sed prænunciantis instantem sibi & Apostolis tam acrem persecutionem, ut cibus in pera, & gladius ad tutelam vitæ comparanda videantur homini rem & periculum humanâ prudentiâ æstimanti, Chryl. hom. 85. in Matt., Theophyl.


¶. 38. *Domine, ecce duo gladii hic, in domo cœnaculi inventi.* Christus, cujus mentem non satis intellexerant Apostoli, permissivè ad illud se habens, *dixit eis: satis est.*


CAPUT XXIV.

Christi resurrectio, apparitiones, ascensus in Cœlum, Matt. 28.

F I N I S.

Ad majorem Dei gloriam.





COMMENTARIUS
IN SANCTUM
JESU CHRISTI
EVANGELIUM
SECUNDUM JOANNEM.

CAPUT PRIMUM.

PARS PRIMA.

Verbi Divinitas & Incarnatio.



Vers 1. *In principio*, id est, in Pa-
tre æterno, qui est principium Fi-
lii, inquit Clemens Alexandrin.
orat. ad gentes, Origenes tract. 1.
in Joan., Cyril. hinc cap. 1., Gre-
gor. Nyssen. orat. ad Simplicium,
Augustin. lib. 6. de Trinit. cap. 2., Theophilus
Antiochen. lib. 4. allegoriar., Idacius lib. 3. con-
tra Varimadum, Beda. Verum sic illud ψ . 2.,
Hoc erat in principio APUD DEUM, inconve-
nienter videretur explicandum, *erat in Patre*
apud

IN CAP. I.
Patrem, de quo m
itate, Gregor. Ni
ros. lib. de Incar
Theophylact., Euthym
non, aut vi nome
tum invenias, inq
s proprie est princip
omnipotentia. 3. In
est principium om
citand., Origenes
is seu creationis
ur. lib. 2. de Trin
da; quam interpre
pliciolem, & n
minum intellige
elista agebat, m
am facta sunt; t
em Genes. 1. ψ .
lebr. 1. ψ . 10.:
nom Verbi ante
quo sumitur hic
quo apud Deum
fuit, ut indic
one & æternu
um, etiam im
his tribuatur
Cyril., Th
ficatur itaqu
principio omni
n est creatum
ncipio præveni
hic cap. 5.,
ncipio erat V
em, & Deus
quo apud Deu
erat, erat
invenit, qu

apud Patrem, de quo mox. 2. *In principio*, in æternitate, Gregor. Nazianzen. orat. 2. de Filio, Ambros. libr. de Incarnat. cap. 3., Chrysof., Theophylact., Euthym., Nonnus, Leontius. Sed non, aut vix nomen principii pro æternitate positum invenias, inquit Maldonat.: neque æternitas propriè est principium rerum creatarum, sed omnipotentia. 3. *In principio*, id est, in Deo, qui est principium omnium creaturarum, Athanas. citand., Origenes hìc. 4. *In principio*, temporis seu creationis cœli & terræ, intelligunt Hilar. lib. 2. de Trinit., Augustin. hìc, & etiam Beda; quam interpretationem Maldonatus ait esse simpliciore, & magis accommodatam tùm ad hominum intelligentiam, tùm ad id, quod Evangelista agebat, mox ψ . 3. addens, *omnia per ipsum facta sunt*; tùm ad Scripturæ consuetudinem Genes. 1. ψ . 1., Proverb. 8. à ψ . 22., ad Hebr. 1. ψ . 10.: & sic *et erat* denotat antecessionem Verbi ante principium; quæ vox eodem sensu sumitur hìc, & ψ . 2., *hoc erat in principio apud Deum*. Dicitur autem *erat* potiùs, quàm *fuit*, ut indicetur etiamnum esse, seu esse perenne & æternum, & ante omnem temporis fluxum, etiam imaginabilem: cùm *et fuit* communius tribuatur iis, quæ præterierunt, Chrysof., Cyril., Theophylact., Beda, Alcuin. hìc. Significatur itaque Divinitas Verbi: quod enim in principio omnis creationis jam erat, ipsum non est creatum, nec includitur tempore, nec principio prævenitur, ut scribit Ambros. lib. 1. de fide cap. 5., etiam scitè sic argumentans: *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Erat, inquit, apud Deum: erat, erat, erat, erat; ecce quater erat: ubi impius invenit, quod non erat? Hinc ergo convin-*

cuntur Cerinthus & Ebion, qui dicebant Christum ante Mariam non fuisse; & Ariani volentes Filium esse creatum, ita Chrysof. hic hom. 2., Hieron. in vita Joan., Epiphan. hæresi 51., Irenæus lib. 3. cap. 11., Concil. Nicæn., Athanas. &c.

Erat Verbum. Ità cum Patribus passim etiam, teste à Lap., Syrus, Ægyptius, Æthiopicus, Persicus, Arabicus: cum & vox sermo communiùs orationem totam multis constantem verbis significet. Porrò Verbum Dei, ut notant Theologi cum D. Thoma 1. dist. 27. q. 2. a. 2., duplex est; unum amplè acceptum, *essentiale*, quod est ipsa intellectio Patris, quam, sicut ipsum intellectum, voluntatem, & essentiam totam, Filio communicat; alterum *notionale*, quod est strictè propriissimèque sumptum, estque Verbum à Patre productum, viva imago Patris intrinsecè expressa, perfectissimus infinitus terminus cognitionis Patris gignentis, & persona subsistens, de quo hic agit Joannes: sicque Filium nominari *Verbum*, quòd sit notitia Patris, habent Dionys. Roman., Athanas., Euseb., Hilar., Aug., Fulgent., Cyril., Damascen., Anselm., Rupert. cum Scholasticis apud Maldonat. Vocat autem hic *Verbum* potiùs Evangelista, quàm *Filium*, ne quis fortè carnale aliquid aut patibile cum Ariani cogitaret, secundum Basil., Leont., Chryf., Theophyl., Euthym.; vel etiam quia tendebat ad scribendum *ψ. 5.* principium activum creationis, utique per *Verbum*, juxta Psalm. 32. *ψ. 6.* *Verbo Domini cæli firmati sunt.* Et Psalm. 148. *ψ. 5.* *ipse dixit, & facta sunt:* cum nomen *Filius* significet esse generatum, cæterùm quasi præsciendens.

Et Verbum erat APUD DEUM: apud Patrem interpretantur Basil., Chrysof., Theophylact., Euthym., Athanas. orat, quòd *Deus de Deo fit*

Hilar. lib. 2. de
ita Irenæus lib.
gent. lib. 3. ad Moim
Christum; quòd *ψ. 11.*
qui est in
Ego in Patre
quodam modo loqu
tam, tamquam aut
de ducat originem.
habitans filius est
pa: item ut figu
in omnis creatur
cum scriptus, Leo
c. & *ψ. 2.* eodem
Et Deus erat Ve
tur Verbum erat
sum erat Deus. C
ψ. 5. & Verbum
lo, quem Græc
nis: & ita cum
Trinit., ubi eti
yslen non dici tr
tus constitutum
Alia est, inq
Vide etiam ex
& 36. Mitto
tionem, quan
niti cap. 2., &
m; ac dein per
ψ. 2. Hoc, Ver
var. Est repetit
Leont.; ad
ψ. 3. Omnia pe
m agit etiam
facta sunt,
sequitur: &
tam est. Conclu

IN CAP. I. JOANNIS. 451

Verbum, Hilar. lib. 2. de Trinit., Beda. *Apud*, id est, *in*; ita Irenæus lib. 3. cap. 8., Athanas. cit., Fulgent. lib. 3. ad Monim., Victorin. lib. 2. contra Arium; quod ψ . 18. dicitur, *unigenitus Filius, qui est in sinu Patris*: & cap. 14. ψ . 10. & 11., *Ego in Patre & Pater in me est*. Humano quodam modo loquendi dicitur filius esse apud Patrem, tamquam autorem & principium suum, unde ducat originem, Hilar.; sicut in humanis cohabitans filius est apud Patrem, in quo est analogia: item ut significetur fuisse ante existentiam omnis creaturæ, nec loco definitus aut circumscriptus, Leont. & Euthym. *in apud Deum*, hic & ψ . 2. eodem sensu ponitur.

Et Deus erat Verbum, quasi rationem reddit, cur Verbum erat apud Deum, quia nimirum ipsum erat Deus. Græcè planius est; *καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος*; & *Verbum erat Deus*; ut habetur ex articulo, quem Græci præponunt subjecto propositionis: & ita cum Basil. interpretatur Hilar. 7. de Trinit., ubi etiam contra Arianos bene notat, Moysen non dici simpliciter esse Deum, sed divinitus *constitutum* Deum, cum addito, *Pharaonis*. *Aliud est*, inquit, *Deum dari, aliud Deum esse*. Vide etiam explicationem ad Joan. cap. 10. ψ . 35. & 36. Mitto perversam eorundem interpunctionem, quam advertit Aug. 3. de doctrina Christi cap. 2., *Et Deus erat*. Ubi figebant punctum; ac dein pergebant: *Verbum hoc erat, &c.*

ψ . 2. *Hoc, Verbum, erat in principio apud Deum*. Est repetitio præcedentis, Cyril., Chrysost., Leont.; ad confirmationem, Hilar.

ψ . 3. *Omnia per ipsum, Verbum (de hoc enim agitur etiam in præcedentibus & sequentibus) facta sunt, seu creata; omnia, inquam, nam sequitur: Et sine ipso factum est nihil, quod factum est*. Concludit August. & Leont.: ergo

Verbum non est creatum, qui ipse est creator Deus. Psal. 32. *ψ.* 6., *verbo Domini caeli firmati sunt.* ad Colossens. 1. *ψ.* 16., *in ipso condita sunt universa, in caelis & in terra, visibilia & invisibilia... omnia per ipsum & in ipso creata sunt.* ad Hebr. 1. *ψ.* 2., *per quem fecit & secula.* Macedoniani inferebant: ergo Spiritus S. factus est. Verum *τὸ* omnia restringitur ad ea, quæ facta sunt, inter quæ non est Spiritus S., ut rectè Nazianz. orat. de Spiritu Sancto, Chrysoft., Theophylact.; & aliàs inferri etiam posset, Patrem esse creatum per Verbum. Sed Evangelista Spiritus S., cujus Divinitas aliunde probatur, hic non meminit, ubi Verbi divinitatem & incarnationem describendam susceperat.

Ex dictis habetur contra Arianos, *τὸ* per non significare, quòd Verbum fuerit instrumentum aut minister, per quem creavit Pater, sed causa principalis; quo modo Genes. 4. *ψ.* 1. dicitur: *possedi hominem per Deum*: Prov. 8. *ψ.* 15., *per me Reges regnant*: 1. ad Corinth. 1. *ψ.* 9., *fidelis Deus, per quem vocati estis*; ita Athanas., Basil., Chrysoft. Item indicat societatem paræ dignitatis & identitatem virtutis creativæ à Patre communicatæ, *ne quis illum esse ingenitum suspicaretur*, inquit Chrysoft.; & sanè Verbum debet alicujus esse Verbum. Dixit autem potiùs Joannes, *per Verbum*, omnia esse facta, quàm *à Verbo*, indicans Verbum esse ideam vivam rerum creaturum, juxta quam Pater cum Filio creavit universa. Sic artifex operatur juxta ideam, sapientiam, conceptum, sive verbum mentis suæ; in quo datur analogia ad Verbum Divinum, sive Filium, qui est sapientia genita, sed increata, per quem omnia sint facta; Cyril.

Porro triplex hic occurrit lectio; 1. Hilar. lib. 2. de Trinit. & Epiphan.: *sine ipso factum*

IN CAP. I.
 nihil, quod factum
 entia; vita erat, &c.
 ita habere sensum
 tribuunt Manichei
 aliqua facta sint
 to, sed à Deo m
 quæ, multorumque
 Clement. Alexand.
 ipso factum est nihil
 tur nova sententia
 erat: ut sensus
 es creata per Ver
 in ipso Verbo, n
 , quia erat in id
 unt in Verbo. S
 ol., Epiphan., Ch
 scribunt hæreticis
 volentibus (qua
 ritum S. à Filio
 or, cum Bibliis c
 um, Arabicor.,
 rlysoft., Theop
 , Leont.: *fi
 ne est. Dein nov
 ad Maldon. &
 . In ipso vita
 formalis, quat
 subsistens, O
 col. in Psal. 3
 , ut dictum e
 potuit causat
 naturas & f
 , Cyril., Th
 um, vita spirit
 nem commu
 tum, habetu
 erat lux bon*

est nihil, quod factum est in ipso. Tunc nova sententia; *vita erat*, &c.: quam lectionem, etsi possit habere sensum Catholicum, Ambros. & Aug. tribuunt Manichæis, tegentibus venenum, quasi aliqua facta sint seu creata non *in ipso*, Verbo, sed à Deo malo. 2. Tertulian., Irenæi, August., multorumque Latinorum, & è Græcis, Clement. Alexand., Origen. & Cyril., & *sine ipso factum est nihil*. Fixo puncto, post quod sequitur nova sententia: *quod factum est in ipso vita erat*: ut sensus sit, secundum Aug., omnis res creata per Verbum, antequàm ipsa fieret, erat in ipso Verbo, nempe vitaliter & intellectua-liter, quia erat in ideis & rationibus æternis, quæ vivunt in Verbo. Similiter hanc lectionem Ambros., Epiphani., Chrysost., Theophyl., Euthym., adscribunt hæreticis Eunomianis & Macedonianis, sic volentibus (quamvis perperam, ut *ψ. 3.*) Spiritum S. à Filio esse creatum. 3. Lectio planior, cum Bibliis correctis, est communis, Syrorum, Arabicor., Græcor., Hieron., Ambros., Chrysost., Theophyl., Euthym., Nonni, Nazianz., Leont.: *sine ipso factum est nihil, quod factum est*. Dein nova sententia, *in ipso vita erat*. Ita apud Maldon. & à Lap.

ψ. 4. *In ipso vita erat*, tamquàm in fonte, 1. *vita formalis*, quatenus ipsum in se Verbum est vita subsistens, OEcumen. in epist. 1. Joan. c. 1., Ambros. in Psal. 36. 2. *Idealis* sive quasi exemplaris, ut dictum ex August. 3. *Causalis naturalis*, prout causat & conservat omnium viventium naturas & facultatem rectæ rationis, Chrysost., Cyril., Theophylact., Euthym. 4. Potissimum, *vita spiritualis*, hominibus per ejus Incarnationem communicanda; de qua tractare Evangelistam, habetur ex eo, quod addat, & illa, *vita erat lux hominum*, & *ψ. 9.*, *quæ illuminat*

omnem hominem : item quod sæpe eodem modo de Verbo loquatur, epist. 1. cap. 1. *¶* 2., *¶* *Et vita manifestata est, Et vidimus, Et testamur, Et annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, Et apparuit nobis* : & cap. 5. *¶* 20., *ut simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus Et vita æterna* ; Chrysoft. & Theophylact., Ammon. in Catena Græca.

Et vita erat lux hominum, illuminans per diætamen rationis, Chrysoft., Cyril., Theophyl., Rupert. Sed præcipuè explicat, quænam sit illa vita, supernaturalis ac spiritualis, lux scilicèt fidei & gratiæ, Aug., Beda, Euthym. Sic Joan. 8. *Christus est lux mundi* ; Lucæ 2. *Lumen ad revelationem gentium.*

¶ 5. *Et lux in tenebris lucet*, Tenebras appellat homines peccatores, luce fidei & gratiæ carentes, August., Beda, Rupert., Euthym., Bernard. lib. 5. de consideratione : inter hos enim lucebat illa lux, præsertim post Verbi Incarnationem. *Et tenebræ eum non comprehenderunt ; non susceperunt ; ¶* 11. *non receperunt ; ¶* 10. *mundus eum non cognovit* ; pro maxima videlicèt hominum parte, diligentium magis tenebras quàm lucem, & præsentis solis supernaturali luminis oculos propriâ voluntatis perversitate claudentium : quin &, inhærendo Chrysoftomo, Cyril., Theophylacto, Ruperto, divinitus participatum lumen rationis naturalis in se extinguentium.

¶ 6. *Fuit homo missus à Deo*. Cùm de Verbi divinitate egisset Joannes, & mox *¶* 11. de ejus Incarnatione esset dicturus, de ejus prius præcursore loqui voluit ; Chryf., Aug., Theophylact.

¶ 7. *¶* 8. *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine*, de Christo, sicut Lucifer solem nunciat advenientem. *Lucer-*

Joannes, cujus tenuis
oculorum oculi ferre poter
lucem solis, ut eos a
mo demonstrat quicquid
pe ut pararet Dominum
ceti ; ut OMNES, i
Joannem Baptistam
Theophyl.
Joannes, lux
quod a

19. Erat lux. ma
st, ex se, propri
nam distinctione
triceps erat lum
per se fulgebat ;
ncem participant à
ne illuminat, lum
Cyprian. lib.
4. de Pascha,
Euthym., E
aque illuminat
natur, Augu
cum Cyril.
omnino
mandum, qu
ntem sufficien
tus naturæ p
parte lumer
tare dare omnib
quidam fame
libertate
illi to illum
tione naturalis
9., & Junil
per ¶. seque
10. In mun

na, Joannes, cujus tenuius lumen cœcutientes hominum oculi ferre poterant, nondum verò ipsam lucem solis, ut eos ad id disponeret, testimonio demonstrat justitiæ solem, Chryf., Aug., nempe ut pararet Domino plebem perfectam: idque est; *ut OMNES, in Christum, crederent per ILLUM*, Joannem Baptistam testificantem, Chrysofom., Theophyl., Euthym., Beda. *Non erat ille, Joannes, lux; sed ut, &c.* Græcè ubique est τὸ φῶς, quod æquè lucem ac lumen significat.

¶ 9. *Erat lux*, metaphorica, Christus, vera, id est, ex se, propriâ virtute lucens; ad comparativam distinctionem Joannis, de quo Origen., *particeps erat luminis, suum non erat, quod in se & per se fulgebat*; aliorumque Sanctorum, qui lucem participant à Christo, sicut planetæ à sole. *Quæ illuminat*, lumine supernaturali fidei & gratiæ, Cyprian. lib. I. contra Judæos, Maxim. hom. 4. de Pascha, August., Chrysof., Theophyl., Euthym., Beda. *Omnem hominem, quicumque illuminatur, quia nisi ab ipso, nullus illuminatur*, August. Enchirid. cap. 103. Item latius, cum Cyril., Chrysof., Theophyl., Euthym., omninò *omnem hominem venientem in hunc mundum*, quantum est de se, per media ad salutem sufficientia, nisi scilicèt ipsi, vel alii, vel cursus naturæ pœnalis ea impediunt: sicut sol ex sua parte lumen spargit; & sicut Deus rectè dicitur dare omnibus hominibus cibum & potum, etsi quidam fame & siti pereant, quia propriâ vel alienâ libertate, similive defectu iis privantur. Quidni τὸ *illuminat* etiam intelligatur de illuminatione naturalis rationis, cum Cyril. in Joan. cap. 9., & Junilio in cap. 2. Genes., & etiam propter ¶. sequentem?

¶ 10. *In mundo erat*, essentiâ, potentiâ, præ-

sentiâ, & luce divinitatis, conservans ac regens totum mundum hunc realem ab ipso factum; ex cujus etiam quasi illuminato opificio cognosci naturaliter potuerit Deus: etenim *in ipso vivimus, & movemur, & sumus*, Act. 17. & *invisibilia ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus & divinitas; ita ut sint inexcusabiles*, ad Rom. 1. v. 20. Item Cyril, Chryf., Aug., Beda, Theophyl., Euthym., Rupertus hoc de Verbo secundum Divinitatem intelligunt: & confirmatur ex addito, *& mundus per ipsum factus est*, utique non per humanitatem, de qua tantum agitur v. sequenti. *Et mundus* (hïc jam synecdochicè, continens pro contento, id est, perversi homines mundani; Aug., Chryf., Theophyl., Euthym.) *Eum non cognovit*, Verbum nempe quatenus Deum, utpote idololatriâ aliisque peccatis obstaculum cognitioni, ac fidei divinitatis opponens. *Eum*, pro illud, scilicèt *Verbum*, per hellenismum ponitur, quia in Græco substantivum subintellectum, ad quod refertur pronomem, est masculini generis ὁ λόγος. Sensum respicit Evangelista, non genus vocis.

v. 11. *In propria venit*. Arabicè, *ad proprios*. S. Cyril. in Concil. Ephes., *venit unigenitus ad proprios, & præcipuè ad Israëlitas, simul atque carne assumptâ factus est homo*: nam secundum divinitatem non venit, sed jam antè erat. *Et sui*, facti per assumptionem nostræ naturæ, quasi fratres Christi aut consanguinei; adeòque non tantum, etsi præcipuè Judæi, ex quibus erat secundum carnem, illisque specialiter promissus, & missus primùm ad eos; sed etiam Gentiles; ita Irenæus lib. 3. cap. 11., Clem. Alexandrin. lib. 7. Stromat., & etiam Aug., Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Beda. Et quia sic melius co-

IN CAP. I. I
est cum sequentibus, u
datam potestatem p
de solis Judæis, sed
Eum non receperunt.
tio in eum: puci er
ni cum non creder
12. Quævis autem
potestatem filii Dei
næ ejus: id est, rec
cessit, ut possent
pari, charitate &
recente, Aug., B
thym. Sola enim
cum potestate,
item charitas & g
lium Dei, seu es
lam dignitatem fig
potestatem liberam
tem capeffendam,
thym., dicente etia
ne dicimus pote
vultas faciendi: n
de dicitur, quod
facit. Est con
13. Qui non
ma, Aug. &
neque ex volu
appetitu, se
ei sunt, per gr
eis significat o
nra humanan
arentia huj
et eis potestatem
e. omi, acced
ei facti, non
nt.

hæret cum sequentibus, ubi dicitur, recipientibus datam potestatem filios Dei fieri, quod certè non de solis Judæis, sed & gentilibus intelligitur. *Eum non receperunt*, per fidem scilicèt, credendo in eum: pauci enim crediderunt, comparati cum non credentibus.

¶ 12. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus*: id est, recipientibus eum per fidem concessit, ut possent, si vellent, in Dei filios adoptari, charitate & gratiâ habituali ad fidem accedente, Aug., Beda, Chrysostr., Theophyl., Euthym. Sola enim fides quasi embryonem facit, cum potestate, ut fiat filius Dei; informans autem charitas & gratia animat, constituitque jam filium Dei, seu ex Deo natum. *ἐξουία* non solum dignitatem significat filiationis Dei, sed etiam potestatem liberam arbitrii nostri ad eam per fidem capeffendam, Chrysostr., Theophylact., Euthym., dicente etiam August. de spir. & litt. c. 31.: *hanc dicimus potestatem, ubi voluntati adjacet facultas faciendi: unde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod, si vult, facit, si non vult, non facit.* Est contra hæreticos hostes liberi arbitrii.

¶ 13. *Qui non ex sanguinibus, viri nempe & feminae, Aug. & Beda. Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, id est, carnali utrimque appetitu, seu concupiscentia; sed ex Deo nati sunt, per gratiam sanctificantem.* Hæc antithesis significat divinæ generationis præstantiam supra humanam, Chrysostr., Theophyl., Euthym. Cohærentia hujus & præcedentis ¶ hæc est: *dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus nempe, qui, accedente gratiâ habituali, reipsâ filii Dei facti, non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt.*

¶ 14. *Et Verbum Caro factum est.* Tò & connectens hanc sententiam cum præcedentibus, ponitur historicè & causaliter, quasi pro *hac de causa*; scribente Chrysoft. : *factus est filius hominis, dilectissimus filius Dei, ut filios hominum faceret filios Dei. Verbum, non Pater, aut Spiritus S., quia, etsi tota SS. Trinitas operata fuerit Incarnationem, attamen sic, ut ipsa immediatè & intrinsecè terminetur ad personam Verbi, à persona Patris & Spiritûs S. realiter distinctam; Fulgent. lib. de fide ad Petrum cap. 2. : solum enim Verbum carnem ipsa Trinitas fecit.* Analogia est in Petro & Paulo juvantibus Jacobum sibi ipsi vestem induentem. *Caro factum est, cur, ut poterat, non dicit, homo factum est?* R. cum Theophyl., ut peculiaris exinanitio, & ingens extremorum personalitatis Divinæ, & infirmæ, abjectæ, passibilis, mortalis carnis distantia exaggeretur: *Caro* hîc ponitur synecdochicè pro toto homine, ut sæpe in Scriptura, Joël. 2., *effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Luc. 3., *videbit omnis Caro salutare Dei.* Quamquam & Christus passim etiam vocetur *homo, filius hominis.* ad Rom. 5., *in gratia unius hominis Jesu Christi.* Lucæ 1. ¶ 59., *venerunt circumcidere puerum.* Joan. 1. ¶ 30., *hic est, de quo dixi; post me venit vir.* Unde symbolum Nicæn. profitetur: *& homo factus est.* Itaque,

1. Verbum assumpsit non tantùm humanam carnem veram, non phantasticam, contra Manichæos; sed etiam animam veram, contra Apollinarem, volentem, quòd Divinitas seu Verbum Christo pro anima fuerit, ut refert August. hæresi 55. cùm & Christus ipse dicat Matth. 26., *tristis est anima mea usque ad mortem.* Joan. 12., *nunc anima mea turbata est.* Idem docet Synod. sexta general. Act. 1., epist. Sophronii, August.

IN CAP. I. JOANNIS.
de hæresi. cap. 43. E
que totam naturam
potentis, excepto p
possibile.
Verbum Caro factu
plationem, vel con
non, transformatione
me habens temperat
confusio naturarum.
in carnem naturam
sunt, Flavianus Patri
naturam. Aug. lib.
cum enim non est
ambrosio, Jac. 1. y
ichianos potest T
Dial. 2. inconfusus
3. In Symbolo
non confusione subje
vna. Carnem aut
Verbum sibi secunda
factus est homo, in
um. Notanda
ap. 3. id enim hæ
naturam & hyposta
dial. 1. contra
naturam esse
ne naturarumq
tates. Nestoria
na, ut fide ce
nam qua person
tati in Christo
naturam est, et
Et habitavit
in hominibus
lib. 1. August.
nisi unigeniti
Origen. tract.
sunt, hic non

lib. de hæresib. cap. 49., Epiphan. hæresi 69. Denique totam naturam humanam cum omnibus suis potentiis, excepto peccato, quod ipsi est impossibile.

2. Verbum Caro factum est, non secundum translationem, vel conversionem, vel commutationem, transformatione factâ in carnis naturam, neque habens temperationem, vel commixtionem vel consubstantiationem, Cyril. apud à Lap. Non quod in carnem mutatum sit, neque quod Deus esse desitit, Flavian. Patriarcha Antiochen. Non carne mutatum, Aug. lib. 65. quæstionum q. 4. : apud Deum enim non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, Jac. I. 5. 17. Videri etiam contra Eutychnianos potest Theodoret. dialogo immutabilis, Dial. 2. inconfusus, Dial. 3. impassibilis.

3. In Symbolo Athanasii Christus dicitur unus, non confusione substantiæ, sed unitate personæ divinæ. Carnem animatam animâ rationali uniens Verbum sibi secundum subsistentiam, ineffabiliter factus est homo, inquit Cyril. epist. 8. ad Nestorium. Notanda sunt verba Damasceni lib. 3. cap. 3. : id unum hæreticos in errorem induxit, quod naturam & hypostâsim idem esse dicant, & Maxentii dial. 1. contra Nestorian. : nullatenus credentes, naturam esse posse sine personâ, vocabula personæ naturarumque confunditis. Unde sic subsumentes Nestoriani, atqui in Christo sunt duæ naturæ, ut fide certum est, malè inferebant, ergo etiam duæ personæ : contra autem Eutychniani, atqui in Christo tantum est una personâ, ut fide certum est, ergo tantum una natura.

Et habitavit in nobis. In terris visus est, & cum hominibus conversatus est, Baruch 3. 5. 38., & ita August. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, seu Patris Filii Unigeniti, Origen. tract. 2. in Matt., Beda, Euthym. & quasi, sicut, hîc non est nota similitudinis, sed proprie-

tatis & veritatis, Chryf., Theophyl., Euthym.; Aug. in Pſal. 125., Ambroſ. epift. 47., Gregor. 18. moral. cap. 4.; ut, cum dicitur: geſſit ſe tamquam ſtrenuus Bellator; fecit, ſicut vir prudens. *Vidimus gloriam ejus*, ſplendorem latentis divinitatis per carnem transparentem, in Transfiguratione, Reſurrectione, Aſcenſione, & innumeris miraculis, Chryſoſt., Euthym., quæ declararunt Chriſtum eſſe Patris Unigenitum, filiis adoptivis ſuperiorem, Chryſoſt., Theophyl., Euthym., Cyril. Voluit his Evangeliſta testimoniſui fidem commendare; ſicut epift. 1. cap. 1., quod fuit ab initio, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ, annuntiamus vobis.

Plenum gratiæ & veritatis. Communis hæc diſpunctio retinenda cum omnibus Patribus, & Eccleſiæ perpetuo conſenſu, ac Codicibus Græcis, Latinis, Syris, Arabicis, à Lap.; ita ut *plenum* vel referatur ad *vidimus*, cum Cyril. & Theophylacto, ſenſusque ſit, *vidimus gloriam ejus, & vidimus plenum gratiæ & veritatis*, ipſum nempe Verbum carnem factum: vel cum plerisque Codicibus Græcis, & ſecundum interpretationem Origen. tract. 2. in Matt., Greg. Nyſſen. hom. 13. in Cantic., Aug. 13. de Trin. cap. 19., Euthym., Bedæ, *plenum* in nominativo (Græcè πλήρης, plenus, nempe λόγος) referatur ad *Verbum* hoc ſenſu: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis plenum gratiæ & veritatis*; & reliqua, quæ medio ſpatio interjecta ſunt verba, quaſi parentheſi incluſa legantur. Eſt contra Eraſmum & Cajetan., qui ante *plenum gratiæ* malè figunt punctum, legentes; *plenus gratiæ & veritatis Joannes* testimoniū perhibet de ipſo: & quia monſtrat textus, illum dici plenum gratiæ, de cujus plenitudine nos omnes accepimus; *ψ. 16.*

non accepimus de p
de quo ipſe etiam
conſitetur, ſecundum

non accepimus de p
de quo ipſe etiam
conſitetur, ſecundum

monium Joanni E
Petri, aliorumque

Erſ. 15. Hic er

Hoc Baptiſta

a per anticipatione

ψ. 19., Cyril.,

us eſt, id eſt, præ

ius ego præcurſo

ni eſt antepoſitu

Chryſoſt., Theoph

quo additur, qu

at æternitate ac d

ψ. 16. Et de ple

nes, ego Joann

ſti, accepimus

, qui cum A

, putant, h

us accepimus

Chryſoſt., G

ψ. 9., Beda, E

at hi cen

ngeliſta nur

tiæ, quem a

ſis.

Et, particu

ngeliæ pro

Chryſ., Theo

atqui non accepimus de plenitudine Joannis, sed Christi; de quo ipse etiam Joannes ibidem se accepisse confitetur, secundum PP. citandos ψ . 16., ergo.

CAPUT I.

PARS SECUNDA.

Testimonium Joannis Baptistæ. Primus Andrea, Petri, aliorumque cum Christo congressus.

Vers. 15. *Hic erat, quem, seu de quo, dixi.* Hoc Baptistæ testimonium ponit Evangelista per anticipationem, de quo rursus suo ordine à ψ . 19., Cyril., Theophyl. *Qui post me venturus est*, id est, prædicaturus, Chrysof., Euthym.; cujus ego præcursor sum, *ante me factus est*, mihi est antepositus officio & dignitate, Aug., Chrysof., Theophyl., Euthym., Beda, Rupert. Ratio additur, *quia prior me erat*, excellentior ipsâ æternitate ac divinitate; iidem Patres.

ψ . 16. *Et de plenitudine ejus nos omnes, homines, ego Joannes, aliique, ante adventum Christi, accepimus*; ita Origen., Theophyl., Rupert., qui cum Athanas. lib. de Incarn. Verbi, & Aug., putant, hæc esse verba Baptistæ. Item, *omnes accepimus*, etiam post Christi adventum; ita Chrysof., Gregor. lib. 4. in lib. 1. Regum cap. 9., Beda, Euthym., Zacharias Chrysopolitan.; at hi censent esse cum sequentibus verba Evangelistæ nunc pergentis agere de ejus plenitudine, quem antè dixerat *plenum gratiæ & veritatis*.

Et, particula est explicativa, gratiam legis Evangelicæ pro gratia legis Mosaicæ, inquit Chryl., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont.,

Rupert. Sed lex vetus nullibi *gratia* vocatur; quin, hic ψ . 17., opponitur gratiæ & veritati; estque potius seruitus. Melius ergo, & *gratiam*, remissionis peccatorum, iustitiæ, Evangelicæ perfectionis accepimus *pro gratia*, id est, ex, per, propter gratiam Christi, qua ipse Deo ob unionem hypostaticam gratissimus est, nobisque promeritus fuit, ut nos Deo grati simus, Zacharias Chryso-politan. in Commentario, Tolet., Francisc. Lucas.

ψ . 17. *QUIA Lex*, cum suis figuris, *per Moysen data est*, qui Moyses & Lex nec gratiam interiorem sufficere ad legem seruandam potuit; *gratia* autem jam dicta, & *veritas*, revelata sublimium mysteriorum, etiam ablatis V. L. figurarum involucris, *per Jesum facta est. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum*, Lucæ 1., Chryf., Aug., Athanas. serm. 2. contra Arian. Moysi seruo danti legem, opponit Christum Dominum Liberatorem, facientem gratiam, Aug.; item præceptis gratiam, figuris veritatem, Chryf., Cyril. Sequitur confirmatio;

ψ . 18. *Deum nemo vidit unquam*, ejus scilicet essentiam, qui prohi. possit clarè divinam veritatem edocere, adeoque nec Moyses, ita Chryfost., Theophyl. Ast, *Unigenitus filius, qui est in sinu patris*, adeoque omnium secretorum, quæ in sinu seruari dicuntur, comprehensor, Patri consubstantialis, Chryfost., Theophyl., Euthym., Cyril., Aug., Beda, *ipse enarravit*, Doctor Diuinus disertè, explicatèque omnia exposuit, Chryf., Theophyl. Moysen, Jacob, Isaiam, non vidisse ipsam, quæ semper eadem est & invariabilis, Dei essentiam, sententia est Dionysii de Cœlesti hierarch. cap. 4., Iren. lib. 4. cap. 37., Clem. Alexand. lib. 5. Stromat., Tertul. lib. contra praxeam, Greg. Nysseni in vita Moysis, Na-

IN CAP. I.
Orat. 2. de Theolog.
Ariam, Hilari. 4. de
contra Ariam cap. 8.
& lib. 1. in Locum
in qq. N. Testam.
Cretenf. Inq.
loquitur ei: & palam,
qui Dominum videt;
ad faciem loqui, tu
similitudinem Mo
nam postea ψ . 13.
& respondeo
rem meam: non
.
 ψ . 19. Et hoc est
serunt Judæi, I
tote in quæstion
onis Christo, O
Ammon. I
SACERDOTES
rogarent eum, tu
Christus? Nam
Christus, fortiter
unde pergunt
opus hujus mi
tendi fuit,
u, expletisque
propinquo esse
aliquorum è
ficio de Joann
qua & aliàs L
eius sanctitate
aliquid pr
 ψ . 21. Quid e
Scribarum en
tate Christum
4. ψ . 5.,

zianz. Orat. 2. de Theolog., Victorini lib. 3. contra Arium, Hilar. 4. de Trinit., Ambr. lib. de fide contra Arium cap. 8., & ferm. 8. in Psalm. 118., & lib. 1. in Lucam de apparitione Angeli, Aug. in qq. N. Testam. q. 71., Cyril., Cæsarii, Andreæ Cretenf. Itaque Numeror. 12. v. 8., ore ad os loquor ei: & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt; & Exodi 33. v. 11., facie ad faciem loqui, tantum significant intimiorem familiaritatem Moyfis cum Deo vel Angelo: nam postea v. 13. petit: ostende mihi faciem tuam; & respondetur v. 20., non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & vivet.

v. 19. Et hoc est testimonium Joannis, quando miserunt Judæi, Principes scilicet Sacerdotum, utpote in quæstione de religione, & capite religionis Christo, Orig., Chryf., Theophyl., Euthym., Ammon. Et quia miserunt ab Hierosolymis SACERDOTES ET LEVITAS ad eum, ut interrogarent eum, tu quis es? Addiderint; tunc es Christus? Nam, non quis sit, sed quod non sit Christus, fortiter asseverando respondet Joannes: unde pergunt; quid ERGO? Elias est tu? Tempus hujus missionis vide in fine capitis. Causa mittendi fuit, quod, jam ablato sceptro de Juda, expletisque hebdomadis Daniëlis, Messiam in propinquo esse scirent. Accedebat invidia saltem aliquorum è missis, de qua v. 25., item suspicio de Joanne, an fortè ipse esset Christus, de qua & aliàs Lucæ 3. v. 15., quæ oriri potuit ex ejus sanctitate, & adeo solemnè Baptismo, singulare aliquid protendente.

v. 21. Quid ergo? Elias est tu? Nam doctrina Scribarum erat, quod Eliam oporteret venire ante Christum, Matt. 17. v. 10., juxta Malachiæ 4. v. 5., confundentium primum Christi

adventum cum secundo, Chryf., Orig., Cyril., Aug., Theophyl., Euthym. Joannes autem Elias, quem adhuc vivere sciebant, videri poterat ob-
 fimilem vitæ austeritatem, habitationem in deserto, zonam pelliceam, zelum. At, inquires, sciverint Joannem esse filium Zachariæ Sacerdotis; quomodo ergo dubitare potuerunt an esset Elias?
 R. cum Orig., eos id ignorasse. Sic, quamvis de Christo aliqui dixerint Matt. 13., *nonne hic est fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria?* Ibidem tamen cap. 16., moti miraculis aliqui eum asserunt esse Joannem Baptistam, alii Eliam, &c. Nec obstat, Joannis nativitatem fuisse divulgatam super omnia montana Judææ, Lucæ 1. : nam cum dein latuerit in deserto à secundo ætatis anno, passim ignoratum fuerit, quibus esset parentibus genitus. *Et dixit, non sum,* non repugnat illud Christi de Joanne Matt. 11., *ipse est Elias, qui venturus est* : quia, ut cum Aug. rectè Gregor. hom. 7. in Evangelia, *Joannes in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat*; quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Joannes denegat de persona. *Propheta es tu? Et respondit, non.* Atqui Lucæ 1. Joannes vocatur *Propheta Altissimi*, & Matt. 11. v. 9. *Plusquam Propheta.* R. Joannem ad mentem interrogantium respondisse, se non esse è Prophetis antiquis aliquem, qui resurrexerit, aut cujus per Metempsychosim anima suo corpori sit unita, secundum dicta in simili, Matt. 14. v. 1. ex Josepho.

v. 24. *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.* Hoc exprimit Evangelista, ut pateat, cur interrogaverint, id quod sequitur.

v. 25. *Quid ergo baptizas?* Pharisei, cum ablutionibus abundarent, ut diximus Matt. 15. v. 2., invidebant Joanni, quod Baptismum suum induxisset, in quo ipsis præcellere videbatur, Origen., Cyril., Beda. v. 26.

ψ. 26. *Medius vestrum stetit*, in Baptismo Mat. 3.

ψ. 28. *Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem*; intellige *trans* respectu ingredientium Palæstinam, Hebræis retento more loquendi, de quo Maldonat. in Matt. cap. 4. ψ. 15., & cap. 14. ψ. 13. In *Bethania*: ita legunt Biblia Romana, Syra, Arabica, multa Græca, Vaticana, Beda, Alcuin., Glossa. *Bethania* per *Aleph* est *domus*; id est, locus *navis*, propter communem trajectum: per *Ain*, est *domus obedientiæ* vel *humilitatis*, quæ erat alia prope Hierosolymam. Origen., Chryf., Theophyl., Euthym., Epiphani., Hieron. de locis Hebraicis, legunt *Bethabara*, *domus transitus*. Fortè eidem loco duplex nomen, vel duo loca fuerint sibi vicina, à Lap.

ψ. 29. &c. *Et alterâ die*; id est, postridie dictæ legationis, secundùm Ammon.; Christum ad se venientem populo monstravit Joannes, testatus illum esse, de quo pridie fuerat locutus, & quem antea in Baptismo, descendente spiritu Dei sicut columba, Pater voce declarârat filium suum dilectum.

ψ. 31. & 33. *Et ego nesciebam eum, de facie scilicet hunc hominem esse Messiam, antequàm Matt. 3. ψ. 14., se mihi baptizandum offerret*: etsi jam antea incarnatum Messiam sciret in visitatione Lucæ 1. ψ. 44.; ita Chryf., Theophyl., Euthym. Sicut Samuël 1. Reg. 16., cùm antè de facie non nôset, mox Deo inspirante sic Davidem cognovit in Regem ungendum, secundùm Rupert., ita in ipso accessu Christi ante Baptismum Joannes eum de facie ex revelatione cognovit, ut patet ex Mat. cit. eique antea fuit revelatum illud; *super quem videris spiritum descendantem, &c.*: non ergo Joannes ait, se primò Christum novisse in ipso descensu spiritus: quamvis ex hoc ejus cognitio & fides de Christo fuerit per-

fecta & confirmata, ut ait Beda & Rupert. Repetit Joannes, ego nesciebam eum, ne putarent familiaritatis aut amicitiae causâ hæc à se dicta, Orig., Chrysof., Theophyl.

ŷ. 39. *Apud eum manserunt die illo, discendi causâ reliquis ad minus duabus horis illius diei: hora autem erat quasi decima, usualis, ab ortu solis ante æquinoctium vernum, nostra quarta pomeridiana: nam decimam Ecclesiasticam non habent Judæi. Eodem vespere egressus Andreas inventum fratrem Petrum ad Christum adducit ŷ. 41. & 42., & Christus in crastinum voluit exire in Galileam, ŷ. 43.*

ŷ. 40. *Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus Joannis discipulis, ŷ. 35., qui audierant à Joanne, ŷ. 36., ecce (ille de quo vobis locutus sum) Agnus Dei, innocens ad victimam portandus ad tollenda peccata mundi, ut Isaias alique Prophetæ prædicaverunt, Chrysof., Cyrillus, Euthym., Theophylact., Elias Cretenfis, apud Maldonat. Et secuti fuerant eum, nempe Jesum, ŷ. 37.: quis alter fuerit, disputatur: Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., tamquam multorum & probabilem opinionem referunt fuisse Joannem Evangelistam ipsum, qui modestiæ causâ nomen suum suppresserit. Si alius fuisset Apostolorum, verosimiliter eum nominasset, ut declararet initium vocationis ejus.*

ŷ. 42. *Adduxit eum ad Jesum, Andreas fratrem Simonem, ex narratione Andreæ fratris cupidum videndi Jesum Messiam, tamquam senior juniorem juxta Epiphan. hæresi 51. Hic tamen nondum sectatores Christi perpetui facti sunt, sed Matt. 4. ŷ. 18., ad mare Galilææ à Christo vocati, Aug. de consensu lib. 2. cap. 17. Tu es Simon filius Jona; tu vocaberis Cephias. Ante congressum indicat suam divinitatem omnisciam, etiam futurorum, Chryf., Cyril., Aug.: atque*

IN CAP. I.
 cum habet verum illi
 tantum promissio hic
 sed Marci 3. ŷ. 16
 um, ubi expresse ad
 Petrus; sicut &
 tunc primum voca
 dicatur, ubi hoc ip
 fuisse renovatum
 hic apud Joan. Cep
 43. Invenit Phil
 adis, Salmerton)
 Primus inter Apo
 elam vocatus, &
 : nec enim ali
 tur; nec prior al
 m & Petrus & A
 att. 4.
 ŷ. 44. Erat autem
 ut Andrea & Pe
 concivibus, Th
 in Nazarenum e
 ppos amico Nat
 Moses in Leg
 45. Invenit Ph
 2., erat à Ca
 Nathanaël, qu
 in Menolog
 illi Nathanaëli
 Galilææ. Rupo
 tolozo. Ra
 gelista sempe
 tozo. 2. Qui
 nam legitur
 qua Christus
 Petrus,
 nam Angelor

hanc vim habet verbum illud, *intuitus eum*. Videtur tantum promississe hic, non mutasse ejus nomen; sed Marci 3. v. 16, in vocatione ad Apostolatum, ubi expressè additur; *imposuit Simoni nomen Petrus*; sicut & Jacobum & Joannem ibi v. 17. tunc primum vocavit *Boanerges*. Nisi tamen dicatur, ibi hoc ipsi nomen ad confirmationem fuisse renovatum: censet enim Aug. cit., eum hic apud Joan. Cepham fuisse appellatum.

v. 43. *Invenit Philippum* (interpretatum *os lampadis*, Salmeron) & dicit ei *Jesus: sequere me*. Primus inter Apostolos ad individuum Christi sequelam vocatus, & secutus est Philippus, juxta Aug.: nec enim alibi, præterquam hic vocatus legitur; nec prior alius quispiam Apostolorum: nam & Petrus & Andreas tantum sic vocati sunt Matt. 4.

v. 44. *Erat autem Philippus à Bethsaida civitate Andreae & Petri*, ex quibus tamquam amicis concivibus, Theophylact., jam intellexerat Jesum Nazarenum esse Messiam. Quare & v. 45. Philippus amico Nathanaëli dicit in plurali: *quem scripsit Moyses in Lege, & Propheta, invenimus Jesum*.

v. 45. *Invenit Philippus Nathanaël*, qui Joan. 21. v. 2., *erat à Cana Galilææ*. Quæritur, quis hic Nathanaël, qui interpretatur *Donum Dei*. Græci in Menologio 22. April. scribunt: *Sancti Apostoli Nathanaëlis, qui fuit Simon Zelotes, ex Cana Galilææ*. Rupert. ait, fortè eundem esse cum Bartholomæo. Rationes esse possunt: 1. quia Evangelistæ semper jungunt Philippum cum Bartholomæo. 2. Quia Bartholomæi vocatio alioquin nusquam legitur, nisi sit hæc ipsa Nathanaëlis. 3. Quia Christus v. 51., Nathanaëli cum ibi præsentibus Petro, Andrea & Philippo promittit visionem Angelorum, adeoque tamquam spe-

cialiter familiari & futuro Apostolo. 4. Quia Nathanaël Joan. 21. v. 2., Petro, Thomæ, Jacobo & Joanni Apostolis in piscatione & visione Jesu sociatur. 5. Quia Bartholomæus non videtur esse nomen proprium, sed significare filium Tholmai, cujus nomen proprium sit Nathanaël; sicut Petri filii Jona nomen proprium erat Simon.

Distinctum tamen esse communior est sententia, Foleti, Riberæ, Maldonati, Bailleti, Tillemontii, cum Aug. dicente, Nathanaëlem non fuisse de 12. Apostolis, quod esset legis Doctor vel peritus; cum Christus idiotas elegerit 12. Apostolos: consentit Greg. lib. 33. moral. cap. 21., Baron. in addit. Martyrol. Rom. ad 25. Augusti, ubi & scribitur Bartholomæus Apostolus in India excoriatus & decollatus: de Nathanaële autem ait Lucius Dexter in Chron. ad an. Christi 101., *Nathanaël unus de 70. Domini discipulis requiescit in urbe Trenga Hispania prope Legionem.* Accedit Petrus de Natalibus in Catal. SS. ex Vincentio, qui de eodem addit, *post expletum prædicationis officium, feliciter in Domino requiescit, pridie Kalend. Decemb.* Item, cum quater Catalogus texatur Apostolorum, Matt. 10., Marc. 3., Luc. 6., Act. 1., nullibi sit mentio Nathanaëlis, qui si aliter dictus fuisset Bartholomæus, expressum id utique alicubi esset; sicut Thomam Dydimum, Matthæum Levi, Petrum Barjona Simonem appellatos addunt Evangelistæ. Denique Lucas in actis Philippum non Bartholomæo jungit, sed Thomæ. Si alioquæ latet vocatio Bartholomæi; at non minùs Thomæ, Jacobi Alphæi, Taddæi, Simonis Cananæi, & Judæ Iscariotis.

Quoad objicibiles quasdam autoritates; R. secundum ipsa Acta SS. Antverpiensia ad 25. Augusti §. 3., Græci, & ut videtur, Æthiopes, confundunt Nathanaëlem cum Simone Zelote Ca-

IN CAP. I.
Armeni, Catal.
Salomon Bassi
Gavarus de
Apostolum,
Nathanaël adeo
cum securus,
nec festum
persona Bartho
inde sequi esse
forte quemdam
Simonem
Ierusalem; quia il
lesia: cur ergo
nihil in eo det
lesia: sicut in
possimus ac piffi
agnus non est
atnis, nec festum
na; quem Græci
ut plures on
23. v. 35., ab
natus? In pisc
nes fuisse Apsto
visionem A
46. A Nazar
licet, quantu
licheæ 5., M
ubi Jesum n
nem Pharisæ
Propheta non
tamen sensu
nas Nazare
etur prædictu
Philippum
nisse, hinc pr
veritatis in
per interroga

nanæo : Armeni, Chaldæi, multi Syri, sunt Nestoriani : Salomon Bassora eum ponit inter 70. discipulos : Gavantus duos fabricat Nathanaëles, unum Apostolum, alium è 70. discipulis. At, cur Nathanaël adeò à Christo laudatus, vocatus, eum secutus, non est in Latinis Martyrologiis, nec festum ejus celebratur, nisi quia censetur persona Bartholomæi ? Resp. 1. non magis inde sequi esse Bartholomæum, quam alium fortè quemdam Sanctum : sicut Græci eum faciunt Simonem Cananæum. Resp. 2. nego causalem ; quia illud ipsum alicubi indicaret Ecclesia : cur ergo id ità sit, quis dicat hæcenus, nihil in eo determinante autoritate PP. aut Ecclesiæ : sicut in quibusdam aliis : sic, cur religiosissimus ac piissimus Imperator Constantinus Magnus non est ut Sanctus in Martyrologiis Latinis, nec festum ejus colitur in Latina Ecclesia ; quem Græci ut Sanctum colunt 21. Maii ? Item (ut plures omittam) cur non Zacharias, Matt. 23. v. 35., ab ipso Christo cum Abele Canonizatus ? In piscatione etiam, de qua Joan. 21., omnes fuisse Apostolos non probatur. Quoad promissam visionem Angelorum, vide v. 51.

v. 46. *A Nazareth potest aliquid boni esse, tanti scilicet, quantum est Messias ?* Sciebat enim ex Micheæ 5., Messiam in Bethlehem nasciturum, ubi Jesum natum esse ignorabat ; item traditionem Phariseorum, quod à Galilæa Christus aut Propheta non veniret, Joan. 7. v. 41. & 52. ; quia tamen sensu aliquo sibi incognito poterat Messias Nazarenus esse (ut Matt. 2. à Prophetis habetur prædictum) aut, ut habet Chryf., quia nôrat Philippum in patria commemoranda falli potuisse, hinc prudenter dubitans interrogat. Humilis veritatis inquisitio non repugnat simplicitati. Ità per interrogationem hîc legunt Vulgata La-

tina & Græca, & interpretantur Chryf., Cyril., Theophyl., Euthym., cum communiore: etfi Origen., Aug., Rupert., moneant, duobus modis hæc verba legi posse, aut per interrogationem; aut per affirmationem, quasi Nathanaël Philippo consentiens, asserat, à Nazareth posse oriri Christum. Porrò cùm Philippus propositam difficultatem solvere non posset, invitat ad Christum (*veni, & vide*) à quo plenam dubii solutionem accepturum non dubitat, Chrysof.

¶. 47. *Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est.* Miratus hæc verba Nathanaël, quia per ea cordis secreta revelabantur, rogat, *unde me nosti?* cui Christus, ut se, secundum Cyril., Euthym., Aug. serm. 40. de verbis Domini, Messiam filium Dei de secreto cordis fundatè locutum ostendat, respondet; *priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te*: ubi tria insuper occulta manifestat: 1. quòd absentem à Philippo vocatum sciat: 2. tempus, quo solus fuerat sub ficu ante vocationem à Philippo, Cyril., Aug. cit., Euthym. 3. Quid ibi egisset, ut verba illa inveniunt, *cùm esses sub ficu*, solus, à nemine te visum arbitratus, *vidi te*, speciali intuitu: ubi proin verosimiliter meditationi aut pio exercitio vacaverat.

¶. 49. *Rabbi, tu es filius Dei*, naturalis, inveniunt Cyril., Aug., Ammon; & quidni verba propriè sumantur? Cùm & Messiam Deum fore, ex Scripturis & Joanne Baptista discere potuerit; idque videatur inferre ex dicta occultorum manifestatione & cordis cognitione Deo propria, Hierem. 7. ¶. 10., Psal. 7. ¶. 10., Psal. 43. ¶. 22.: & indicat Christus, ipsius, teste Cyril., fidem laudans ¶. 50., *Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis.* Et quid aliàs singulare dixisset, si, ut tamen putant Chryf., Theophyl., Euthym., tan-

IN CAP. I. J
 credidisset Christum
 Dei adoptivum. Id e
 tanta vivacitate, pe
 ctione, cum qua Pet
 Tu es Rex Isra
 vilius, Ammon.
 ¶. Dicit ei... vidi
 Dei ascendens
 hominis; id est
 horum alicujus R
 in orto Ghetsema
 sed nec tres quid
 taxat Angelum
 in resurrectione
 apparuerunt: se
 ¶. vel, cum
 tem prohibet cinet
 quam certissimo
 corbi probaturus
 & proin verbum
 ut restringat
 Petrum, Au
 quomodo illi o
 prudenter cred
 de publicis m
 timonio Joan
 Christus, Verita
 um?
 Chronotaxis pro
 1. Januar. bap
 finitum 15. F
 13. & cap. 4
 Februarii,
 nam legatis,
 1. Februarii
 ¶. Alter à die
 1. & duo ill

tum credidisset Christum virum justum seu Filium Dei adoptivum. Id tamen cognoverit non cum tanta vivacitate, penetratione, firmitate, perfectione, cum qua Petrus, Matt. 16., est professus. *Tu es Rex Israël*, ille specialiter Israëlī promissus, Ammon.

ŷ. 51. *Dicit ei.... videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis*; id est (metaphoricâ similitudine ministrorum alicujus Regis) ei subservientes: non in horto Ghetsemani, quia Nathanaël ibi non fuit; sed nec tres quidem Apostoli unicum illum dumtaxat Angelum viderunt, cum dormirent: non in resurrectione, quia solis mulieribus Angeli apparuerunt: sed in ascensione; Chryf., Euthym.: vel, cum Maldonato, in die judicii, ad quem prodibit cinctus Angelis, hoc suo adventu tamquam certissimo argumento divinitatem suam toti orbi probaturus, ut ipse asserit Matt. 26. ŷ. 64. & proin verbum *videbitis* generalius sonat, quam ut restringatur ad Nathanaëlem, Philippum, Petrum, Andream, aut solos Apostolos. At, quomodò illi omnes, ante miracula, tam citò prudenter crediderunt? R. Præter dicta, etiam de publicis miraculis in Baptismo Christi ex testimonio Joannis: *magnes trahit ferrum; & Christus, Veritas, Deus non trahat corda hominum?*

Chronotaxis pro his & sequenti Cap. Christus sextâ Januar. baptizatus postridie inchoavit jejunium, finitum 15. Februar., secundum dicta Mat. 3. ŷ. 13. & cap. 4. ŷ. 1. & 2. In fine, puta penultimâ, Februarii, testatur Joannes de Christo Judæorum legatis, à ŷ. 19. *Alterâ die*, postridie, ultimâ Februarii, monstravit, *Ecce Agnus Dei*, ŷ. 29., *Alterâ die iterum*, primâ Martii, rursus: quando & duo illi discipuli secuti sunt Jesum, à

§. 35. Quâ ipsâ die (vocato etiam per Andream
 Petro fratre suo §. 41. & 42.) *in crastinum vo-*
luit ire in Galileam, §. 43.; adedque secundâ
 Martii discessit itinere quinque dierum in Canam
 Galilææ, utpote juxtâ tabulam Tirini distantem
 circiter 37. leucis à Bethania sive Bethabara, de
 qua §. 28. Philippi autem, quasi fortuitò inventi
 à Christo vocationem §. 43., in via contigisse, te-
 net Epiph. hæresi 51., nempe primo die itine-
 ris, significato per istud *crastinum*: idem simi-
 liter dic de vocatione Nathanaëlis per Philippum
 §. 45., intellige secundâ die itineris, sive 3. Mar-
 tii. Si verò ob tantam locorum dictam distan-
 tiam, opus fuerit plurium, e. g. sex dierum iti-
 nere; tum dico, Joannem antepenultimâ Februa-
 rii de Christo testatum fuisse legatis Judæorum:
 penultimâ Februarii monstrâsse; *ecce Agnus Dei*:
 ultimâ Februarii rursus, quâ ipsâ die *in crasti-*
num voluit ire in Galileam: adedque primâ
 Martii eò discessisse: & vocationem Nathanaë-
 lis per Philippum pone 3. die itineris, sive 3. Martii.

CAPUT II.

*Nuptiæ in Cana Galilææ. Ejectio negotiatorum
 è Templo.*

VERS. I. *Et TERTIA die*, nimirum post diem
 vocationis Nathanaëlis; hoc enim ultimum
 est tempus à Joan. ibi nominatum, quo etiam
 respicit particula conjunctiva *Et*, ut notat Ru-
 pert. *Nuptiæ factæ sunt*, puta proin sextâ Mar-
 tii. Objicies: Ecclesia sextâ Januar. celebrat me-
 moriam adorationis Magorum, Baptismi Chri-
 sti, & harum nuptiarum: addit Epiph. (qui con-
 tra communem opinatur Christum baptizatum
 fuisse 8. Novemb. & indè 60. die, seu 6. Januar.

etas esse has nuptias
 Egyptiorum (quæ ap-
 tum fontes & duras
 converti. R. Miracu-
 lisse fieri, qui m-
 tunc celebrat Eccl-
 eam illâ die factâ
 quibus Christus
 de conjugere; no-
 tionem Magorum
 Christi, in quo
 conversionis ac-
 duo priora contig-
 6. Martii. Quod
 die vinum ex a-
 est, ac si diceret
 annis publicè re-
 127. de temp.,
 illi, inquit à Lo-
 plerisque locis
 "è sicco fonte
 "aqua exundat
 "ipsam insinuan-
 "Christus; sed
 "tima in Eccl-
 "Nuptiæ factæ
 "in tribu Zabu-
 "locis Hebr.; ad-
 "seph. 19. antiq-
 " & Sidoniorum
 "sitâ in Galilæ-
 "cola fuit mu-
 "Quæritur, an
 "gelista: affir-
 "cam à Lap. &
 "quod sciam,
 "2. Quia Joan-

factas esse has nuptias) undecimâ mensis Tybi Ægyptiorum (quæ apud nos est 6. Januar.) quosdam fontes & fluvios solitos miraculosè in vinum converti. R. Miraculum hoc, si verum est, potuisse fieri, quia memoriam illatum nuptiarum tunc celebrat Ecclesia, non tamen præcisè tantquam illâ die factarum: sed voluit tria miracula, quibus Christus sese mundo patefecit, eodem die conjungere; nempe 1. adventum & adorationem Magorum, duce stellâ; 2. Baptismum Christi, in quo aperto Cælo vox Patris audita; 3. conversionis aquæ in vinum in Cana: quorum duo priora contigerunt 6. Januar., tertium verò 6. Martii. Quod ergo illo die canit Ecclesia: *hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias*, idem est, ac si diceret: hodie ejus rei memoria quotannis publicè recolitur; ità Baron., Aug. serm. 127. de temp., S. Maximus serm. de Epiphan. & alii, inquit à Lap., addens "simili modo olim in plerisque locis Occidentis, Paschali tempore, è sicco fonte lapideo, copiosè ad Baptismi usum aquæ exundare consueverunt, non quidem ad ipsam insinuandam diem, quâ baptizatus est Christus; sed quia tunc temporis solemne Baptisma in Ecclesia peragi consuevit.,,

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, inferioris in tribu Zabulon, prope Nazareth, Hieron. in locis Hebr.; ad distinctionem Canæ Phœnicæ, Joseph. 19. antiq. cap. 28., quæ dicebatur *Major*, & *Sidoniorum*, quia non procul aberat Sidone, sitâ in Galilæa superiore tribûs Aser; cujus incola fuit mulier illa Chananæa, Matt. 15. v. 22. Quæritur, an hîc sponsus fuerit Joannes Evangelista: affirmat Rupert. & Beda. R. Negativè cum à Lap. & Maldon. 1. *Quia nullus veterum, quod sciam, id ità esse testatur*, inquit Estius. 2. *Quia Joannes fuit, non ex Cana Galilææ, sed*

474 IN CAP. II. JOANNIS.

ex Bethsaida; sponsi autem est traducere sponsam in domum suam nuptialem, non è converso. 3. Christus venit ad nuptias, etiam ut illis benediceret secundum Concil. Ephesin., Cyril., Euthym., Ammon.; ergo non voluerit illas consummatas dissolvere. Uxorem propter Evangelium dimittere, postea consuluit. 4. Non fuisset ratio non consummandi matrimonium; quia Joannes non immediatè ab hisce nuptiis, sed postea Matt. 4. vocatus fuit à Christo; quod esset contra PP., Ignat., Tertullian. lib. de monogamia, Hieron. lib. 1. contra Jovian., Epiphan., Joannem semper virginem prædicantes; scribente etiam Aug. tract. ultimo in Joan. : *Sunt, qui senserint, & ii quidem non contemptibiles sacri eloqui tractatores, à Christo Joannem Apostolum propterea plùs amatum, quòd NEQUE UXOREM DUXERIT, & ab ineunte pueritia castissimè vixerit.* Quarè, quod August. præfatione in Joan. ait : *Joannem Dominus de fluctivaga nuptiarum tempestate vocavit* : intellige, nuptiarum non initarum, sed ineundarum, seu quas more gentis, illiusque ætatis inivisset, nî juvenem ad se vocasset Christus. Simili sensu intellige S. Thom. 2. 2. q. 186. a. 4. ad 1.; *Joannem volentem nubere à nuptiis revocavit.* Nec plùs vult Hieron. cit., qui & c. 14. habet : *Petrus Apostolus est, & Joannes Apostolus; maritus, nempe Petrus, & virgo, nempe Joannes, ut liquet ex textu.* Nostri sunt etiam Chrysost., Origen., Albert. M. apud Salmeron. tom. 6. tract. 6.

Putat Nicephor. lib. 8. histor. cap. 30., sponsum hìc fuisse Simonem Cananæum Apostolum. Sponsam S. Antonin. 3. parte tit. 21. censet Magdalenam; verùm hæc dives erat; hos sponso tenuiores fuisse monstrat deficiens vinum. Verosimiliter sponsus vel sponsa in his nuptiis

IN CAP. II.
 ex cognatione B. V.
 fuerit, tamquam
 1. 2. vocatus est & J.
 sponsi ejus, qui crant
 populo cap. 1. 7-37
 mel. At, quom
 37. leucis distante
 scri aliquid potuit
 ens adicit s? R. C.
 in Matri significat
 in ibi baptizantem
 cationis, ac facie
 tari potuerit unã
 in tum haberet
 er, secundum C
 tres ejus, seu pa
 de quibus Matt.
 nor, Joseph, Sin
 rum his omnibu
 descendisse Capha
 miraculo Jacobum
 rem factos discip
 beret, nullam h
 Christi, fieri men
 nefi. 78. conjo
 Christi prædicatio
 7. 4. Quid mi
 ad te vini per
 tym. Vel, quid
 negotio patrandi
 nate sponforu
 mens, discre
 modò insinuan
 lem. 16. in P
 teba, Ruper
 is, quibus ind
 ut Deus, v

fuit ex cognatione B. Virginis, ratione cujus ipsa
 ibi fuerit, *tamquam familiaris*, inquit Euthym.,
 & *ψ. 2.*, *vocatus est & Jesus*, &, concomitanter,
discipuli ejus, qui erant Andreas, cum illo alio
 discipulo cap. I. *ψ. 37.*, Petrus, Philippus, Na-
 thanaël. At, quomodo in Cana Galilææ, circi-
 ter 37. leucis distante à Bethania sive Bethabara,
 resciri aliquid potuit de dictis discipulis nunc
 recens adscitis? R. Christum in discessu è Na-
 zareth Matri significasse, ire se ad amicum Joan-
 nem ibi baptizantem, & instare tempus suæ præ-
 dicationis, ac faciendi discipulos: ut proin in-
 vitari potuerit unà cum discipulis, si quos fortè
 jam tum haberet & adducendos judicaret. Insu-
 per, secundum Chrysostr., nuptiis interfuere & fra-
 tres ejus, seu patruales, filii Cleophæ ex Maria,
 de quibus Matt. 13. *ψ. 55.*, nempe Jacobus Mi-
 nor, Joseph, Simon & Judas: quia generatim
 cum his omnibus *ψ. 12.*, Christus dicitur hinc
 descendisse Capharnaum. Autumat Chrysostr., hoc
 miraculo Jacobum Minorem & Judam ejus fra-
 trem factos discipulos Christi. Nota, cum antea
 soleret, nullam hinc, neque post duodecennium
 Christi, fieri mentionem Josephi; unde Epiphani-
 hæresi. 78. conjicit, eum fuisse mortuum ante
 Christi prædicationem; de quo & Lucæ 2. *ψ. 51.*

ψ. 4. *Quid mihi & tibi est mulier?* Quid ad me
 vel ad te vini penuria? Justin. quæst. 136., Eu-
 thym. Vel, quid mihi tecum commune est in hoc
 negotio patrandi miraculum; quod B.V. ex cha-
 ritate sponsum verecundiæ consultura, com-
 patiens, discretè, confidenter, modestè, solum-
 modò insinuando, poscebat, Cyril., Ambros.,
 serm. 16. in Psal. 118., Bernard. serm. in hæc
 verba, Rupert. Indicat igitur hoc esse unum ex
 iis, quibus independentè ab autoritate parentum,
 & ut Deus, vacare velit, Origen. in Græca ca-

tena, Gregor. epist. 42., Aug., Beda, Euthym: ac simul ut in eis ad futurum miraculum attentionem excitaret. Adedque (ut tamen vult Chryf., Theophyl., Euthym.) non est hæc objurgatio matris, neque repulsa, Bernard., Justin. cit., S. Thomas. 3. p. q. 27. a. 4. Videtur autem Dei para mensæ ministrasse, vel curam aliquam habuisse eorum, quæ ministranda erant, & sic defectum vini observasse, S. Bonavent. Vox *Mulier* sexum significat, non corruptionem, Hieron. hic, & lib. contra Helvidium, Tertull. lib. de veland. Virgin., Epiph. hæresi 51.; sicut Genes. 2. v. 22., Heva virgo formata, *mulier* appellatur. *Nondum venit hora mea*, seu tempus ad petatum miraculum faciendum; nondum est tempus, quod brevè aderit, miraculo opportunum, quia vini defectus nondum satis innotescit, Aug. serm. 41. de temp., Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.

v. 5. *Quodcumque dixerit vobis, facite. Non mandaret mater, nisi Spiritu S. plena faciendi à Christo vini ex aqua universum ordinem prævidisset*, inquit S. Gaudentius Brixian. in hæc verba; simile habet Eucher. & Beda. Et apparet Mariam ex responso Christi intellexisse eum non significasse nolle se facere miraculum, sed potius facturum esse, ut Chryf., Cyril., Theophilact., Euthym. observarunt.

v. 6. *Lapideæ Hydriæ sex positæ secundum purificationem judæorum*, id est, consuetudinem lotionis seu purificationis Judæis usutatam ex traditione Phariseorum, de qua Matt. 15. & Marc. 7. *capientes singulæ metretas binas vel ternas*, id est, ut Aug., aliquæ binas, aliquæ ternas. *Metreta* est certa mensura, à Græco *μετρητήν*, *metior*, quæ aliter batus vel ephi dicitur, continens, secundum Dioscor. lib. 5., congios 10.; vel 12., juxta Epi-

lib. de pondero &
libra 12. unciarum
calculum interpretum
minus integrum vi
stratum poculorum
ingris & Parisiis
illis Canonis, ut
ores. De his à Lap-
e mensuris. Mutavi
rum rubrum, ita
na rubescunt hya
abri usus est; in
quia Dei perfe
culosa, Chryso
ut largè sufficien
nuptialibus.
v. 8. *Haurite*
taculum appareat
pocula usualia,
magis sobrio, &
tam miraculi co
dians, est triclina
Theophyl. Modis
no interpretes
v. 10. *Et cæc*
bilarati, uti
Christus ebris v
ministrasset
eguentis, qu
consultisset,
varum vilit
nam omne sap
v. 11. *Hoc*
et auspicator
pulis; prout
tento, nempe
rediderunt i

phan. lib. de ponderib. & mensur. Congius est decem libræ 12. unciarum Juxta Tirin.: cùm ergo ad calculum interpretum continuerint sex hydriæ ad minus integrum vini dolium Gallicum 180. nostratum poculorum; sequitur, hydrias, quæ Tungris & Parisiis spectari dicuntur, non esse ex sex illis Cananæis, utpote longè minores, & leviores. De his à Lap. hîc, & Tirin. in prolegom. de mensuris. Mutavit autem Christus aquam in vinum rubrum, ita Nonnus; canente Ecclesiâ, *aquæ rubescunt hydriæ*; & quia in Palæstina vini rubri usus est; in præstans, ut patet ex ψ . 10., & quia Dei perfecta sunt opera, præsertim miraculosa, Chrysof.; idque in tanta quantitate, ut largè sufficeret etiam pro sequentibus diebus nuptialibus.

ψ . 8. *Haurite nunc*, statim, ut evidentiùs miraculum appareat, ex magnis hydriis in minora pocula usualia, & *ferte Architricino*, tamquam magis sobrio, & vini saporum perito, ad majorem miraculi celebrationem; Chryf. *Architrclinus*, est triclinii & mensarum præfectus, Chryf., Theophyl. *Modimperatorem* Varro appellat, de quo interpretes Eccli. 32. à ψ . 1.

ψ . 10. *Et cùm inebriati fuerint* (intellige hîc, *exhilarati*, uti est Genes. 43. ψ . 34.; nec enim Christus ebriis vinum majoris ebrietatis materiam subministrasset) verba sunt mirantis, & sponsum arguentis, quasi mensæ suæ honori non sat consulisset, qui integro & sincero palato convivarum vilis, corrupto seu infecto, dum vinum omne sapit, tam præstans apponeret.

ψ . 11. *Hoc fecit initium signorum Jesus*; scilicet auspicatorum prædicationem, & coram Discipulis; prout habetur ex patrati miraculi fine intento, nempe, & *manifestavit gloriam suam*, & *crediderunt in eum* DISCIPULI ejus, id est, con-

firmati sunt in fide Messiae, juxta Orig., Theophyl., Juvenum; cum vocentur *Discipuli*: item, quod tunc aliqui primum credentes facti sint discipuli ejus; de quo ad finem ψ . 1.

ψ . 13. *Propè erat Pascha*, primi anni prædicationis Christi. Sequitur prima mercatorum è templo expulsio: secunda ante Pascha quartum, seu quarti anni, quo passus est Christus, explicatur Matt. 21.

ψ . 19. *Solvite templum hoc*, corporis mei, ut patet ex ψ . 21.; prædicentis hoc est ac permittentis, non jubentis, Euthym.: *& in tribus diebus excitabo illud*. Insinuat Christus multorum signorum instar resurrectionis futuram mysterium (ut aliàs, Matt. 12. ψ . 39., Joan. 8. ψ . 28.) seque proin, tamquam Deum, sicut corporis, ita templi Dominum in ejectione mercatorum.

ψ . 20. *Quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc*; non primum à Salomone annis 7. absolutum, 3. Reg. 6. ψ . 1. & 38.; & quia tunc amplius non existens dissolvi non poterat, nec demonstrari per pronomen *hoc*; sed illud, quod tunc erat, de quo Christum loqui, iridentes Judæi falsò arbitrabantur. Itaque secundum sub Zorobabele intelligunt Hier. in c. 1. Zachar., Chryf., Theophyl., Euthym., Beda, Eucher. q. 1. in Joan., Euseb. lib. 8. demonstr. Evangelic., apud Hieron. in c. 9. Daniël. Hujus sententiæ patroni ita ferè numerant, inquit à Lap., nempe à data facultate ædificandi 1. Esdræ 1., in anno primo Cyri Regis Persarum, qui, teste Euseb. in Chron. & Hieron. in c. 1. Zachar., regnum tenuit 30. annis; tum filius Cambyfes novem, contra Joseph. 11. antiq. c. 3.; dein hujus duo fratres Magi mensibus 7., qui pro anno habentur; denique Darius filius Histaspis, cujus anno 6. consummatum fuit templum, 1. Esdræ 6. ψ . 15.; ubi invenies

IN CAP. I.
 46. Dices 1.: b
 ruptum pependit. i.
 dependit ad 1. comp
 tatis & interrupcion
 manitus occurrentib
 ut dicitur in sente
 Alii, cum à Lap.
 Baron. ad Christi
 ma templi ædificati
 anno 18. post
 qui sui anno 21.
 presentem annu
 bes annos 46. J
 icit, templum
 tam dimidio; f
 partes. Censenda
 20. c. 8., aliquot
 appendicibus ejus
 viorandis asque
 ram autorum int
 vificandi templi
 qui sui, sed i
 archia, quam ter
 que Arias, Fran
 os loqui de ter
 ni; quod unum
 nem enim non
 tum vetus ornã
 ut, ut altius
 egesippo prob
 quat. 4. Si qu
 nis, non vit
 u. Verùm,
 tempore ædific
 iquerit, nih
 pondens?
 ψ . 24. Jesus

annos 46. Dices 1. : hoc opus multos annos interruptum pependit. 2. : non ampliùs extabat. Respondent ad 1. computari tempus concessæ facultatis & interruptionis, ut fit in re & casibus humanitus occurrentibus tanti moliminis. Ad 2. sicut dicetur in sententia quarta.

Alii, cum à Lap., Tirin. in Chron. c. 37. & 45., Baron. ad Christi an. 31., autumant agi de tertia templi ædificatione ab Herode Afcalonita cœpta anno 18., post captam à se Hierosolymam, Regni sui anno 21., Juliano 27., à quo usque ad præsentem annum 15. Tiberii, 73. Julianum, habes annos 46. Joseph. quidem 15. antiq. c. 14. dicit, templum ab Herode confectum annis 8. cum dimidio; sed intelligunt quoad primarias partes. Censenda autem sunt, ut ipse habet lib. 20. c. 8., aliquot millia hominum ad laborâsse in appendicibus ejus aliisque partibus extruendis vel adornandis usque ad dictum annum Tiberii. Horum autorum inter alias ratio est, quòd Cyrus ædificandi templi potestatem fecerit, non anno 1. regni sui, sed 27., qui fuerit primus ejus Monarchiæ, quam tenuerit annis tantùm tribus. Denique Arias, Franc. Lucas, Sanchez putant, Judæos loqui de templo Zorobabelis & Herodis simul; quod unum idemque moraliter fuerit; Herodem enim non tam novum extruxisse templum, quàm vetus ornâsse, partes ejus deponendo dumtaxat, ut altiùs & augustiùs erigeret; proût ex Hegesippo probat Vilalpandus lib. 5. de templo disput. 4. Si quid in hac sententia abundat temporis, non vitiat; in majori enim continetur minus. Verùm, quid tum, etsi Judæi errâssent in tempore ædificationis, in quo errore Christus eos reliquerit, nihil ad istam objectionem indignis respondens?

¶ 24. *Jesus non credebat semetipsum eis, etiam si*

credentibus, Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Aug., Beda, Rupertus, & patet ex contextu. *Non credebat eis*, saltem (ob dicenda de discipulis Baptistis cap. 3. v. 22. in fine) multis ex eis, id est, non confidebat personam suam, nec secretiora doctrinæ mysteria; quia nimis infirmos & inconstantes sciebat, & facile permovendos à Pharisæis, ut eum ante tempus Prodere ac tradere vellent, iidem ferè PP. hinc Christi corda hominum pernoscentis Divinitatem probant, Chryf., Aug., Cyril.

CAPUT III.

Colloquium cum Nicodemo. Novum de Christo jam Baptizante Joannis Testimonium.

V Erf. 2. *Venit ad Jesum nocte*, propter metum Judæorum sui ordinis, Cyril. *Et dixit ei: Rabbi scimus quia à Deo venisti Magister; nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Innuit se, tamquàm Christi discipulum, cupere edoceri viam ad Regnum Cælorum, quod prædicabat, eumque, juxta Chryfost. & Theophyl., quamvis adhuc imperfectè, credere Deum vel Messiam.

v. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S.* Cùm Nicodemus Christi v. 3. responsionem crassè & carnaliter v. 4. intelligeret, explicat hic Christus, quid sit illud denuò nasci, seu renasci per spiritualem scilicèt generationem, hanc per sua principia describens: est enim aqua Baptismatis illius velut principium materiale morale; Spiritus S. verò principium activum physicum; quibus tamquàm terminus productus respondet novus homo spiritualis, Dei per gratiam filius adoptivus, juxta illud v. 6., *quod natum est ex Spiritu*

Spiritu, Spiritus est; sicut, quod natum est ex carne, caro est, sive homo vetus & carnalis, Theophylact. Ex hoc loco cum communi PP. docet Tridentinum Sessione 6. cap. 4., quod post promulgatum Evangelium sine lavacro regenerationis, vel serio ejus voto, non possit fieri justificatio: & Sess. 7. can. 5. de Baptismo: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem anathema sit: contra Calvinum negantem, hoc loco agi de Baptismo, & Calvinistas volentes, infantes fidelium etiam sine Baptismo salvari per fidem parentum: contra quos, ad illud 1. ad Cor. 7. v. 14., Nunc autem sancti sunt, filii vestri: R. cum Tertul., Hieron. epist. 153. ad Paulin., Aug. lib. 2. de peccat. merit. cap. 26., Ambros., Anselmo, Apostolum non agere de supernaturali & propriè dicta sanctitate (nisi fortè quatenus spes est, fore ut curâ fidelis parentis baptizentur & sancti fiant) sed de sanctitate impropria, seu munditiè legali & civili, ne immundi sive illegitimi filii habeantur; quali sanctitate hìc etiam dicit virum infidelem sanctificari per mulierem fidelem; quod certum est, etiam Calvini & Bezæ confessione, non posse de propriè dicta sanctitate exponi.

v. 8. Spiritus ubi vult spirat. Hoc de Spiritu S. intelligunt Origen., Ammon., Apollinar. in Græca catena, Nazianz. orat. de Spiritu S., Ambros. lib. 3. de Spiritu S. cap. 11., Greg. M. lib. 17. in Job. cap. 16., Bernard. serm. 74. in Cantic., Aug. hìc, aliique. Et vocem ejus audis, in prædicatione, ut Origen., Aug., Beda, Rupert.; vel, ut vult Ammon., in interiori sensu ejus efficacix & effectûs: ita ut, sic est omnis, qui natus est ex Spiritu, sit confirmatio vel clausula prioris. At Cyril., Chrysoft., Theophyl., Euthym., magis, ut videtur, litteraliter, ita ex-

plicant per comparativam similitudinem : sicut *Spiritus*, id est, ventus (qui est symbolum Spiritus S. Actor. 2., ubi per speciem venti validè descendit in Apostolos) *ubi vult*, id est, ubi vel quòcumque est impetus naturalis, *spirat* : & *vocem ejus audis*, ut summum percipis generalem effectum aliquem illius, vel signum, puta *vocem seu stridorem* : sed nescis, unde veniat, aut quò vadat, id est, non tamen vides, quæ sit ejus origo, vel ubi desinat ; & præcisum terminum seu ortus seu occasus, & particulares ejus effectus ignoras : sic est *omnis*, qui natus est ex *Spiritu* ; id est, pari modo in hac spirituali generatione Baptismi solùm vides signum externum aquæ, & audis sonum verborum formæ, & tamen Spiritus S., qui est principium illius, & beatitudo animæ, quæ est finis, non videntur ; nec potes sensu vel naturali ratione percipere, quæ qualifve sit origo ejus vel terminus, effectus, operatio in anima.

¶ 10. *Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?* Non insultare ei volens, sed ad humilitatis illuminationem provocans hoc dicit Christus ; Aug., Beda.

¶ 11. *Quod scimus loquimur, &c.* in plurali, auctoritatis causâ, Theophylact., scribente etiam Cyril., omisâ exquisitiore investigandi diligentia, simpliciori fide, quod intelligere non poterat, recipiendum esse consulit, auctoritate suâ contradicendi iter illi obstruens ; vel etiam cum Chryf., Cyril. ; Euthym., Rupert., se non solum, sed unâ cum Patre testari significat. Sicque sequitur : *& testimonium NOSTRUM non accipitis.*

¶ 12. *Si terrena dixi vobis, minora, ô Judæi, ac Nicodeme, Cyril., Rupert., ut, de dissolutione templi, Aug., Beda ; de regeneratione filiorum Dei per analogiam generationis naturalis & venti, aliaque humiliora & intelligibilia, quæ vos docui ; quomodo si dixerò vo-*

IN CAP. III.
vestra, altiori & c.
estimationem meam inc
Chryf., Theop
13. Et nemo, homin
liconat., ascendit in
scendit divina, n
homini, qui est in
divinam naturam e
ut tamen ibidem ma
et Cyril. in Conc.
in verbum exinan
atus fuit, manen
us, fit, ut tamq
sideratus, è calo
rendisse, propte
tm, vel etiam, q
anti beata Deum
se totum nomi
minem, quem
ryf., Euthym.,
Christus, q
quæm Deo, debe
, Euthym. M
us Christi non
per Virginem
manalem : eten
B.V. etiam in
de. ? Item Or
illis & reliqu
in celo cre
zatem Christi
humanitas
curabiliter & in
est persona Ve
humanitas Christi
ergo & hun
localiter &

bis cœlestia, altiora & citra terrenas similitudines, generationem meam increatam, &c., *credetis?* Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.

¶ 13. *Et nemo*, hominum hæctenus, secundùm Maldonat., *ascendit in cœlum*, ubi infallibili scientiâ hauserit divina, *nisi*, *qui descendit de cœlo*; *filius hominis*, *qui est in cœlo*; id est, qui ita secundùm divinam naturam carnem assumendo descendit, ut tamen ibidem manserit in sinu Patris, S. Th. hic: & Cyril. in Conc. Ephesino; *quia Deus semetipsum verbum exinanivit*, *ac filius hominis appellatus fuit*, *manens interim*, *quod erat*, *hoc est*, *Deus*, *fit*, *ut tamquàm unus cum propria carne consideratus*, *è cœlo descendisse dicatur*; itemque ascendisse, propter communicationem idioma- tum, vel etiam, quia anima Christi à primo instanti beata Deum vidit. Ex infirmiori autem natura se totum nominavit, ut ostenderet, illum hominem, quem videbant, esse Deum, juxta Chryf., Euthym., Ammon. Rationem hinc insinuat Christus, quarè etiam cœlestia dicenti, tamquàm Deo, deberent credere, Chryf., Theophyl., Euthym. Malè hinc infert Valentinus, Corpus Christi non ex virgine, sed de cœlo allatum per Virginem transiisse, sicut aqua transit per canalem: etenim estne canalis mater aquæ; sicut B. V. etiam in Scripturis, dicitur Mater Christi, &c. ? Item Origenes, animam Christi cum Angelis & reliquis hominum animabus initio mundi in cœlo creatam: item Ubiquistæ, humanitatem Christi esse ubique, hoc nixi Sophismate: humanitas Christi & persona Verbi sunt inseparabiliter & indistanter inter se unitæ: ergo, ubi est persona Verbi, ibi est unio hypostatica & humanitas Christi: atqui persona Verbi est ubique: ergo & humanitas Christi est ubique, saltem illocaliter & invisibiliter: & alioquì Ver-

bum alicubi esset homo, & alicubi non esset homo. Sed non magis sequitur, quam hoc: anima & caput Christi vel Petri sunt inseparabiliter & indistanter unita: ergo ubi est anima Christi vel Petri, ibi est ejus caput: atqui anima Christi vel Petri, utpote tota in toto, & tota in singulis partibus, est in pedibus Christi vel Petri: ergo Caput est in pedibus, saltem illocaliter & invisibiliter: ergo unum Caput quisque homo habet visibile, plurima invisibilia, scilicet in singulis partibus, ubi est anima. Dicendum itaque, unionem duarum rerum inseparabilium & indistantium non requirere, ut ubicumque est una, ibi sit altera; sed solum, ut alicubi sint simul & non distent: si enim nullibi essent simul, jam essent separatae & distantes. Vera est hæc propositio; Verbum alicubi est sine humanitate, nempe extra cælum & Eucharistiam: falsa hæc; Verbum alicubi existens non est homo. Numquid Christus secundum substantiam sui Corporis, etiam post resurrectionem, mutavit locum, veniet ad judicium, Marci 16. dicitur, *non est hic; &c.* Vide Becanum in manuali lib. 2. cap. 1.

¶ 14. & 15. *Et sicut Moyses exaltavit Serpentem in deserto*, Num. cap. 21., ad cujus aspectum populus ab ignitorum Serpentium morsibus sanabatur; ita exaltari oportet Filium hominis, in cruce, Aug. de peccat. merit. lib. 1. cap. 32., Chrysost., *ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Contra hæreticos solum hæc fidem prædicantes videri potest Maldonat. & apud nos Mat. cap. 9. ¶ 2., cap. 10. ¶ 41., cap. 20. ¶ 1., cap. 25. à ¶ 14. & à ¶ 35., Lucæ 6. ¶ 26., Joan. 3. ¶ 18.

¶ 17. *Non enim misit Deus filium suum in mundum, per Incarnationem, ut judicet mundum, judicio condemnationis; sed ut salvetur mundus per*

IN CAP. III
 totus, qui erit
 1. cap. 2., Augu
 18. Qui credit in
 damnationis, Chry
 it, fide que per
 Apost. ad Gal.
 expressa est, Man
 non Deum tuum. L
 peccata multa,
 Timoth. 1. ¶ 1
 Corinth. 13. ¶
 ita ut moner
 non habuero, n
 manent fides,
 OR autem horum
 fidetis, quoniam
 non ex fide TAN
 argumentum Har
 (ut ipsi falsò
 operibus esse no
 var: quæ h
 bonaque opera,
 prout & ip
 bonisque operib
 præceptam t
 Charitatis, ac
 missionem homin
 tionem salvan
 lectum. Vide
 cap. 25. ¶ 3
 credit, in eur
 tionis, nen
 damnatio, u
 radice, Ch
 non credit
 geniti Filii De
 Deum, no

ipsum, totus, qui erat totus dignus damnari, Joan. Epist. 1. cap. 2., August.

¶ 18. *Qui credit in eum, non judicatur, judicio damnationis, Chryf., Theophyl., Euthym. Qui credit, fide quæ per Charitatem operatur, ut loquitur Apost. ad Gal. 5. ¶. 6., & passim in Scripturis expressa est, Matt. 22. ¶. 37., diliges Dominum Deum tuum. Luc. 7. ¶. 47., Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. 1. ad Timoth. 1. ¶. 14., cum fide & dilectione. 1. ad Corinth. 13. ¶. 2., si habuero OMNEM FIDEM, ita ut montes transferam, Charitatem autem non habuero, nihil sum. Et ¶. 13., nunc autem manent fides, Spes, Charitas, tria hæc; MAJOR autem horum est Charitas. Jacobi 2. ¶. 24., Videtis, quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide TANTUM. Sanè non plus valet hoc argumentum Hæreticorum: qui habet fidem, quæ (ut ipsi falsò putant) sine Charitate bonifque operibus esse non potest, salvatur; ergo solâ fide salvatur: quàm hoc inversum; qui habet charitatem bonaque opera, quæ sine fide esse non possunt, salvatur (proût & ipsi admittunt) ergo solâ Charitate bonifque operibus salvatur. Cæterùm, sicut datur præceptum fidei, ita & distincta præcepta Spei, Charitatis, ac bonorum operum, ob quorum omissionem homines leguntur damnari, & observationem salvari, non ob solam fidem, ejusve defectum. Vide Maldonat. hic in ¶. 15., item Mat. cap. 25. ¶. 35., & Luc. 6. ¶. 36. Qui autem non credit, in eum, jam judicatus est, judicio condemnationis, nempe in causa, seu certissima est ejus damnatio, utpote carentis fide, ipsâ salutis primâ radice, Chryf., Theophylact., Euthym. Quia non credit in nomine (Græcè, in nomen) unigeniti Filii Dei, quem seipsum signat hominem Deum, non filium adoptivum; quia sic*

Deus haberet plures genitos filios; adeòque ipse non esset *Unigenitus*.

¶ 19. *Hoc est autem iudicium*; hæc est causa seu materia iudicii condemnatorii, Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym. *Quia lux venit in mundum*, Christus, ut omnes illuminaret; & dilexerunt homines magis tenebras errorum, ignorantia, infidelitatis, peccatorum, quàm lucem, vel agnitam rejiciendo, vel, cùm possent ad ejus agnitionem venire, negligendo: *erant enim illorum mala opera*; unde (sicut universim omnis, qui malè agit, odit lucem) hi odio habent lucem Christi & veræ fidei, quâ arguuntur opera eorum, quibus perditè fixi inhærent, ut sequitur ¶ 20. *Eos notat, qui semper in malitia perseverant*, inquit Chryf. & Cyril., *refusat omnis, qui malè agit, lucis illuminationem. Quia ignorare meliora mavult, ne conscientia stimulis quotidie peccans exagitetur*. Multi sunt hæretici, ut libertatem carnis sequantur: dicente etiam Hieron. super Oseam cap. 8., *rare hæreticus diligit castitatem, sed amare se simulat*. Quare si simili vitam honestam, moresque castos persuaseris, facilè ad veram fidem eum perduces.

¶ 21. *Qui autem facit veritatem*, qui vult verum, rectum, Deo gratum, *venit ad lucem*, doctrinæ ac fidei Christi; quia fit oppositio ad ¶ 19. & 20., & quia sequitur; *ut manifestentur opera ejus, bona, quia in Deo sunt facta*, secundum Deum, ejusque gratiâ: non quòd omnium opera non fuerint mala; sed quòd ii, qui celari illa noluerunt, ad lucem venerunt, nil veriti ea manifestare, accusare, profiteri, atque inde boni facti sunt ac filii lucis, ut notant Aug. & Beda.

¶ 22. *Post hæc venit Jesus, Hierosolymâ, in TERRAM Judæam*, Judææ regionem ad Jordanem, Chryf., Theophyl. (Joanne tunc adhuc baptizante in *Ænon juxta Salim*, ut est ¶ 23.) & illic demorabatur cum discipulis, usque ad re-

IN CAP. II
in Galilæam
de quo cap. 4. ¶ 1.
pro in multis me
miracula (que
fuisse prætermis
regionem Judæ
sed verus Jerusa
nar, oportuisse tra
ris ab Jerusale
Christus, vulgò n
habetur ex cap. 4.
stimate ac tumm
navent., Richar
Doctores, cont
p. 11., Ammo
aptismum Christi
ost resurrectione
ait Euthym.,
Christo esse Baptiz
Antiochena
id asserit de Pe
& Jacobum,
apud Salme
per discipul
dat D. Thom
ado, in facie
secundum C
tionem Baptis
Christi erat
solo confereb
fuerint ex
diximus inte
tumque fuer
¶ 13., & ha
Paschate Jero
& multis ib
ipse Nicoden

ditum in Galilæam circa Decembrem sequentem, de quo cap. 4. ψ . 1. & 3., ac Matt. 4. ψ . 12.; utique proin multis mensibus etiam prædicans & præstans miracula (quæ Tirinus in Chronico c. 49. notat fuisse prætermiffa ab Evangelistis) per dictam regionem Judæam, etiam, non quidem intra, sed versus Jerusalem; cùm Joan. 4. ψ . 4. dicatur, oportuisse transire per Samariam, quæ erat via ab Jerusalem in Galilæam. Et baptizabat, Christus, vulgò nempe, per discipulos suos, ut habetur ex cap. 4. ψ . 2.; non Joannis, sed suo Baptismate ac nomine; ità Aug., Beda, S. Thom., Bonavent., Richard., Scotus, Cajetan., cæteri-que Doctores; contra Tertullian, lib. de Baptismo cap. 11., Ammon., Rupert., qui putârunt, Baptismum Christi non contulisse gratiam, nisi post resurrectionem. Et antiquorum PP. sententia est, ait Euthym., B. Virginem & Petrum ab ipso Christo esse Baptizatos. Evodius S. Petri in Cathedra Antiochena Successor epist. inscripta *lumen*, id asserit de Petro, qui dein Andream, Joannem & Jacobum, & hi cæteros Apostolos baptizârunt, apud Salmeron. tom. 6. tract. 19. Quòd autem per discipulos baptizaret Christus, rationem dat D. Thom. quia in rebus gravioribus, in docendo, in faciendis miraculis erat occupatus; item, secundùm Cyril., Ammon., Aug., ad distinctionem Baptismi sui (qui, à quocumque daretur, Christi erat) à Baptismo Joannis, qui ab hoc solo conferebatur. Porrò Discipuli hic baptizantes, fuerint ex iis aliqui, quos cap. 2. ad finem ψ . 1. diximus interfuisse nuptiis in Cana Galilææ, Christumque fuerint secuti ad propinquum Pascha ψ . 13., & haud dubiè alii, quos dein, ac in isto Paschate Jerosolymis Christus fecit prædicatione & multis ibi patratis miraculis, de quibus agit ipse Nicodemus ψ . 2., & generatim est cap. 4.

ψ. 45. Non verò Petrus & Andreas, Jacobus & Joannes, nec Matthæus; utpote quorum vocatio & stabilis Christi sequela Mat. 4. ψ. 18., & cap. 9. ψ. 9., his est posterior, ut diximus Mat. 4. ψ. 12.

ψ. 25. *Facta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis de purificatione; uter scilicet præstaret, Baptismus Christi, an Joannis; hujus discipulis invidis, & zelantibus honorem magistri, efferentibus Baptismum Joannis; Judæis autem, qui Christo cœperant adhærere, illum Christi, Chryf., Theophyl., Euthym., Aug., Beda. In singulari, cum Judæo, legunt Græca Complutensia; Syrus habet; uni ex discipulis Joannis, cum uno Judæo, quam lectionem sequuntur Nonnus, Chryf., Theophyl., Euthym. Dicitur potest, quòd unus hanc litem suscitaverit, quam deinde plures, ut fieri solet, adauxerint. Porro quæstione ad Joannem delatâ cum invidiosa querela, quòd ipse desereretur, populo ad Christum confluyente, Joannes, nondum incarceratus, ut est ψ. 24., respondit:*

ψ. 27. *Non potest homo (ut homo Joannem intelligunt Aug. & Beda; Chrysof. verò, Theophyl. & Euthym., Christum: quidni de utroque intelligatur indefinita propositio?) accipere quidquam, veræ potestatis, officii, honoris, nisi fuerit ei datum de celo. Insinuat, quòd non possit se Christo præferre; ad cujus confirmationem addit ψ. 28., quòd discipuli ipsi meminisse possint, & testentur à se dictum, quòd non esset ipse Messias; sed hujus dumtaxat præcursor, qui viam illi parare, populumque adducere debuerit; quod confirmat:*

ψ. 29. *Qui habet sponsam, sponsus est, Christus; amicus autem sponsi, Joannes, gaudio gaudet, id est, valdè, tamquam officio rectè functus, cum sponso præsentis & coràm loquenti sponsam tradit. Ex qua similitudine concludit,*

IN CAP. I.
 ...um suum implere
 ...bo five Ecclesia,
 ...ia, ad illum trans
 ψ. 30. *Illum oportet
 ...li, miraculorum
 ...cum miris, con
 ...itate apud homines
 ...le Oriente mirum
 ...l., Euthym.
 ψ. 31. *Qui est de
 ...ms, & de terra
 ...respective ad C
 ...hrysof., Theop
 ...a sua natura su
 ψ. 32. *Et test
 ...nemo, seu per
 ...Chryf.
 ψ. 33. *Qui a
 ...credendo, signat
 ...Christus scilicet
 ...sigillavit, signan
 ...ulare aliquod &
 ...ni missus est ob
 ...aliquin. Item, q
 ...nium Dei in
 ...em facit eum
 ...quod Deus, P
 ...Joan. epist. i. c
 ...Filio à se misso
 ...quitur ψ. 34,
 ψ. 34. *Quen
 ...quitur: non e
 ...tum, Christo,
 ...ti consubstan
 ...inhabitat omni
 ...ad Coloss. cap
 ...suri sapientia
 ...gratia habitua*****

gaudium suum impletum esse, quod populi multitudo sive Ecclesia, tamquam sponsa Christo debita, ad illum transeat.

¶ 30. *Illum oportet crescere, æstimatione populi, miraculorum gloriâ, prædicatione; me autem minui, comparativè, æstimatione & auctoritate apud homines; sicut splendor Luciferi sole Oriente minuitur, Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.*

¶ 31. *Qui est de terra, de terra est, sive terrenus, & de terra loquitur, sicut ego Joannes, 1. respectivè ad Christum, qui super omnes est; Chrysof., Theophyl., Euthym. 2. Quantum est ex sua natura sine dono Dei, Aug., Beda.*

¶ 32. *Et testimonium ejus nemo accipit; quasi nemo, seu perpauca respectu non credentium, Chryf.*

¶ 33. *Qui accepit ejus testimonium, Christi, credendo, signavit, activè, quia Deus verax est, Christus scilicèt, juxta Cyril., contra Arianos; sigillavit, signum posuit in corde suo, quasi singulare aliquod & speciale, hunc esse verum Deum, qui missus est ob salutem humani generis, inquit Alcuin. Item, qui credit in filium, habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium, quod Deus, Pater, testificatus est de filio suo, Joan. epist. 1. cap. 5. ¶ 10. Pater, inquam, de Filio à se misso, & verba Patris loquente, ut sequitur ¶ 34., ad confirmationem dicti.*

¶ 34. *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum, Christo, Aug., Chryf. 1. Quà Verbo Patri consubstantiali, Aug. 2. Quà homini, in quo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, ad Coloss. cap. 2. ¶ 9.; in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, ibid. ¶ 3. Non quòd gratia habitualis, aut scientia creata humanitatis*

Christi sit absolutè & physicè infinita; sed tanta, quantam capere potest humanitas, sic, ut nihil non semper excellentissimè agat ex gratia donisque Spiritûs S. secus ac alii Prophetæ, qui & non semper agebant & loquebantur ex spiritu Dei, sed quandoque ex spiritu proprio. Vide S. Tho. & Scholasticos p. 3. q. 7. a. 11. & 12. & totâ q. 8.

ÿ. 36. *Qui credit in filium, habet vitam æternam*, in radice & spe. Vide dicta hîc ÿ. 18.

CAPUT IV.

Colloquium Christi cum Samaritana. Sanatur filius Reguli.

Vers. 1. *Ut ergo cognovit Jesus, humanitus se gerens vel propriâ observatione, vel, ut Cyril. & Ammon., ex aliorum relatione, quia audierunt Pharisei, invidi, quod Jesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Joannes, antè fecerat; eo jam incarcerato, Aug. 2. de consensu cap. 18.*

ÿ. 3. *Reliquit Judæam, & abiit ITERUM in Galileam, de quo Matt. 4. ÿ. 12. : Iterum; nam prior itus in Galilæam est Joan. cap. 1. ÿ. 43. abiit, Pharizæorum ibi acerbata odia declinaturus: non, quod ea effugere non posset, si vellet, sed humano more agens ad exemplum cedendi iræ inimicorum, & non se temerè exponendi, Chryf., Theophyl.*

ÿ. 5. *Venit in civitatem Samariæ, regionis, in territorium cujusdam civitatis, ut patet ex contextu; quæ dicitur Sichar; antea, Sichem & Sichima; dein Neapolis, teste Hieron. de locis Hebraicis.*

ÿ. 6. *Sedebat sic, prout erat fatigatus, & ut res ferebat, humi, refrigerii & potûs causâ, Chryf.,*

IN CA
Theophylact., E
modo, usque
ut; supra fontem
erant aqua in po
dicitur, Super
Luce 4., Sicut
fuerat quasi sea
nos distributi ad
112. horas, ali
nt, habeturque
Chron. cap. 2.
ÿ. 7. Venit
regionis Samar
ina, quæ in M
Græco 20. M
adscripta cum
cujus caput R
à Lapide.
ÿ. 9. Non e
ni, non utunt
umquam imm
nos habebant,
ant, ut hîc dis
nem translati
derent, diis t
gentiles ritus M
reg. 17., à J
abbata, & p
Moyfis compr
nos non admi
Ambros. in 1
templo post ca
nos potissimur
tez 4.; item,
à Samaritanc
pho. Videntur
nici, hoc Ja

Theophylact., Euthym. Vel etiam, *sic*, id est, eo modo, iisque circumstantiis, quæ hîc narrantur; *supra fontem*, id est, ad, seu juxta fontem, qui erat aqua in puteo scaturiens: prout Psal. 136. dicitur, *super flumina Babylonis, illic sedimus.* Et Lucæ 4., *Stans super illam, imperavit febrî.* Hora erat quasi sexta, meridiana, diei apud Hebræos distributi ab ortu solis usque ad occasum in 12. horas, æstate longiores, hyeme (ût hîc erat, habeturque ex ψ . 35.) breviores; Tirin. in Chron. cap. 2.

ψ . 7. *Venit mulier de Samaria*, non urbis, sed regionis Samaritanæ, ût est ψ . 5., nomine Photina, quæ in Martyrologio Rom. & Menologio Græco 20. Martii Sanctis Martyribus invenitur adscripta cum duobus filiis Josepho & Victore, cujus caput Romæ servatur in Basilica S. Pauli; à Lapide.

ψ . 9. *Non enim cõtuntur Judæi Samaritanis*, non utuntur eadem mensâ, poculo, vase, tamquàm immundo, Aug.: quia pro gentilibus eos habebant, quibuscum non nisi civiliter agebant, ût hîc discipuli ab illis cibos coëmentes: etenim translati in Assyrios, cùm adhuc Deum colerent, diis tamen gentium etiam serviebant, gentiles ritus Mosaicis miscentes, de quibus 4. Reg. 17., à Judæis habebant circumcisionem, Sabbata, & plerasque ceremonias Pentateucho Moyfis comprehensas; alios verò Scripturæ libros non admittebant, Origen. tom. 4. in Joan., Ambros. in 1. ad Cor. 9.; tum quia reædificando templo post captivitatem Babylonicam Samaritanos potissimùm adversarios experti erant, 1. Esdræ 4.; item, quod desertores Legis Mosaicæ ad Samaritanos transfugere solerent, teste Josepho. Videntur igitur, quod modò Catholicis hæretici, hoc Judæis olim fuisse Samaritani, quos

propterea etiam magis, quam gentiles averfabantur: unde velut opprobrium gravissimum Christo objecerunt cap. 8. *ψ.* 48., *Samaritanus es tu.* Mulier Christum Judæum esse colligebat ex dialecto diversa, vel etiam ex fimbriis ejus Hyacinthinis, quæ pendebant in quatuor angulis vestis Judæorum juxta præscriptum Numeror. 15., Ammon., Chryf., Theophyl., Euthym.

ψ. 10. *Si scires donum Dei, Patris, Joan. 3. ψ. 16., dantis mundo filium, qui ego sum, Ammon. Vel etiam, si scires donum Dei, parati dare gratiam Spiritûs S., Aug., Beda, Rupert. Tu forsitan (ut significetur libertas, Maldonat., quod Græcè est ἄν, utique) petisses ab eo, & dedisses tibi aquam vivam, spiritualem doctrinæ, Ammon., Euthym., Theodoret.; ac gratiæ, Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.: Analogias aquæ & gratiæ dat à Lap. hîc. Porrò Mulier, hæc intelligens de aqua corporali rogat, unde daret istam aquam vivam, cùm neque ad hauriendum quidquam haberet, & putens esset profundus, & nullus alius fons esset in vicino; quare & instat:*

ψ. 12. *Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum istum tamquam appendicem prædii juxta Sichar, de quo ψ. 5., & ipse ex eo bibit, & filii ejus, quod signum est bonitatis aquæ, & pecora ejus, quod signum abundantiæ; ita Theophyl.*

ψ. 13. *Qui autem biberit ex aqua, metaphorica, quam ego dabo ei, nisi illam per peccatum mortale evomuerit, præsertim finaliter, non fiet in æternum, nullâ premetur indigentia aut necessitate, i. perfectè in altera vita beata, quæ juxta Boëtium est status omnium bonorum aggregatione perfectus; de qua Psal. 16. ψ. 15., satiabbor, cùm apparuerit gloria tua. Psal. 35. ψ. 9., torrente voluptatis tuæ potabis eos. 2. Inchoativè*

hac vita, non
inquit gratia
ad tempus
sua virtutis
viam æter
erat secum
nalis, qui ad
rorem ac ad
Hic loco
14., qui bibit
no nempe defec
pietia perfect
cut rem valde
magis gustam
mus, eo magis
observat Cyril
Christum, et
apertè responde
videretur mulie
paulatim progr
ψ. 14. *Aqua
non debeat extr
viam æternam.
onte, cujus t
tum ejus prin
de qua hîc, sive
tas, sive vita
sive vitam æter
Cyril., adhuc
mulier carnalis
ψ. 16. *Vad
is verbis Chri
sit, occasione
creta, Ammo
accipiendam
ψ. 17. & 18
tu habeo vir**

in hac vita, *non sitiet*, ex aliquo scilicet defectu, qui insit gratiæ (ubi contra aqua corporalis tantum ad tempus sitim restinguit ob imperfectionem suæ virtutis) cum gratia habitualis de se præstet vitam æternam, ac cæterum ex lege Dei afferat secum statis temporibus impulsus gratiæ actualis, qui ad retinendum animæ humorem & vigorem ac ad perseverantiam ad salutem sufficientiant. Huic loco non repugnat illud Ecclesiastici 24., *qui bibunt me, adhuc sitient*, non ex aliquo nempe defectu, sed ex illa ipsa gratiæ ac sapientiæ perfectione saturum appetitum acutent: sicut rem valde delicatam, aut præstantem, quod magis gustamus, ejusve perfectionem cognoscimus, eò magis augeri nobis optamus. Rectè hic observat Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Christum, etsi se, quis sit, insinuet, non tamen apertè respondere Jacob majorem, ne arrogans videretur mulieri nondum satè dispositæ, quam paulatim progrediendo allicit.

ŷ. 14. *Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo, ut non debeat extrà quærere, fons aquæ salientis in vitam æternam.* Allegoria petita est à naturali fonte, cujus tam altè scaturit aqua, quàm est altum ejus principium. Principium autem aquæ, de qua hìc, sive gratiæ, est Deus, adeòque æternitas, sive vita æterna; unde & ipsa ad Deum, sive vitam æternam salire debet. Hæc, ut notat Cyril., adhuc de corporali aqua ŷ. 15. intelligit mulier carnalis.

ŷ. 16. *Vade, voca virum tuum.* Duo spectat his verbis Christus; ut mulieri aperiat, quisnam sit, occasione instantis revelationis rei planè secretæ, Ammon., tum ut eam ad aquam illam accipiendam disponat.

ŷ. 17. & 18. *Dicit ei Jesus: bene dixisti, quid non habeo virum. Quinque enim viros habuisti,*

adulteros, vel non tuos; ita rectè Maldon. ex Chrysoft. in Psal. 13., contra Aug., Hilar. lib. 2. Trinit., Bedam, Euthym., Rupert., qui putant fuisse legitimos. Prob. 1. quia ed etiam refertur confessio mulieris ψ . 29., *dixit mihi omnia, quæcumque feci*, peccata scilicèt, etfi occulta, circa istos viros. 2. Si omnes fuissent ejus mariti, non tanta erat ratio, cur mulier hoc sibi dici adeò miraretur, utpote rem de se notam & publicam. 3. Quia sequitur, *Et nunc, quasi nunc etiam, quem habes, sextum, non est tuus vir.* Nil obstat tamen, quo minus ipsa aliquando virum legitimum habuerit, ex quo fuerint filii, de quibus ψ 7. Ut autem ulteriùs exploret, an Christus sit verus Propheta, proponit quæstionem tunc maximè Samaritanos inter & Judæos controversam, abrupto de sua incontinentia sermone.

ψ . 20. *Patres nostri*, communes Judæorum, & Samaritanorum Patriarchæ; ita Ammon., Aug., Beda, Chryf. *In monte hoc*, Garizim, juxta communem, cui proximè adjacebat Sichem, *adoraverunt*, nempe Jacob Genes. 33. ψ . 20.; duodecim tribus ex mandato Moysis Deut. 27. ψ . 12.; Josue, cap. 24. ψ . 1. Intellige, *sacrificaverunt*: nam de communi, & nuda adoratione, cùm ubique esset licita, non erat quæstio, quam hìc movet mulier contra Judæos Hierosolymis sacrificantes.

ψ . 21. *Venit hora*, adest tempus Messiæ & Legis Evangelicæ, Ammon., Cyril.: *quando neque in monte hoc, &c.* Non negat, Deum sive in Samaria, sive Hierosolymis deinceps adorandum; sed V. L. Sacrificia indicat brevì abroganda; quando cessaret omnis illorum quæstio: cùm & futurum sit, ut omni loco offeratur incruentum Sacrificium, juxta Prophetiam Malachiæ 1. Quoad præsentem tamen cultum præfert Judæos Samaritanis, pergens;

ŷ. 22. *Vos, Samaritani, adoratis, quod nescitis* : id est, Deum, quem adoratis, non cognoscitis, dum æqualia illi facitis idola vestra, secundum dicta ŷ. 9. : *nos adoramus, quod scimus*; nos Judæi, quibus seipsum tamquam hominem annumerat Christus, juxta Cyril. & Ammon. *Quia salus ex Judæis est*, vera Dei Cognitio & cultus ad salutem, Chrysof., Theophyl., Euthym., Ammon.

ŷ. 23. *Veri adoratores, Christiani, Chrysof., adorabunt Patrem*, non amplius in falsitate & ignorantia, uti vos Samaritani; nec ad tempus à Deo institutis pro conditione tunc hominum legalibus victimis & ceremoniis, quæ umbræ erant & figuræ etiam veri Sacrificii incruenti, ut Judæi; sed, *in spiritu & veritate*, in speciali N. T. gratia Spiritus S., spiritus veritatis, sincerâ mente ac spiritu, offerentes etiam verum ac spirituale Sacrificium Eucharisticum sine figuris & umbris V. T. per Christum impletis : ita ferè Chrysof., Cyril., Ambros. lib. 3. de Spiritu S. cap. 12., Hilar. lib. 2. de Trinit. Non ergo, ut hic volunt nostri hæretici, excluduntur externi ritus Ecclesiæ, ornamenta, excitaementa, adjuvamenta, effectus vel declarationes actuum spiritualium, ut & homines videntes opera bona, *glorificent patrem nostrum, qui in cælis est*. Et certè Ecclesia pro natura hominum, qui sunt ejus membra, visibilis, debet etiam externis signis cultus divini ac Sacramentorum coadunari, secundum communem PP. Ratio adorationis in spiritu & veritate sequitur ŷ. 23. tum,

ŷ. 24. *Spiritus est Deus*; non aliquod idolum Samaritanorum; non corpus, ut volebant Anthropomorphitæ & Audiani; neque habens figuram corporis, ut malè Lactantius lib. de ira Dei cap. 18., & Tertullian. libro contra Praxeam.

Deum purum spiritum esse, hinc fortiter probat Origenes.

ψ. 25. *Scio, quia Messias venit; Græcè ἔξερτασ* in præsentī, in proximo est, ut veniat: quia nil tunc crebrius audiebatur, quàm de adventu Messia, ex Deut. 18. ψ. 15., Genes. 49. ψ. 10., de ablato sceptro Judæ; Origen., Chryf., Theophyl., Euthym.: unde & Joannem Baptistam Messiam quidam suspicabantur cap. 1. à ψ. 19., & ad Jesum aiunt cap. 10. ψ. 24.: *quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. (qui dicitur Christus) verba, juxta omnes, teste Maldonato, sunt, non mulieris, utpote loquentis Hebraicè dumtaxat; sed Evangelistæ Hebræum nomen interpretantis. Ille nobis annuntiabit omnia, etiam solutionem quæstionis à me tibi, propositæ: non enim intelligebat, jam esse à Christo solutam.*

ψ. 27. *Mirabantur, tamquàm ob rem insolitam, quia cum muliere loquebatur, & quidem Samaritana, Ammon.; attamen non malum suspicabantur, inquit Aug.*

ψ. 29. *Numquid ipse est Christus? Concives ad experimentum vocat. Procul dubio intelligebat, modò fontem illum gustarent, eadem de eo, quæ & ipsa, sensuros, ait Chrysof.: Jam enim ipsa credebatur Messiam se ψ. 26. asserenti, Aug., Ambros. serm. 30., Theophylact., Euthym.*

ψ. 35. *Videte regiones, oculis mentis & corporis, Leontius, Theophyl. Quia albæ sunt jam ad messem, spirituales animarum, etiam è circumjacentibus Samariæ locis hominum adventantium: à messe corporea adhuc quatuor menses distante, argumentatur ad messem spirituales instantem, Aug., Cyril., Chryf., Beda, Rupert.*

ψ. 36. *Et qui metit; mercedem accipit: Invitat Christus suos ad laborandum secum in Col-*
ligenda

IN CAP.
hac Messe,
Et congregat
animarum
ψ. 38. Alii labora
res, & vos
à me miffi, Or
thym.
ψ. 42. Jam non
ipfi enim aua
est Saluator me
Non signific
credere, sed
verant, & expe
mat. Nifi inte
ψ. 41., credider
ti; non de mu
rum propter ver
am hos ipsos m
ψ. 43. Post da
nafit, rogatus,
Galilaam; non
ia sequitur:
ψ. 44. Ipse eni
Propheta in
est, habere no
& Leontius i
nolnerit; sed
in Cava Gal
don Galilææ in
tarnam Galila
ψ. 46. Erat a
mabatur Cap
non referatur t
alil, ad fillu
nobilis aliq
vius Regius;
am; Gracè

ligenda hac Messe, spe mercedis æternæ, Orig., Cyril. *Et congregat fructum in vitam æternam*, etiam animarum salvandarum.

ψ. 38. *Alii laboraverunt*, Prophetæ tamquàm satores, & *vos in labores eorum introistis*, Messores à me missi, Orig., Aug., Chryf., Theophyl., Euthym.

ψ. 42. *Jam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audivimus, & scimus, quia verè hic est Salvator mundi, & Messias*, ut addit Syrus. Non significant, se propter mulieris verba non credere; sed propter ea, quæ ex Christo audiverant, & experti fuerant, magis credere, Maldonat. Nisi intelligatur de multò pluribus, qui ψ. 41., *crediderunt propter sermonem ejus*, Christi; non de multis, qui ψ. 39., *crediderunt in eum propter verbum mulieris*; quos tamen saltem hos ipsos magis credidisse censendum est.

ψ. 43. *Post duos autem dies*, quibus tantùm mansit, rogatus, ut maneret in urbe Sichem, *abiit in Galileam*; non verò in Nazareth patriam suam; quia sequitur:

ψ. 44. *Ipse enim Jesus testimonium perhibuit; quia Propheta in sua patria honorem non habet*, id est, habere non solet; quam hìc patriam Cyril. & Leontius intelligunt Nazareth; quòd proin ire noluerit; sed, ut est ψ. 46., *venit ERGO iterum in Cana Galilææ*, quæ sita est in Tribu Zabulon Galilææ inferioris; unde dein ivit in Capharnaum Galilææ superioris.

ψ. 46. *Erat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum*, urbe. Quidni Capharnaum referatur tam ad patrem, cum Syro, quàm, ut alii, ad filium, ibi habitantes? *Regulus*, id est, nobilis aliquis potens, vel Princeps; Syrus, *servus Regius*; Nonnus, *Vir Regius regens exercitum*; Græcè βασιλεύς, *regius*, uti etiam voca-

tur à Chrysoft., Theophyl., Euthym., Origene, Hieron. in cap. 65. Isaïæ, qui duo & gentilem fuisse autumant. Fuerit ergo Princeps aulae Herodis Antipæ, vel, ut ait Origen., fortè de familia Tiberii Cæsaris. Est autem hic alius à Centurione illo Matt. 8. & Lucae 7., secundum Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., contra Irenæum; 1. quia hic habetur filius febricitans *ψ. 52.*, ibi servus paralyticus. 2. Hoc gestum post reversionem è Judæa per Samariam in Cana Galilææ, quò Regulus venerat Capharnaò; illud in ipsa urbe Capharnaënsi post descensum è monte. 3. Humilis Centurio perfectâ fide credit Christum etiam absentem posse curare; hic non item, idè rogans *ψ. 47.*, *ut descenderet & sanaret filium ejus*, præsens, uti & *ψ. 49.* juxta Leont., Aug., Cyril., Bedam, Chryf., Theophyl., Euthym.; quasi absentem curare non valeret.

ψ. 48. Dixit ergo Jesus ad eum, nisi signa & prodigia videritis non creditis. Perstringit dictam imperfectam fidem Reguli, & incredulitatem aliorum, qui nisi visis miraculis non credant in Christum.

ψ. 50. Vade, filius tuus vivit, incolumis. Hoc unum idemque dictum, ait Rupert., & vera de præsentibus prophetia & imperium vitæ est. Credidit homo sermoni, de vitâ filii, quamvis minùs perfectè secundum Chrysoft.: quia *ψ. 52.*, quasi adhuc hæsitans ex occurrentibus servis sciscitatur, & intelligit de hora sanationis. Hujus fides initium habuit, cum filii salutem petiit; incrementum, cum credidit sermoni Domini dicentis, **FILIUS TUUS VIVIT**; deinde perfectionem obtinuit, nunciantibus servis, inquit Beda. Sed Ammon. & Cyril. apud Maldonat., videntur indicare, idque probabiliter, fuisse servos percunctatum, non defectu fidei, sed ad fidei confirmationem,

IN CAP.
tulationem; ad
ψ. 53. Credidit
nam in Messiam;
alique miraculis
ψ. 54. Hoc
&c. secundum
aliam aliud edide
ides multa jam
nam, converti
oc secundum v
ymius.

Sanatio Pa
Christi

V Erf. 1. Er
antonoma
cap. 39., Ru
contra Chryso
il., qui putant
ψ. 35. dicit Ch
& messis venit
illud hic fi
Judæa messis
secundum, seu
jam tribus m
communem,
Pascha celebr
aliquot
merit, ter tan
Joan. 2. *ψ. 13.*
num immedia
ψ. 2. Est as
se dicta, quò
tu, teste Hie

gratulationem; addo, ad admirationem miraculi.

ψ. 53. *Credidit ipse, & domus ejus tota, tamquam in Messiam; quod intendebat Christus hoc, aliisque miraculis.*

ψ. 54. *Hoc iterum secundum signum fecit Jesus &c. secundum dixit, non, quod post primum nullum aliud ediderit in tota Palestina (nam in Judæa multa jam fecerat ψ. 45.) sed, quod post primum, conversionis aquæ in vinum, ψ. 46., hoc secundum in Cana utique sit factum, Euthymius.*

CAPUT V.

*Sanatio Paralytici ad Probaticam piscinam.
Christus Divinitatem suam docet.*

Vers. 1. *Erat dies festus Judæorum, nempe antonomasticè, id est, Pascha, Irenæus lib. 2. cap. 39., Rupert., Tolet., Franciscus Lucas; contra Chrysostr., Theophylact., Euthym., Cyril., qui putant fuisse Pentecosten. Quia cap. 4. ψ. 35. dicit Christus: adhuc quatuor menses sunt, & messis venit: ergo tunc necdum erat Pascha, sed illud hîc significatur, quo tempore Paschæ in Judæa messis initium est. Est igitur hoc Pascha secundum, seu secundi anni prædicationis Christi jam tribus mensibus inchoati. Prætereà juxta communem, Christus post Baptismum quater Pascha celebravit, prædicans tres annos & menses aliquot: si autem festum hoc Paschæ non fuerit, ter tantum celebrâisset; nempe primum Joan. 2. ψ. 13., alterum cap. 6. ψ. 4., & ultimum immediatè ante passionem.*

ψ. 2. *Est autem Jerosolymis Probatica piscina, sic dicta, quod ibi oves templi victimæ lavarentur, teste Hieron. de locis Hebraicis, Ammon.,*

Theophyl., Euthym; vel etiam à vicina porta gregis seu pecuaria, de qua 2. Esdræ 3. ψ . 1. & 32. $\omega\epsilon\beta\alpha\tau\omicron\nu$ enim Latinè est ovis. Græcè legitur; *est autem Ferrosolymis in probatica*, subintellige platea, seu foro pecuario, aut ad, seu juxta portam probaticam, *piscina*, five natatoria: res eòdem redit. *Quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida*, non per *tsadé*, sic enim nomen est urbis ad mare Tiberiadis; sed per *sin*, quomodò idem significat quod *Bethesda*, ut Hieron. cit. & Græca legunt, id est, domum seu locum *effusionis*, aquæ, nempè è tectis & aquæductibus etiam templi, eò effusæ. Syrus legit, *Bethchesda*, domus misericordiæ. Anabaptistis apocrypha est hæc historia, 1. quia piscinæ hujus five quinque porticum nulla fit mentio in V. T., nec à Josepho. 2. Quia victimæ in Conchis ad hoc constructis lavabantur in templo. \Re . ad 1. non omnia esse scripta: piscina illa ab initio non fuerit ità memorabilis, ut facta est à tempore istorum miraculorum, quando & quinque porticus circum fuerint extractæ. Quandonam cœperint illa miracula, incertum; Maldonat. putat circa Christi tempora; & paulò post fieri desiisse. Josephus cedit Evangelistæ & Patribus: etiam infantium cædis, & adventus Magorum non meminit homo Judæus. Ad 2. \Re . victimas in piscina lotas iterum & perfectiùs in conchis lavari solitas.

ψ . 4. *Angelus autem Domini descendebat secundum tempus*, solius Pentecostes, juxta Cyril.; sed tunc erat Pascha, ut probavimus ψ . 1. Meliùs ergo, Euthym. incertis aliquoties temporibus anni descendisse opinatur: quia aliàs non fuisset causa hærendi continuò in vicina porticu; sed illo determinato tempore, quo movenda erat aqua, ægri eò delati fuissent. *Et movebatur aqua,*

visibiliter turbata invisibili angeli virtute, Maldonat.

ψ. 5. *Quidam homo*, pauper, quia nec hominem habebat; paralyticus, secundum Ambros. lib. 2. de Sacrament. cap. 2., Chrysof., Euthym., Leont.; & colligitur ex ψ. 8., *tolle grabatum tuum, & ambula*: hoc enim perfecte sanatae paralysis signum erat; ut in simili Matt. 9. potuisse tamen aegre se movere & adrepere ante sanationem, innuit ψ. 7., *dum venio enim ego*, hominem non habens, *alius ante me descendit*. *Triginta octo annos habens in infirmitate*, inveterata, ad evidentiam miraculi. Diversus hic est à paralytico Matt. 9.: hic enim Jerosolymis ad piscinam, hominem non habens, sanatus est: ille Capharnai in domo, portatus à quatuor bajulis, dimissus per tectum.

ψ. 11. *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum*. Quasi dicat invidis, inquit Aug., *non acciperem jussionem*, tamquam rei licitæ, à quo acceperam sanitatem?

ψ. 13. *Nesciebat, quis esset*; utpote qui numquam antè vidisset Christum, & qui jam discesserat, ne auram popularem captare videretur, Chryf., Theophyl., Euthym.; vel etiam ne invidiam adversariorum exasperaret, Cyril.

ψ. 14. *Ecce sanus factus es: Jam noli peccare*; Arabicus, *ne redeas ad peccandum*; Syrus, *ne peccaveris amplius; ne deterius tibi aliquid contingat*. *Qui foris ab infirmitate, ipse etiam intus salvavit à scelere*, inquit Beda, propter quod Christus innuit, ipsum, ut quandoque fit, hanc diurnam infirmitate fuisse castigatum, Iren. lib. 5. cap. 15., Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.

ψ. 15. *Nuntiavit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum*; non tamquam iniquus, ut proderet, sed tamquam gratus, Aug., Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.

502 IN CAP. V. JOANNIS.

ψ. 16. *Persequebantur Judæi Jesum, quia hæc faciebat in Sabbato. Rectè Euthym., quantum ad id, quod apparebat, propter hoc; quantum verò ad id quod occultum erat, propter invidiam honoris Christi, metuentes suæ authoritati diminuendæ.*

ψ. 17. *Jesus autem respondit, Judæis accusantibus, quòd sabbatum violasset, tùm curando ægrum, tùm huic imperando tollere grabatum, tamquàm contra Jerem. 17., Nolite portare pondera in die sabbati: Pater meus usque modò operatur, etiam sabbatis, conservando & gubernando mundum (quamvis sabbato quieverit Deus à novis generibus rerum efformandis) & ego operator: atqui ille Dominus etiam sabbati non violat sabbatum: ergo nec ego, utpote illi æqualis, Filius Deo Patri naturalis, idemque operans, etiam hanc sanationem & omnia (ut patet ex sequentibus) ad Dei gloriam; ad quam etiam facit sublatio grabati manifestativa miraculi ad vestram salutem; ità ferè Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Aug., Beda. Ex his verbis Judæi quamvis increduli, ψ. 18. rectè intellexerunt, Christum se dicere Deum; etsi, ut ait Chrysof., numquàm id intelligere voluerint Ariani. Sequitur confirmatio dicti, & explicatio:*

ψ. 19. *Non potest Filius à se facere quidquam (quamquàm & à se faciat, quidquid facit Filius ut Deus, æquè ac Pater: sed hoc dicitur ad significandam generationem Filii à Patre: vide Aug. hìc ψ. 26., cap. 7. ψ. 16., cap. 12. ψ. 49.) nisi quod viderit, græcè, videat, Syrus & Arabic. videt, Patrem facientem. Non potest propter inseparabilitatem, perfectissimamque communionem unius infinitæ naturæ, sapientiæ, potentiae in duabus personis, Chryf., Euthym., Aug. Quæcumque enim ille fecerit, hæc & Filius simi-*

liter facit, non imitando, sed eâdem numero actione operando ob unitatem naturæ in duabus distinctis personis; ita Patres, Nazianzen., Aug., Cyril. lib. 2. in Joan. cap. 137. &c., contra Arianos.

¶. 20. *Pater enim diligit Filium*, in divinis; nimirum dilectione, non *notionali*, sed *essentiali* (utî similiter cap. 1. ¶. 1. dictum est de Verbo *essentiali & notionali*) hic namque amor non adfertur tamquàm origo tam perfectæ communicationis Patrem inter & Filium; sicut enim & Filius non accepit à Patre naturam per spirationem voluntatis, sic neque scientiam aut omnipotentiam; sed per generationem viâ intellectûs, prout sequitur; *Et omnia demonstrat ei, quæ ipse facit; demonstrat*, id est, dat, communicat, Filium sibi consubstantialem per vivacem ad intra expressam demonstrationem infinitæ intellectio- nis & visionis generando, Cyril. cit. Aug. tract. 21. in Joan. *Et majora his*, sanatione paralytici, aliisque coram vobis patris, *demonstrabit ei opera*, de quibus in sequentibus, *ut vos miremini*, ampliùs: non quòd antea non demonstra- verit, qui gignendo Filium omnia ei demonstra- vit ab æterno; sed humano loquitur modo, quia cum Patre majora opera hominibus exhibiturus erat: vel etiam ratione actionis humanæ ac crea- tæ Christi filii hominis à Deo dilecti, secundum quam alia nova opera à Patre demonstrata patra- vit in tempore: sicque hoc postremum de Christo quâ homine intelligit Aug. cit.

¶. 21. *Sicut enim Pater suscitât mortuos & vivi- ficat corpora mortuorum animabus informan- do*, de quo Patres ¶. 25., *sic & Filius*, QUOS VULT *vivificat*, eâdem cum Patre liberâ volun- tate, August., Chrysof., Theophylact. En pri- mum opus suscitationis mortuorum majus sana-

sione paralytici. Sequitur secundum potestatis
judiciariæ :

¶. 22. *Neque enim Pater judicat quemquam, in specie visibili : sed omne judicium dedit Filio, in humana natura visibili in judicio extremo peragendum ; scilicet, ut est ¶. 27., quia filius hominis est ; ita Aug. 1. de Trinit. cap. 3., Beda : qui tamen simul significetur Deus, secundum Chrysoft., Theophylact., Leont., Ambros. lib. 2. de fide cap. 4., etiam quia cohærenter sequitur :*

¶. 23. *Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem, æquali omnino honore propter æqualitatem utriusque personæ in eadem natura, Aug., Cyril., Chryf., Theophyl. ; & ut saltem in judicio vel inviti Deum agnoscant. Audi hinc Cyril. : aliud quoddam divinum atque præcipuum affert argumentum, quo se naturâ & verè Deum ostendit ; cui enim orbem terrarum judicare alii convenit, quàm soli Deo, quem solum ad judicandum Scriptura vocat, dicens: exsurge Deus, judica terram ; Psal. 8. ¶. 1. Qui non honorificat Filium, ut Deum, non honorificat Patrem, qui misit eum, ob rationem & Patres dictos ; tum quia negando vel non honorando Filium in divinis, negatur vel non honoratur Pater ; cum Pater & Filius sint essentialiter correlativa, Aug. Tacitè perstringit incredulos inimicos, se Dei Filium inhonorantes ; cum interim Patrem Deum colere se profiterentur. Qui misit eum : intelligi potest tam de æterna generatione ; sic enim Missio Theologis indicat processionem personæ missæ à mittente cum respectu ad aliquem effectum temporalem ; & vide cap. 14. ¶. 16. ; quàm de ipsa ejus effectiva in tempore missione per Incarnationem, prædicationem, &c.*

¶. 24. *Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, credendo, adedque & credit*

ei, qui me misit, sicque honorat Patrem & Filium æqualiter, habet vitam æternam, radicali jure ac spe, nondum in re: fides enim, quæ teste Apostolo, est sperandarum substantia rerum, spem generat, spes charitatem, quæ spes non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. ejusque gratiam, æternæ vitæ, nisi peccando prodigatur, pignus certissimum; propter quam eventus certitudinem hinc utitur præsentem, & mox, præterito, pro futuro. Et in iudicium, condemnationis alioquæ debitæ, non venit, sed transit à morte, animæ, ad vitam, spirituales & æternam, à Lap.; sive, sic credere, de se est evadere dictum iudicium, & transire de ista morte ad illam vitam. Ostendit quantum boni ex dicta fide credentibus proveniat. Vide cap. 3. §. 18.

§. 25. Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei (per catachresin, vocans ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt: nec enim mortui audire possunt) se in terris cum ipsis conversante, hæc ventura dicit; ita Chrysoft., qui cum Cyril., Leont., Theophylacto, Euthym., id de filia Archisynagogi, filio viduæ, Lazaro resuscitatis intelligit. Alii id etiam extendunt ad resuscitados in resurrectione Christi: uti & Cyril. id refert ad resurrectionem universalem; cum totum N. L. tempus i. Joan. 2. §. 18., vocetur hora novissima; Matt. cap. 20. §. 6., hora undecima; novissimum tempus, quo nil ultra, nisi iudicium, restat: & cohærenter quidem ad §. 27. 28 29.

§. 26. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, ipsa vita sibi ipse, seu à se, Aug.; sic dedit & Filio habere vitam in semetipso, eandem. Manet ergo Pater vita, manet & Filius vita: Pater vita in semetipso, non à Filio; Filius vita in semetipso, sed à

Patre, Aug. : ut proin mirum non sit, se divi-
nâ virtute mortuos vivificare, ut habetur ψ . 28.

ψ . 30. *Non possum ego, &c.*, vide ψ . 19. mon-
stratque judicium suum justum esse, quia aliud,
quàm id, quod Pater, judicare & velle non po-
test, tùm quâ Deus, tùm quâ homo, directus
à Verbo inhabitante, Aug., Chryf., Euthym.;
adedque non suum etiam solius esse judicium,
sed unâ Patris.

ψ . 31. *Si ego testimonium perhibeo de me ipso,*
testimonium meum non est verum, juxta vestram
scilicèt opinionem, etsi falsam : aut ita, ut hoc
sit, non affirmantis, sed quasi transmittentis, ut
si ipse solus de se ipso testimonium perhiberet,
illud non haberent pro vero, Cyril., Chryf.,
Theophyl., Euthym., Leont.; aut item sic, cum
Beda & Alcuino, *si ego*, tantùm ut purus ho-
mo, sicut vos falsò putatis, sive nudâ assertio-
ne humanâ, *Testimonium perhibeo de me ipso, te-*
stimonium meum non est verum, id est, fide dig-
num; quia nemo idoneus testis est in propria
causa : unde & mox ψ . 32. & 33., alios veros
de se testes adducit Patrem, Matt. 3. testifican-
tem, *hic est Filius meus dilectus*, Cyril., Beda;
& Joannem Baptistam, hîc cap. 1., Chryf., Theo-
phyl., Euthym., Leont. & sic patet, non re-
pugnare, quod cap. 8. Christus assertivè dicit
tamquàm Deus, *& si ego testimonium perhibeo*
de me ipso, verum est testimonium meum.

ψ . 34. *Ego autem non ab homine*, etiam Joan-
ne, *testimonium accipio*, tamquàm ejus indigus,
Chryfost., Leont., Euthym., Rupert.; cùm sim
Deus, Leont., Theophyl., & majus habeam te-
stimonium, operum, Patris, Scripturarum, quas
tamquàm verbum Dei admittitis, de quibus te-
stimoniis agit ψ . 36. 37. 39. *Sed hæc dico vobis, ut*
vos salvi sitis, saltem credentes testimonio de me

omnis, tanta apu-

ejus tamquam S

missis ad horum e

re, initio ejus pr

monstrantem

Cyrl., Chry

ψ . 37. Neque voc

speciem ejus ve

idem Moytes E

ultra solebant,

Moysi locutu

us unde sit, cõ

re corporea v

quoad omnia,

thym., Leont.

ψ . 38. Et ve

neus; quia, qu

tis. Cum sermo

datum est ac Pr

sum suum miss

quod vos illi cre

misit, non crean

sermoni, ac pro

om. Similiter C

ur ψ . 46.

ψ . 39. Scruta

Aug., Chryf.,

putatis, non m

re; id est, in

multa ex Script

pretari, inquit M

monium perhibe

ψ . 43. Ego v

imis signis &

tus, & non a

me suo, non

te quo hîc in

Joannis, tantæ apud vos autoritatis, Chrysoft.; in cuius tamquàm Sancti Prophetæ luce, *ψ. 35.*, voluistis ad horam exultare, id est, modico tempore, initio ejus prædicationis; donec me Messiam monstrantem, & ipsum inconstantes spreveritis, Cyril., Chrysoft.

ψ. 37. Neque vocem ejus unquam audistis, neque speciem ejus vidistis, nempe Patris; ne ipse quidem Moyse Exodi 19. & 33. (quod gloriari frustra solebant, ut cap. 9. *ψ. 29.*: Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit) cum Deus purus spiritus oculo & aure corporeâ videri & audiri non possit; ita quoad omnia, Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont.

ψ. 38. Et verbum ejus non habetis in vobis manens; quia, quem misit ille, huic vos non creditis. Cum sermo, inquit Euthym., qui per legem datus est ac Prophetas, clamet, quod Pater Filium suum missurus sit ad salutem vestram, & quod vos illi credere oporteat; vos huic, quem ille misit, non credentes, non auscultatis prædicto ejus sermoni, ac proinde nec habetis in vobis manentem. Similiter Chryf. & Theophyl., & confirmatur *ψ. 46.*

ψ. 39. Scrutamini Scripturas, in imperativo, Aug., Chryf., Theophyl., Euthym.; quia vos putatis, non malè, in ipsis vitam æternam habere; id est, in intelligentia, fide, observatione hausta ex Scripturis; sic plerique videntur interpretari, inquit Maldonat.: *Et illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Vide *ψ. 46.*

ψ. 43. Ego veni in nomine Patris mei, certissimis signis & testimoniis missionis meæ instructus, *Et non accipitis me; si alius venerit in nomine suo, non missus à Deo, sive Antichristus, de quo hinc intelligunt, Iren. lib. 5. cap. 25.,*

Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., Beda: five etiam alius quispiam falsus propheta, *illum accipietis*; de qualibus est Actor. 5. ψ . 36. & 37., Joseph. 18. antiq. cap. 14. & in Matt. cap. 24. ψ . 5. Nec obstat, Judæos in fine mundi convertendos per Eliam & Enoch; id enim non fiet, nisi postquam Antichristo cœperint adhærere, ut indicat illud Matt. 17., *Elias venturus est, & RESTITUET omnia.*

ψ . 44. *Quomodo vos potestis credere &c.?* Aperit Judæis causam incredulitatis, ambitionem & superbiam: item juxta Cyril. docet gloriam hominum & gloriam Dei inter se pugnare, nec simul convenire magis posse, quàm sapientiam Dei & sapientiam hominum, quare altera alteri stultitia est, 1. ad Corint. 1. ψ . 21. & 23. & cap. 2. ψ . 14. & cap. 3. ψ . 19. similia habet Aug. tract. 74.

ψ . 45. *Nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud Patrem, quasi meâ opus esset accusatione, Cyril.;* quia etiam me tacente, *est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis, jactantes, ut Joan. 9. ψ . 18., vos Moyfi discipulos esse; sed falsâ spe, utpote ne ipsi quidem credentes, ut dixerat ψ . 38. & sequitur:*

ψ . 46. *Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. $\tau\delta$ Forsitan* intellige, sicut dictum est Matt. 11. ψ . 21. Græcè est, *av, utique:* vertitque Cyprian. & Aug. lib. 16. contra Faust. cap. 26.; *crederetis mihi. De me enim ille scripsit, Genes. 3. ψ . 15., cap. 22. ψ . 18., cap. 49. ψ . 10., Deuteron. 18. ψ . 15.*

ψ . 47. *Si autem, ut verè est, illius litteris non creditis, quem vos pluris facitis; quomodo verbis meis credetis, quem legis violatorem arbitramini?*

CAPUT VI.

Miraculum quinque panum, Christus ambulans super mare, Matt. 14. Sermo de pane cælesti.

Vers. 4. *Erat autem proximum Pascha, tertium, seu tertii anni prædicationis Christi, quando contigit hoc miraculum. Patet hîc à Joanne omitti reliqua Christi gesta à secundo usque ad tertium hoc instans Pascha, ab aliis Evangelistis memorata.*

ÿ. 14. Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum, ille scilicèt promissus Deuteron. 18. ÿ. 15., sive Messias; ità communiter Auctores.

*ÿ. 15. Ut raperent eum, vel invitum, & facerent eum Regem, tamquàm Messiam, nempe, quem Judæi putabant daturum sibi copiam frumenti, vini, olei, auri, argenti; idèdque eum hîc inaugurare volebant ad regimen mundanum errantes, &, ut ait Leont., nil nisi terrenum & carnale, suumque commodum cogitantes. Fugit iterum in montem ipse solus; tùm, ut ad nostrum exemplum vitaret honores, Chrysf., Theophyl., Euthym., Leont.; tùm, ne secessio aliqua Judæorum ac rebellio contra Romanos eâ occasione fieret, quam ipse molitus esse aut fovisse videretur, quæque Evangelii prædicationem & redemptionis Mysterium impediret; tùm, ut Matt. habet, causâ orandi. Iterum in montem eundem, in quem ÿ. 3. subierat cum discipulis, & ex cujus vertice in ejus planiora descenderat ad turbas: adèdque *iterum* non afficit verbum *fugit*, sed, *in montem*; quia semel tantùm voluisse ipsum creare Regem leguntur.*

ÿ. 22. Alterâ die, turba, quæ stabat trans ma-

re, in loco, ubi pridie panes manducaverant. *Trans*, vel respectu venientium in Palæstinam, vel quia sinuosus lacus erat; vide Matt. 14.

ŷ. 26. *Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus*, miraculosè susceptis, & saturati estis: cum quo stat, ut iidem antea ŷ. 2. sequerentur eum, quia videbant signa; nondum enim tunc manducaverant ex panibus: at nunc *queritis me* socii mensæ, & utilitate propriâ ducti, ut sine labore & cura victûs à me alimini; cum potius credere deberetis, Aug., Beda: notantque Cyril., Leont., Chryf., Theophyl., Euthym., contineri mansuetè insinuatam reprehensionem. Sed & occasione hujus cibi, dico vobis:

ŷ. 27. *OPERAMINI, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*; qui cibus Augustino est Christus in fide manducandus; item charitas & opera bona; non enim restringenda est vox generalis *cibus*; prout & interrogant Judæi ŷ. 28., *quid faciemus, ut operemur OPERA Dei?* Quibus Christus respondet ŷ. 29., *hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille*; scilicet, est opus quasi fundamentale ad reliqua: etenim sensim Christus à minoribus ad majora conscendit, sicut à mediis ad finem, puta à fide etiam ad S. Eucharistiam, de qua in sequentibus; ita Bellarm., Maldon. contra hæreticos hinc rursus solam fidem prædicantes; vide cap. 3. ŷ. 18. *quem, cibum, filius hominis dabit vobis*; ut probat ex eo, *hunc enim Pater signavit Deus*, nempe in Incarnatione ungens & figillans Christi humanitatem Divinitate, Hilar. lib. 8. de Trinit., Aug.; item voce Matt. 3., *hic est filius meus*; item potestate miraculorum ad fidem in se suamque doctrinam faciendum, Chryf., Theophyl., Euthym.

IN CAP.
ŷ. 30. Quod ergo
et, & credamus
ocationem primum
daciones rejiciunt
at: eò quod
pays, pascens pe
nilla in deserto pa
item postularerit;
miraculom manna
Euthym.,
ŷ. 32. Non Mo
est, vere cel
nii improprie c
regione deplueb
Euthym., Leo
Cyril., Beda,
erat panis, de q
bis panem de C
ut est ŷ. 33., a
tate, (non alie
matum Manna
ut vitam manna
ne in fide pascit
corporalem, ad
Chryf., Theoph
dei hæc juxta A
Euthym., carn
ŷ. 34. Dixit
nem hunc, qu
namur; ita iid
iterat, Domini
siam, neque v
ŷ. 35. Chris
at: Ego sum
tus, continens
necessarii: ad
tum sumendi

ψ. 30. *Quod ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi? Quid operaris?* Multiplicationem pridianam panum quidam è turba audaciores rejiciunt quasi insufficientem, ut credant: eò quòd ψ. 31., Moyses fecerit signum majus, pascens per tot annos sexcenta hominum millia in deserto pane Cœlesti, nec tamen talem fidem postulaverit; quare novum simile petunt miraculum mannæ, Aug., Beda., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. Respondet Christus:

ψ. 32. *Non Moyses dedit vobis panem de Cœlo, id est, verè cœlestem; quia in aëre, qui non nisi improprie cœlum est, formatus, è nubium regione depluebat, secundum Chryf., Theophyl., Euthym., Leont.; item cum iisdem & Aug., Cyril., Bedâ, Rupert., quatenus figura solum erat panis, de quo nunc: sed Pater meus dat vobis panem de Cœlo verum, verè cœlestem, qui, ut est ψ. 33., de Cœlo descendit, propriâ voluntate, (non alieno tantum imperio, sicut inanimatum Manna Angelicâ virtute formatum) & dat vitam mundo, universo æternam, qui eo pane in fide pascitur; cum manna vitam solum corporalem, ad tempus, uni populo præstiterit, Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. Porro Judæi hæc juxta Aug., Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., carnaliter intelligentes,*

ψ. 34. *Dixerunt, Domine, semper da nobis panem hunc, quo sine fame corporali in otio perfruamur; ita iidem PP., sicut Samaritana cap. 4. dixerat, Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.*

ψ. 35. Christus explicans dicta ψ. 32. & 33., ait: *Ego sum panis vite, sive panis ille vivificus, continens virtutem cibi & potûs ad vitam necessarii: addit enim, etiam modum docens eum sumendi, qui venit ad me, credendo, uti*

& mox explicitè dixit, *non esuriet, & qui credit in me, non sitiet umquam*, quia æternâ satietate fruetur; itâ Aug. Simili sensu responderat Samaritanæ cap. 4. *ψ. 13.*, *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.*

ψ. 36. *Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.* Chrysof. & Euthym. putant, alicubi hoc illis dixisse Christum, etsi scriptum non fuerit. Alii, inquit Maldonat., referunt ad *ψ. 26.*, ubi Christus reprehendens insinuat, eos vidisse signa, etiam panum, & non credidisse.

ψ. 37. *Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet*; infallibiliter credituri sunt, quotquot gratiâ efficaci à Patre dati, seu vocati fuerint: itâ tamen, ut, qui non venerint, sibi hoc imputare debeant; quia cooperari poterant cum data gratiâ, quam habebant sufficientem; ut Judæi, quorum secundum Cyril., Chrysof., Leont., incredulitatem hîc arguit, insinuans rationem, cur ad se non venirent, sive non crederent, quia non se à Patre dari patiebantur, *voluntariè malum operantes*, inquit Euthym., & gratiam Dei, cui resistebant, liberè abjicientes; unde erant verè reprehensibiles. *Et eum qui venit ad me, non ejiciam foràs*: quia, qui credendo veniunt ad Christum, & tamen pereunt, non ejiciuntur à Christo foràs, sed ipsi se per peccatum priùs à societate Christi segregant, secundum illud Trident. ex Aug., *Deus neminem deserit, nisi deseratur.* Similiter explica illud *ψ. 29.*, *Ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.* *ψ. 40.*, *Resuscitabo eum in novissimo die.* *ψ. 52.*, *Vivet in æternum.* Infrâ cap. 10. *ψ. 27. & 28.*; ubi vide *ψ. 29.*, *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis, & non rapiet eas quisquàm de manu mea.* Subintelligendum enim ubique, quantum est ex parte mea, seriatimque voluntate eos salvandi, fertili

IN CAP.
 mediorum suffi
 ut etiam perire al
 os Pater dederat,
 is dedisti mihi. ep
 eis, nisi filium
 ut, etiam filium
 quos dederat P
 elligi de solis præ
 tamen, cum ce
 liberantur, pat
 foràs. Horum
 & 40., ex volu
 omnibus adim
 ψ. 38. Quia
 voluntatem meam
 ate Patris, sed
 cum cujus volu
 communis, vol
 taliter eadem,
 Cyril., Theoph
 am sic explica
 am voluntatem
 mplicis, qualen
 41. & 42. ob
 u, qui misit n
 manam, sed c
 mquàm simpl
 bus. Utrumqu
 ψ. 40. Qui v
 ut Judæi e
 m credulitatis
 ψ. 43. Nolite r
 contra me tamq
 am.
 ψ. 44. Nemo
 tre in me (c
 litas murmur

tili mediorem sufficientium : quòd namque contingat etiam perire aliquas ex ovibus, sive ex iis, quos Pater dederat, constat & ex Joan. 17.; quos *dedisti mihi, ego custodivi, & nemo perit* EX EIS, *nisi filius perditionis* : quæ exceptio declarat, etiam filium perditionis comprehendi sub illis, quos dederat Pater. Hæc ergo non debent intelligi de solis prædestinatis ad perseverantiam, quâ tamen, cùm certissimè liberentur, quicumque liberantur, patet à fortiori illos non ejiciendos foràs. Horum rationem reddit Christus *ÿ. 38. 39. & 40.*, ex voluntate Patris ità volentis, quam in omnibus adimplet ac facit; ità Cyril., August.

*ÿ. 38. Quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, solius, ac distinctam à voluntate Patris, sed voluntatem ejus, qui misit me, cum cujus voluntate mea Verbi Divini, utriusque communis, voluntas est essentialiter ac substantialiter eadem, Nazianz. orat. 4. de Theolog.; Chryf., Theophyl., Euthym., Ammon., Leont. Item sic explicat Cyril. cum Epiphani., non ut faciam voluntatem meam, creatam quasi hominis simplicis, qualem vos me habetis (ut ostendunt *ÿ. 41. & 42.* obmurmurantes) sed voluntatem ejus, qui misit me, id est, etiam meam quidem humanam, sed conformem Patri in omnibus, nec tamquam simplicis hominis, qui sum Homo-Deus. Utrumque potest pertinere ad litteram.*

ÿ. 40. Qui videt Filium, non oculis corporis, ut Judæi etiam ejus miracula, sed mentis pio credulitatis affectu, & credit in eum.

ÿ. 43. Nolite murmurare in invicem, inter vos contra me tamquam falsa vel incredibilia dicentem.

ÿ. 44. Nemo potest venire ad me, id est, credere in me (carpitur, teste Cyrillo, hinc incredulitas murmurantium Judæorum) nisi Pater,

514 IN CAP. VI. JOANNIS.

qui misit me, traxerit illum; quod ψ . 66. dicitur, nisi fuerit ei datum à Patre; dono scilicet & tractione gratiæ supernaturali in substantia; cui tamen, positis omnino omnibus ad agendum prærequisitis, possit libera voluntas humana resistere vel obtemperare, etiam in sensu composito actûs liberi; cùm actus non destruat libertatem potentiæ, quæ est in actu: quæ quidem voluntas sibi sufficit sola ad malum, sed non nisi per gratiam Christi valet ad bonum supernaturale, secundum illud Joan. 15., *sine me nihil potestis facere*: & quidem sic, ut ob pondus concupiscentiæ ægram naturam debilitantis opus sit quasi tractione. Cavendum hinc à Lutheranis, Calvinistis & Quesnello, contra quos de fide est, 1. *ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ requiritur in homine libertas à necessitate* (tam ab absoluta, quam, ut est in sententia Jansenii, respectivæ seu relativa ad cœlestem vel terrenam concupiscentiam victricem seu prævalentem) *nec sufficit libertas à coactione.* 2. *Divina gratia talis est, cui possit humana voluntas resistere vel obtemperare.* 3. *Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nonnumquam resistitur.* 4. *Non omnis vera Christi gratia est efficax, sed datur sufficiens, quæ effectum non sortitur.* Sunt contradictoriæ damnatarum Jansenii & Quesnelli.

Nunc ergo sensus esse potest, 1. *nemo potest venire ad me, potentiâ remotâ, nisi Pater traxerit illum*, dando potentiâ remotam credendi, in potentiâ proxima e. g. orandi. Hic sensus verus est, sed non litteralis, utpote impertinens ad præsens institutum, in supposito Cyrilli, quod hinc reprehendatur incredulitas Judæorum: non enim essent reprehensibiles, si, urgente præcepto supernaturali, ne hanc quidem tractionem vel potentiâ haberent, quæ est in nobis sine nobis:

IN CAP.
 nemo est repreh
 od facere nullo
 lia non jubet,
 id possit, & pet
 possit, ut docet
 tat. & grat. cap.
 potentia proxim
 juncta cum actu
 actu, nisi Pater
 in proximam gra
 tantiam conjun
 antem seu con
 ti (sicut recte
 est, nemo loq
 c sensus uterqu
 litteram: quod
 anc veniendi po
 t data à Patre,
 tem remotè tr
 u nullus ex pe
 a malitiâ ineffic
 e & cooperari
 tu; intelligendo
 10., non ego ar
 m ex me, sed
 conformiter
 renuistis, exte
 spiceret. Isaia
 expandi man
 credentem &
 benignitas I
 atem secundum
 thesaurizas t
 37., Jerusale
 regare.... & n
 Corozain &c.
 onanda autem

IN CAP. VI. JOANNIS. 515

& nemo est reprehensibilis, quod non faciat id, quod facere nullo modo potest; & Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adjuvat ut possis, ut docet Trid. sess. 6. cap. 11. ex Aug. de nat. & grat. cap. 43. 2. Nemo potest venire ad me, potentiâ proximâ; item potentiâ, quæ est conjuncta cum actu fidei, sive potentiâ, quæ est in actu, nisi Pater traxerit illum, dando potentiam proximam gratiæ prævenientis; item dando potentiam conjunctam cum actu per gratiam cooperantem seu concomitantem, sive ipsum actum fidei (sicut rectè dicimus, nemo potest loqui, id est, nemo loquitur, nisi moveat linguam) & hic sensus uterque, præsertim secundus, pertinet ad litteram: quod enim non haberent alterutram hanc veniendi potentiam, quod alterutra non esset data à Patre, ipsorum vitium innuitur, quo saltem remotè trahenti resistebant, gratiam, in qua nullus ex parte Dei erat defectus, propriâ solâ malitiâ inefficacem reddentes, cui obtemperare & cooperari ad effectum erat in ipsorum manu; intelligendo juxta illud 1. ad Corinth. 15. v. 10., non ego autem, solus, sive ex me tamquam ex me, sed gratia Dei MECUM. Atque hæc conformiter ad Proverb. 1. v. 24., vocavi & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Isaia 65. v. 2. & ad Rom. 10. v. 21., expandi manus meas totâ die ad populum non credentem & contradicentem. Ad Rom. 2. v. 5., benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit; tu autem secundum duritiam tuam & impœnitentiam, thesaurizas tibi iram in die iræ. Matt. 23. v. 37., Jerusalem, Jerusalem, quoties volui congregare.... & noluisti. Matt. 11. v. 21., vae tibi Corozain &c.

Notanda autem hæc tacita, indirecta, mansueta

Christi correptio, ne ampliùs exasperarentur; sed ut vel sic eorum salutis studiosus ipsos invitaret saltem ad orandum, ad docilitatis & piæ credulitatis affectum. Non enim dicit; vos pervicaces non vultis venire; sed 1. modestè illos comprehendit in universali propositione, *nemo potest venire*. 2. Quasi excusat præ infirmitate ex aliqua impotentia (sed secundùm jam dicta culpabili) sicut in cruce ignosci ipsis petiit ob ignorantiam. Si quæras, cur, ut poterat, non traxit illos Deus, quemadmodùm sciebat congruere, ut vocantem non respuerent; sicut tot aliis dat gratiam efficacem ex infinito thesauro gratiarum? R. cum Apostolo ad Rom. II., *O Altitudo!* Et cum Aug. tract. 26. in Joan., *quarè illum trahat, & illum non trahat, noli velle judicare, si non vis errare. Semel accipe & intellige: non traheris? Ora, ut traharis.* Hæc pro explicandis similibus textibus, etiam sequentibus.

Hactenus à *Nunc itaque*, hoc ψ . dicta procedunt in supposito Cyrilli, quoddam his verbis, *nemo potest venire &c.*, carpantur Judæi murmurantes: aliàs enim etiam prius è suprâ datis tribus sensibus pertinet ad litteram tunc significantem gratiæ necessitatem ad quaecumque posse salutare, etiam primum; prout intellexisse videtur Conc. Arausican. II. de gratia & libero arbitrio cap. 8.; tuncque dici potest, etsi in præcedentibus & sequentibus carpantur Judæi increduli, non tamen præcisè his verbis, *nemo potest venire*, quatenus præcisè sunt de illa prima dicta potentia.

ψ . 45. *Est scriptum in Prophetis*, ab aliquo inter Prophetas, Isaia 54. ψ . 13., non quoad verba, sed sensum (dicentis, *ponam universos filios tuos doctos à Domino*) erunt omnes docibiles Dei. Græcè *didaxroi*, *docti*. Probat hoc testimonio quod dixerat, neminem nisi à Patre tractum posse ve-

IN CAP. VI. JOANNIS.
ad se, Aug., C
qui audit a
Didymus in
sic ut didice
id, quo
Thom. hic, qui
mestante, & didi
ad me. Quia non
Ammon., T
Patrem loquer
ic audiunt ut
Aug.: Qui
Patre? Quid est
Patre? Quid est
am Patris, id
eprehendit Judæ
itis, quia non
restatis vos doc
ino sic ut didice
quantum est
torantes aures
 ψ . 46. Non qua
qui à Deo est,
Judæi crast
sensuali mod
eum humano
te. Similiter Cy
cum se asserit,
a generatione p
um, Cyril., Eu
 ψ . 48. 49. 50
manu cavern
corpore; i
surrecturi, nec
ad vitam anim
rum, hic est
nationem, u

nire ad se, Aug., Cyril., Theophyl., Euthym. *Omnis qui audivit à Patre*, per gratiam intus loquente, Didymus in Catena græca, & *didicit*, id est, sic ut didicerit, intelligendo, amplectendo id, quod audivit, sive, ut scribit S. Thom. hinc, *qui audivit à Patre docente & manifestante, & didicit præbendo assensum, venit ad me*. Quia non omnes, qui audiunt, discunt, Ammon., Theophyl., Leont. Audientes verò Patrem loquentem per gratiam efficacem; hi sic audiunt, ut semper discant: & de his intellige Aug.: *Quid est trahi à Patre, nisi discere à Patre? Quid est discere à Patre, nisi audire à Patre? Quid est audire à Patre, nisi audire verbum Patris, id est, me?* Rursus tacitè Christus reprehendit Judæos, q. d. propterea vos non venitis, quia non audistis Patri obaudiendo, non præstatis vos dociles Dei, non estis docti à Domino sic ut didiceritis, boni magistri, sufficienter quantum est de se docentis, mali discipuli, obturantes aures cordis.

ψ. 46. *Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui à Deo est, hic vidit Patrem. Ne suspicarentur Judæi crassi & rudes*, inquit Euthym., *quòd sensuali modo audiat quisquam à Patre, videns eum humano modo*, ait: *non quia Patrem &c.* Similiter Cyril. & Theophylact.; simulque Deum se asserit, videns & audiens Patrem æternâ generatione producentem se Verbum Divinum, Cyril., Euthym., Ammon.

ψ. 48. 49. 50. *Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducaverunt Manna in deserto, & mortui sunt*, corpore; ita ut virtute cibi illius non sint resurrecturi, nec quidquam conferre ipse potuerit ad vitam animæ, quam & plurimi perdidit. Verum, *hic est panis de cælo descendens*, per incarnationem, *ut si quis ex ipso manducaverit*,

per fidem vivam, *non moriatur* secundum animam, quantum est ex virtute metaphorici cibi illius præstantioris & vitalis; nec maneat mortuus secundum corpus, utpote intuitu illius resuscitandus *in novissimo die* ad vitam æternam, prout Ψ . 39. 41. 44. indicat. Putat Euthym. redire hic Christum ad superiorem disputationem Ψ . 31. 32. 33. Simili sensu, sed intellectum juxta Maldonat. de reali manducatione S. Eucharistiæ, explicant Ignat. epist. ad Ephes., Irenæus lib. 4. cap. 34., Tertullian. lib. de resurrect. carnis, Cyprian. lib. de Cœna Domini, Nyssen. orat. catech. cap. 38., Cyril., Apollinar. in catena græca, aliique Patres apud Maldonat. Sicque de Eucharistia certò intelligendum, quod rursus Christus dicit Ψ . 59., *non sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortui sunt: qui manducant hunc panem, vivet in æternum.*

Ψ . 51. & 52. *Ego sum Panis vitæ, qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: Et panis, quem ego dabo, Caro mea est pro mundi vita.* Agitur de manducatione reali Corporis Christi. Prob. 1. ex Codicibus græcis etiam manuscriptis, inquit Maldonat., legentibus cum Theodoro in cap. 11. Jerem., Cyril., Theophyl., *Panis autem, quem ego dabo* (utique in ultima cœna ad manducandum) *Caro mea est, quam ego dabo, in ara crucis,* Cyril., Euthym. 2. Ex proprietate verborum totoque sequenti contextu: *Caro enim mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus,* Ψ . 56. *Qui manducat meam Carnem & bibit meum Sanguinem,* Ψ . 55. & 57.: unde de hac propria realis corporis Christi manducatione id intellexerunt Judæi idèò litigantes Ψ . 53., & discipuli inde graviter offensi Ψ . 61., imò Christum deferentes Ψ . 67.; neque tamen retractavit Christus, nec docuit solùm figuratè & impro-

priè sumendum, quod dixerat; sed confirmat
 ψ 54. 55. 56. 57. Prob. 3. ità hæc sunt interpretati
 PP. Orig., Cyprian., Hilar., Basil., Chrysoft.,
 Epiphani., Ambros., Aug. lib. 1. de peccatorum
 meritis cap. 20. & 24., lib. 1. contra Julian., &
 ferm. 2. de verbis Apostoli, concione 1. in Psalm.
 33., & in Psalm. 98., Hieron., Theophilus, Greg.
 Nyssen., Cyril., Procop., Gaudentius, Maxi-
 mus Taurinens., Leo, Prosper, Hesychius, Isi-
 dor., Euseb. Emiffenus, Cassiodor., Damasc.,
 Bernard., Theophylact., Euthym., Rupert., &c.
 citati apud Maldonat. hîc. Prob. 4. quia ità intel-
 lexerunt Concilia hunc locum citantia, Ephesin.
 in epist. ad Nestorium, Trid. sess. 13. cap. 2.,
 sess. 21. cap. 1., Cabilonense II. cap. 46., Seno-
 nense cap. 10. Itaque sicubi Patres aliqui id ex-
 plicant de mystica manducatione carnis Christi
 per fidem, vel Baptismum, ut Aug. 3. de doctrina
 Christiana cap. 6., Innocent. epist. ad PP. Conc.
 Milevit., Origen., Clemens Alexandrin., Le-
 ont., apud Maldon. ad ψ. 55., vel tantum dant
 ibi sensum non litteralem, sed aliquem spiritua-
 lem seu mysticum: vel explicantur non de *merè*
 mystica Corporis Christi in Eucharistia, sed de
 reali præsentia, quæ tamen simul sit mystica,
 seu mysterium fidei, & signum cruenti sacrificii
 in ara crucis; quòdque corpus sit manducandum
 non solum ore corporis, sed etiam ore fidei, &
 tamquam spirituale animæ nutrimentum: aut
 demum agendo de uno, non negant aliud: non
 verò, ut ψ. 53. & 61., Judæi crassi ac discipuli
 quidam existimabant, cruentis dentibus mastican-
 dum, aut brutorum instar. Vide ψ. 64.

ψ. 54. *Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis,
 & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam
 in vobis.* Hæc verba non significant, Eucharis-
 tiam esse necessariam ad salutem necessitate me-

dii. Habetur ex Trid. sess. 21. can. 4. definiente de parvulis : *si quis dixerit parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiae sumptionem, anath. sit.* Ratio additur cap. 1., *siquidem per Baptismi lavacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa aetate amittere non possunt.* Tum concludit : *neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit.* (dandi parvulis Communionem) *ut enim Sanctissimi illi PP. sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe, eos nullam salutis NECESSITATE id fecisse, sine controversia credendum est.* Ad S. Aug. lib. 1. de peccatorum meritis cap. 20. dicentem : *Dominum audiamus, non quidem hoc de Sacramento Lavacri dicentem, sed de Sacra Mensae, nisi manducaveritis Carnem &c. R. Eum conferre hunc textum cum illo de Baptismo, indeque nil ibi aliud velle, quam, Regnum Caelorum, &, salutem ac vitam aeternam, etiam pro infantibus, unum idemque significare; contra Pelagianos, qui parvulis, tamquam non obnoxii peccato originali, tribuebant ratione innocentiae innatae salutem & vitam aeternam; non verò Regnum Caelorum per Christum, si absque ejus Baptismo moriebantur.* Ac cæterum explicandus est *de necessitate participationis Corporis & Sanguinis Christi mysticæ, in Baptismo; quo solo salvari morientes parvulos, initio præmittit, cum & lib. 4. contra duas epistolas Pelagianor. cap. 22. dicat : nec illud cogitetis, parvulos vitam habere non posse, qui sunt expertes Corporis & Sanguinis Christi.* De adultis similiter argumentari licet, quòd in infantia justificatus per Baptismum salvetur, etsi, dum ad usum rationis pervenit, defectu opportunitatis, vel ob ignorantiam in-

IN CAP. VI. JOANNIS.
 culpabilem, Eucharistiam
 dicitur, ut illa verba
 necessitatem medi
 cessitatem præcepti
 tiam tamquam
 Vide S. Thom. 3.
 Suarez disp. 69. sect.
 Neque his verbis
 nec Sacerdotibus
 sub utraque specie
 1. Si quis dixerit
 tate salutis omne
 que speciem Eucharistiae
 bere; anathema sit.
 S. Ecclesiam C
 rationibus add
 clericos non
 specie commu
 ma sit. Probat
 "neque ex ser
 "ligitur, utrius
 "mino præcepti
 "SS. PP. & D
 "gantur: nam
 "tis Carnem fr
 "guinum, non
 "quoque: si
 "vet in aeternu
 "Caro mea est
 "ducat hunc p
 hæc verba sun
 tiam universa
 cipiunt ab alio
 doribus sacrif
 primoribus fil
 charitiam su
 spectant ling

culpabilem, Eucharistiam non sumpserit. Restat igitur, ut illa verba significant pro adultis, si non necessitatem medii latius sumpti, at saltem necessitatem præcepti divini accipiendi S. Eucharistiam tamquam spirituale animæ nutrimentum. Vide S. Thom. 3. p. q. 73. a. 3., & q. 80. a. 11., Suarez disp. 69. sect. 1. & 2.

Neque his verbis præcipitur non Sacerdotibus, nec Sacerdotibus extra sacrificium, Communio sub utraque specie: definiente Trid. sess. 21. can. 1.: *Si quis dixerit, ex Dei præcepto vel necessitate salutis omnes & singulos Christi fideles utramque speciem Eucharistiæ Sacramenti sumere debere; anathema sit.* Et can. 2.: *si quis dixerit, S. Ecclesiam Catholicam non justis causis & rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, sub panis tantummodò specie communicaret; aut in hoc errasse; anathema sit.* Probat cap. 2. & 1., ubi sic habet: "sed neque ex sermone illo apud Joan. 6. rectè colligitur, utriusque speciei Communionem à Domino præceptam esse, utcumque juxta varias SS. PP. & Doctorum interpretationes intelligantur: namque qui dixit: *nisi manducaveritis Carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Et, panis, quem ego dabo, Caro mea est pro mundi vita: & qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.* Itaque hæc verba sumi possunt, prout spectant Ecclesiam universam, non autem singulos; & sic præcipiunt ab aliquibus in Ecclesia, scilicet Sacerdotibus sacrificantibus, tamquam in eo munere primoribus filiis seu membris Ecclesiæ, sumi Eucharistiam sub utraque specie, Vasquez: aut ut spectant singulos Ecclesiæ, & sic obligant sin-

gulos ad sumendam sub aliqua specie; ita ut $\tau\delta$ & ϵ æquivalet $\tau\delta$ vel per Hebraïsmum usitatum, ut Exod. 21., *qui percusserit patrem & matrem*, id est, vel matrem, *morte moriatur*; aut ita, ut $\tau\delta$ non, inclusum in voce *nisi*, virtualiter præponatur utrique membro propositionis, sensusque sit; si non manducaveritis, & si non biberitis; sive, si neutrum feceritis. Cujus cæterum dispositionem Christus reliquit dispositioni Ecclesiæ, quæ justis de causis nunc prohibuit usum calicis, ut est in Trid. cit. cap. 2.

ÿ. 62. & 63. *Hoc vos scandalizat. Nempe, ut non credatis Carnem meam manducandam, bibendumque Sanguinem adhuc vobis præsentis? Si ergo videritis Filium Hominis ascendentem ubi, secundum divinitatem, erat prius? Quomodo credetis assumpti in cælos, ibique permanentis Corpus & Sanguinem sumenda in terris; cum hoc magis mirum videri possit, Maldon. : vel aliter; quasi dicat: tunc saltem credere debebitis, tam manifesto in ascensione omnipotentis Divinitatis meæ indicio convicti, vera me docuisse de Corporis Sanguinisque mei sumptione in Eucharistia, Cyril., Leont., Aug., Beda, Rupert.*

ÿ. 64. *Spiritus est, qui vivificat: caro non prodest quidquam. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Ergo, inferunt hæretici, Christus egit de manducatione Carnis tantum spirituali, sive ore fidei. R. Nego conseq. sensus enim est r. sola mea caro præcisè ratione sui non prodest ad dandam promissam vitam; sed ipsa vivificat etiam ratione spiritûs, sive ut unita est divinitati; unde verba, quæ ego locutus sum vobis, debent intelligi non de sola Carne, sed de illa, ut plena est spiritu vivificante divinitatis, Aug., Cyril., Leont., Rupert., Bernard. serm. 33. in Cantica, apud Maldonat. 2. *Caro non prodest**

IN CAP.
quidquam, carnali
manem modum
concilium & dent
ta mea intelligend
manducatione Ca
ta, non solo ore
& de Carne & Sa
nis & vini exite
do spirituali, im
tam apud Mald
Aug. in Psal.
thym. Sicque
nali nihil profu
spiritu intellig
nem Christi cr
dam fuisse à
rum sensus c
prian. lib. de c
prostratus jace
an Caro Christi
dum pro nobis
tione Christi, p
ÿ. 65. Scieba
murmurare inc
qui essent non c
detur Judas,
versionem à
proditionem:
& quis tradit
sum de solo Ju
nimis restrict
tes &c. & ÿ.
runt retro.
ÿ. 67. Num
gat Apostolos
tur, Chryf., I
ostenderet, C

quidquam, carnali modo sumpta, sive juxta communem modum manducandi carnem in frustra concisam & dentibus laniatam: non sic, sed verba mea intelligenda sunt spiritualiter, de reali manducatione Carnis meæ spirituali modo facienda, non solo ore corporis, sed etiam ore fidei, & de Carne & Sanguine reali sub specie aliena panis & vini existente quoad se invisibiliter, modo spirituali, impatibiliter; ita quoad substantiam apud Maldon. Hieron in cap. 1. ad Ephes., Aug. in Psal. 98., Chryf., Theophyl., Euthym. Sicque aptè respondetur Judæis sensu carnali nihil profuturo abundantibus, carentibusque spiritu intelligentiæ, & crassè putantibus, Carnem Christi crudam vel coctam dentibus laniandam fuisse à Christo propositam: qui etiam eorum sensus carnalis his verbis reprobatur, Cyprian. lib. de cœna Domini, Chrysof. Et ecce prostratus jacet hæreticorum Achilles. Et certè, an Caro Christi profuit ad nascendum, & patiendum pro nobis; & non, ex voluntate & institutione Christi, proderit ad manducandum?

¶ 65. *Sciebat enim ab initio Jesus*, antequàm murmurare inciperent, Chryf., Leont., Euthym., *qui essent non credentes*. Sub his comprehendi videtur Judas, qui jam tum, vel etiam antea, aversionem à Christo conceperit erupturam in prodicionem: quare & Evangelista addiderit, *Et quis traditurus esset eum*; & quia hunc versum de solo Juda intelligunt Aug. & Beda, etsi nimis restrictè, ut patet ex plurali, *non credentes* &c. & ¶ 67., *ex hoc multi Discipuli abierunt retro*.

¶ 67. *Numquid Et vos vultis abire?* Interrogat Apostolos, ne veluti vi retinere eos videretur, Chryf., Euthym.; sed ut liberum arbitrium ostenderet, Cyprian. lib. 1. epist. 3.; tum ut in-

524 IN CAP. VI. JOANNIS.

dicaret se eorum operâ non indigere, Chryf., Theophyl., Euthym., Leont.; item ut eos in fide confirmaret, Cyril., Rupert.

ŷ. 68. *Respondit ergo Simon Petrus*, quasi omnium interrogatorum nomine, ut probat in plurali *ad quem IBIMUS? nos credidimus & cognovimus*, Cyprian. lib. 4. epist. 10., Cyril., Aug., Theophyl., Euthym.; tamquam Apostolorum princeps, Cyril.

ŷ. 71. *Nonne ego vos duodecim elegi*, ad Apostolatam, etiam Judam, & quidem tunc probum & idoneum, juxta Hieron., Tertull., Cyril., Leont., Ammon., apud à Lapid. contra Aug.; & tamen, *ex vobis unus diabolus est*, imitatione filius diaboli Judas, traditor futurus, ut est ŷ. 72. Audi Cyril.: *quis traditurus sit, clarè non dicit, sed uni generaliter tantæ impietatis onus imminere affirmans, sollicitos omnes reddit*; ne sibi fidant, aut gloriantur de præclara fidei confessione per Petrum: vel etiam, juxta Chryf., Theophyl., Euthym., ut Petrum dicentem, *nos credidimus*, nempe omnes, corrigat; quod unus inter illos sit Judas, qui non credit. Censent Hieron. & Beda apud Maldon. in Matt. 26. ŷ. 49., Judam miracula Christi magicis artibus tribuisse: cum quo tamen stare potest, ut aliquando crediderit Christum saltem esse Prophetam.

CAPUT VII.

Christi conciones in templo festo Scenopægiæ.

V Erf. 2. *Scenopægia*, id est, Tabernaculorum fixio, quæ celebrabatur septem diebus à decima quinta septimi mensis Tisri, de qua Levit. 23. à ŷ. 34., nostro mense Septembri, anno Christi 33., prædicationis 3.

IN CAP.
ŷ. 3. *Dixerunt*
ut Cyril., Leont.
fili Josephi, ut
concives, vel ut
nati vel affines
cobo, Juda &c.
mentatur Rupert.
nos credidimus &
filius Dei: h
ut ŷ. 5.
Transi hinc, &
mam nimirum
tibi in festis sol
doctrina tua
te quaquavers
id est, mira
produunt;
ŷ. 4. *Nem*
querit ipse in
hominibus re
Christum cup
ut tu nunc fa
angulo Galilæ
nium versari
næ laudis stud
gloriæ ex mi
cognatos vel
de Christo ta
Chryf., Euth
ŷ. 5. *Neg*
eum. Ecce al
solyman; ut
Doctores, q
censuram sibi
tur; quia cre
tosolyms or
ŷ. 6. *Tem*

ψ. 3. *Dixerunt autem ad eum fratres ejus, non, ut Cyril., Leont., Euthym., perperam volunt, filii Josephi, ut diximus Matth. 13. ψ. 55.; sed concives, vel ut habet Aug., quidam ejus cognati vel affines; iique distincti ab Apostolis Jacobo, Juda &c. : quia Apostoli, ut rectè argumentatur Rupert., jam cap. 6. ψ. 70. dixerant; nos credidimus & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei: Hi autem non credebant, ut patet ψ. 5.*

Transi hinc, & vade in Judæam, Hierosolymam nimirum, ut & discipuli tui, qui isthic tibi in festis solemnibus eò ascendenti credere, & doctrinæ tuæ adhærere cœperunt, neque tamen te quaquaversum sequuntur, videant opera tua, id est, miracula. Rationem id suadendi ultrâ produnt;

ψ. 4. *Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse: id est, nemo nosci ab hominibus recipique cupiens (ut satis videbant Christum cupere) virtutem suam clam ostendit, ut tu nunc facis coram pauperibus discipulis in angulo Galilææ: sed magis quærit, in ore omnium versari, Leont. En ulcus ambitionis & vanæ laudis studium, quo volebant partem aliquam gloriæ ex miraculis Christi in se tamquam ejus cognatos vel concives redundare, terrena etiam de Christo tamquam gloriæ cupido sapientes, Chryf., Euthym.; & vide ψ. 6.*

ψ. 5. *Neque enim fratres ejus credebant in eum. Ecce altera causa suadendi itionem Hierosolymam; ut, quoniam ibi erant Legisperiti ac Doctores, qui doctrinæ omnis, & miraculorum censuram sibi vendicabant, ibi de his decerneretur; quia credere non audebant, antequàm Hierosolymis omnia probarentur, à Lap.*

ψ. 6. *Tempus meum nondum advenit; quod*

ŷ. 8. dicit, *meum tempus nondum impletum est*, scilicet me manifestandi, Cyril. & Ammon.; item gloriæ, sed alterius, quam de qua vos cogitatis, Aug., Rupert., Beda: item, *tempus meum nondum advenit*, mihi commodum, quo tutò eam Hierosolymam propter Judæos volentes me occidere; præbuit enim hic quæ homo exemplum sævientium adversariorum insidias declinandi, juxta Aug. & Bedam. *Tempus autem vestrum*, captandæ vanæ gloriæ, *semper est paratum*; ità Aug., Rupert., Beda. Item *vestrum* eò eundi, utpote quibus nihil ibi est periculi, quos tamquam mundanos *non potest mundus odisse*, ut sequitur ŷ. 7., Chrysof., Cyril. His de causis,

ŷ. 8. *Ego autem non ascendo ad diem festum istum*, subintellige (ubi est restrictio, proin quandoque licita) *vobiscum, & palam*, ut & habetur ex ŷ. 9. & 10., nec ad gloriam, ut vos vultis, aucupandam; item, donec sinam adversariorum iram subsidere, secundum Aug., Leont., Chryf., Theophyl., Euthym. Notandum autem, retinendam hic esse lectionem communem, *non ascendo*, cum vetustis codicibus, Latinis commentariis & autoribus, cum Cyril., Euthym., Beda, Strabo, Rupert., non verò cum multis Græcis Codicibus, antiquo vaticano, Nonno, Chryf., *nondum ascendo*; aut cum Ammon. & Leont., *non ascendo nunc*: id enim si dixisset, intellexissent utique fratres, paulò post ascensurum esse, & sine illo non ivissent, sed expectassent; simpliciter verò non ascensurum putarunt; ità Maldonat.

ŷ. 9. & 10. *Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilea. Ut autem ascenderunt fratres ejus, verosimiliter aliquot ante festum diebus, tunc & ipse, non ità diu post ipsos, ascendit ad diem festum, NON MANIFESTE sed quasi in occulto, con-*

mens se in tabernaculo
 urbe amici alicujus
 murmur ŷ. 11., ubi
 parant, ubi est ille
 ante Sabbati, ju
 ŷ. 12., in die terti
 te, dicente Chryf.,
 crebantur, & festi
 quasi è latebris pro
 Christum ascendisse
 primo die celebr
 Cyril., Ammon
 donato, à Lap.
 tus legis observ
 habitabit in
 Quia aliàs ipse
 habuissent Phari
 dicitur ascendisse
 verat se ascensur
 modo dicto neg
 diem festum qu
 illi Patres velint,
 illud Festum pal
 ŷ. 13. Nemo
 subintellige bene
 etum Judæoru
 principum Judæ
 me de Christo
 Theophyl.
 ŷ. 14. Jam an
 marto die Festi
 a templum, &
 Lap.; ubi Syrus
 amidiati essent
 ŷ. 15. Et mir
 teorum, dicent
 bætè loquens

tinens se in tabernaculo suburbano, vel in ipsa urbe amici alicujus aut discipuli. Ac deinde (cùm murmur ψ . 11., ubi & ex odio & contemptu quærunt, *ubi est ille?* Ac si dicant seductor, violator Sabbati, juxta Chryf., Theophyl., Leont.; & ψ . 12., in die festo de ipso ortum jam quiesset, dicente Chryf., *in die festo semper ad eadem ferebantur, & festis eum diebus capere tentabant*) quasi è latebris prodiit, sicut habetur ψ . 14. Porrò Christum ascendisse ad integrum festum, etiam à primo die celebrandum, contra Eucher., Aug., Cyril., Ammon., probatur cum Toletò, Maldonato, à Lap. 1. Quia Christus fuit semper exactus legis observator, adedque & hujus Levit. 23., *habitabit in umbraculis SEPTEM DIEBUS.* 2. Quia aliàs ipsum criminandi occasionem inde habuissent Pharisei. 3. Quia ad illud festum ψ . 9. dicitur ascendisse, ad quod ψ . 8. rogatus negaverat se ascensurum cum fratribus: atqui ψ . 8. modo dicto negaverat se ascensurum ad totum diem festum quo fratres iverant: ergo. Nisi tamen illi Patres velint, Christum non celebrasse totum illud Festum palàm.

ψ . 13. *Nemo tamen palàm loquebatur de illo,* subintellige bene, cùm Aug. & Beda, *propter metum Judæorum*, id est, Christo adversantium Principum Judæorum, qui opponuntur turbæ bene de Christo clàm ex metu loquenti; Chryf., Theophyl.

ψ . 14. *Jam autem Festo die mediante,* id est, quarto die Festi Tabernaculorum, *ascendit Jesus in templum, & docebat,* publicè, Maldon. & à Lap.; ubi Syrus & Arabicus habet, *cùm autem dimidiati essent dies festi.*

ψ . 15. *Et mirabantur Judæi, Principes Judæorum, dicentes; quomodò hic litteras scit, tam doctè loquens* (ut coguntur ipsi fateri) *cùm*

non didicerit, in scholis nostris? Quod ipsum debuisset esse incitamentum fidei, odio cœcis dat occasionem stupidæ ac sterilis admirationis, Chrysof. Ad hoc,

ŷ. 16. *Respondit eis Jesus*, quæ est mea doctrina, Hominis Dei, non est mea doctrina, nempe simplicis Hominis, qualem vos me existimatis; cùm & divinam, & increatam originaliter à Patre accipiam, unus cum ipso naturâ Deus, alius Personâ, Aug. 1. de Trinit. cap. 11. & 12., Ambr. 2. de fide cap. 4., Chryf., Leont., Euthym.; creatam verò habeam infusam in unione hypostatica; adedque etiã sic, *mea doctrina non est mea*, seu acquisita in scholis, aut arte humanâ; *sed ejus, qui misit me*, verax Pater. Rectè Aug. hic: *quia Verbum non potest esse nullius, sed alicujus: & suam doctrinam dixit se ipsum, & non suam, quia Patris est Verbum. Quid enim tam tuum, quam tu: & quid tam non tuum, quam tu, si alicujus es, quod es?* Voluit, inquit Cyril. & Ammon., doctrinam, quam sibi ipsi tamquàm Deo explicitè tribuere potuisset, Patri tribuere, ut plus apud Judæos haberet autoritatis, crederentque suam doctrinam esse à Deo. Id ŷ. 17. ipsos experturos esse asserit, *si quis voluerit voluntatem ejus facere*, mandata Patris servando, odium erga se deponendo, audiendo sincero animo; ità Chryf., Theophyl., Euthym., Rupert. Dicta, secundùm eosdem Patres, probat ulterius:

ŷ. 18. *Qui à semetipso loquitur &c.* Hæc latet vis argumenti: qui ex se loquitur, tamquàm suæ doctrinæ autor & inventor, gloriam suam quærit, juxta ordinarios hominum mores: atqui ego non quæro gloriam meam: ergo ex me ipso tamquàm simplex homo non loquor. Rursus; qui non quærit gloriam suam, sed gloriam Dei,

is

vera dicit, & non
gloriam meam, se
ego vera dico, nec
me est; ità Rupert.
natur ad ŷ. 16.
no esse suam. Et v
ŷ. 19. & 20. Non
nemo ex vobis faci
legem me quæ
textu legis Sabb
Theophyl., E
antis Christi ve
quitur, & reto
tingit Sacerdot
quaces, turbæ pe
turba, quæreban
Sabbatum identic
iūs ad præfens in
Maldon.; & ne
quidem ego ea
meritis interfecer
ŷ. 21.
Respondit turba
Chryf. enim, The
Rupert., de Sacer
intelligunt. Dici
per quosdam d
ab homicidio e
simulari arbitrab
& contumelios
quis te quæ
id est, prove
demon inspira
de vero dām
ŷ. 21. Unum
Sabbato, de quo
de alio simili

is vera dicit, & non fallit : atqui ego non quæro gloriam meam, sed ejus, qui misit me Patris : ergo vera dico, nec injustitia doli aut fallaciæ in me est ; ita Rupert. Hæc conformiter intelliguntur ad ψ . 16., ubi dicit, suam doctrinam non esse suam. Et vide cap. 8. ψ . 50.

ψ . 19. & 20. *Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Dum vos ipsi contra legem me quæritis interficere innocentem ; prætextu legis Sabbati à me violatæ, Aug., Cyril., Theophyl., Euthym., Leont. Itaque affirmantis Christi verba sunt censenda, quibus alloquitur, & retorquens violationem legis perstringit Sacerdotes ac Pharisæos, eorumque sequaces, turbæ permixtos : hi enim, non simplex turba, quærebant illum interficere, & violatum Sabbatum identidem objectabant. Melius & præfatus ad præsens institutum violationis Sabbati sic Maldon. ; *& nemo ex vobis facit legem Sabbati ; siquidem ego eam non servo : ergo, quid me quæritis interficere?* antecedens probat Christus à ψ . 21.

Respondit turba, id est, jam dicti de turba : Chryf. enim, Theophyl., Euthym., Cyril., Aug., Rupert., de Sacerdotibus, Scribis & Pharisæis intelligunt. Dicit tamen potest cum Leont., in super quosdam de simplici turba, cum alienos se ab homicidio esse sentirent, cujus se à Christo insimulari arbitrabantur, & ipsos irritatos, acerbè & contumeliosè respondisse : *dæmonium habes, quis te quærit interficere? dæmonium habes*, id est, proverbialiter, insanis ; vel etiam, id tibi dæmon inspirat : at Leont., Aug., Rupertus de vero dæmonio interpretantur.

ψ . 21. *Unum opus feci*, sanationis paralytici Sabbato, de quo cap. 5. ; nisi quis potius agi putet de alio simili proximiori miraculo non scrip-

to; cum à priori jam annus & dimidius esset elapsus: & omnes miramini, indignantes. Chryf., *perturbamini & tumultuamini*. Cyril., *damnatis*. Euthym., *queritis me interficere*.

ŷ. 22. & 23. Propterea, quasi dicat, ut mirari, meque ad necem persequi desinatis, attendite ad sequens contra vos argumentum, Euthym. *Moses dedit vobis Circumcisionem.... Si Circumcisionem accipit homo in Sabbato, die octavâ à nativitate in Sabbatum incidente, ut non solvatur Lex Moysi, de Circumcisione facienda octavo die, quæ tamen magis est opus servile, infligendo vulnus, sanguinem sistendo, circumligando, exuendo & induendo puerum, mihi indignamini, quia, solo verbo, totum hominem, quoad corpus, imò etiam quoad animam, Aug., Beda, sanum feci in Sabbato, quo utique licet benefacere! ergo vel me absolvite, vel vos ipsos violatæ legis Sabbati, ac mortis reos judicate: atqui vos in hoc rei non estis: ergo nec ego; Aug., Leont., Cyril., Chrysof.* Quod quasi per parenthesis addit, *non quia ex Moysse est, intellige, primò, sed ex Patribus* Circumcisio; nempe prius data Abraham, Isaac & Jacob, Genes. 17. ŷ. 10., 21. ŷ. 4., quam dein Moyses cum lege solemnitus indixit Levit. 12. ŷ. 3.

ŷ. 27. *Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit, unde sit, quâ patriâ, quibus parentibus ortus: quod hic imperiti quidam dixerint, fortè ex malè intellectis verbis Isaia 53., generationem ejus quis enarrabit? Quæ, teste Aug., Leont., Theophyl., de Divinitate sunt. Peritiores autem alii satis sciverunt, Christum de semine David, & in Bethlehem nasciturum; quales & fuere, qui infra ŷ. 42. aiunt: Scriptura dicit: quia ex semine David & de Bethlehem castello venit Christus.*

ŷ. 28. *Et me scitis*
unde sim secun-
tempe filius, è Nari-
conceptione & habi-
tem autem nescitis
quia occultior mili-
tè à me ipso non ve-
sio de me testimonio
et me, quem vos ne-
pabiliter errantes no-
lam; adedque Pa-
scitis, et si eum
ŷ. 23.

ŷ. 33. *Abhuc*
& vado ad enim
Aug., Beda, I
captivitas mea
capiendum festin-
tigit proximo Pa-

ŷ. 34. *Quere*
à morte redivi-
utpote extra tela
ascensurum, ita B
Theophyl., Eut
co meam præfer
infrat; e.g. in e
Aug. & Beda, m
compuncti deside
nunc presentem
dum Divinitatem
dum humanitatem
conscendere, si
ad jam dictam P
solatium vestru
fidelitate & cul
te sequitur cap
in cœlum, ha

IN CAP. VII. JOANNIS. 531

¶. 28. *Et me scitis, & unde sim scitis*; quis & unde sim secundum humanitatem, Mariæ nempe filius, è Nazareth, Galilæus (qualis erat conceptione & habitatione) secundum Divinitatem autem nescitis; ita Aug., Beda, Rupert.; quia occultior mihi est origo: sequitur enim: *& à me ipso non veni; sed est verus*, etiam in suo de me testimonio, Matt. 3. ¶. 17., *qui misit me, quem vos nescitis*, Patrem, dum me culpabiliter errantes negatis ejus Filium, ab eo missum; adedque Patrem ne quidem ut Deum fide scitis, etsi eum colere profiteamini. Vide cap. 5. ¶. 23.

¶. 33. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum; & vado ad eum, qui me misit*. Chryf., Leont., Aug., Beda, Rupert., nondum adest tempus captivitatis meæ aut mortis; frustra igitur ad me capiendum festinatis; sed brevi aderit: quod contigit proximo Paschate, Euthym.

¶. 34. *Quæretis me, rursus ad necem, cum à morte redivivum audietis, & non invenietis*, utpote extra tela furoris vestri gloriosè ad Patrem ascensurum, ita Rupert. Vel cum Chryf., Leont., Theophyl., Euthym., quæretis, cupietis aliquando meam præsentiam corporalem & opem, sed frustra; e.g. in eversione Hierosolymæ. Vel cum Aug. & Beda, multi vestrum post mortem meam compuncti desiderabitis me videre & audire, quem nunc præsentem spernitis. *Et ubi ego sum, secundum Divinitatem in cælo, & brevi ero secundum humanitatem, vos non potestis venire*, seu conscendere, sive ad amplius nocendum, sive ad jam dictam præsentiam meam, opem, aut solatium vestrum: vel meliùs, quia, vestra infidelitate & culpâ estis æternum damnandi; prout & sequitur cap. 8. ¶. 21. Agi autem de ascensu in cælum, habetur ex cap. 13. ¶. 33., ubi ait

532 IN CAP. VII. JOANNIS.

Christus; sicut dixi Judæis: quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò; quamvis alio modo, de quo ibi: atqui Apostolis loquebatur de ascensu in cœlum: ergo etiam hîc Judæis.

ψ. 37. In novissimo autem die magno festivitatis, Scenopegiæ, qui erat septimus, juxta Theophyl. & Euthym., vel potius octavus, septem prioribus adjectus ad complementum, Levit. 23. ψ. 36., dictus celeberrimus atque sanctissimus. Si quis sitit, cœlestem doctrinam, gratiam, spiritum, beatitudinem, veniat ad me, fontem aquæ vivæ, & bibat, credendo: sequitur enim:

ψ. 38. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, non quoad verba, sed sensum, Joël 2. ψ. 28., Isaïæ 41 ψ. 18., & 55. ψ. 1., Ezechiël 11. ψ. 19., & 36. ψ. 25. Flumina, ut significetur redundans copia, Origen. hom. 12. in Numeros, Chryf., Leont., Euthym.; de ventre ejus, quâ Hebraicâ phrasi intima hominis pars metaphoricè intelligitur, nempe ratio & voluntas, ut exponit Elias Cretensis, five cor, ut Chryf., Theophyl., Euthym., Leont.; & animi conscientia, ut Aug. & Beda, fluent, abundantissimè, non sibi tantum, sed & aliis, Ammon.; aquæ vivæ, gratiarum, omniumque donorum Spiritûs S., ut explicatur ψ. 39., Origen. citat., Hieron. q. 9. ad Hediabiam, Chryf., Leont., ac doctrinæ Evangelicæ, ut in Apostolis, Ambros. lib. 10. epist. 82., Gregor. lib. 18. in Job, Nazianzen. de Theologia, Rupert.

ψ. 39. Nondum enim erat spiritus datus, visibiliter, & cum tanta plenitudine, sicut in Pentecoste, & deinceps; quia Jesus nondum erat glorificatus, & exaltatus, 1. per crucem, Leont., Theophyl., Euthym., Rupert. 2. Per resurrectionem, Aug., Beda. 3. Per ascensionem, de

IN CAP. VII.
Christus cap. 16.
deus non venit ad
ψ. 8., ascendens in
: prout Reges vi
munera solent
ψ. 41. Numquid
quasi dicant; minim
Pharisæi ψ. 52. di
m surgit: cum ex
Christus Naz
ψ. 52. Numquid
exprobrant Nic
ropensum, ac si
riæ deceptus Ch
piat, Maldon.
ψ. 53. Et, sic of
sis ψ. 32. ministr
comprehensum,
plis seductis inte
verbæ diversa ho
t è qua ψ. 31.
quos proin ψ. 49.
opto maligno Cor
isque in domum
um cap. sequent

C A P.
Mulier in adulter
guit Judæos, d
dare d
Cœlesia in Co
quis autem li
us partibus, pro
verunt, & in
pro Sacris

qua Christus cap. 16. ψ . 7., *si non abiero, paraclitus non veniet ad vos.* Et Apostolus ad Ephes. 4. ψ . 8., *ascendens in altum, dedit dona hominibus* : prout Reges victis hostibus regnum ineuntes munera solent in populum spargere.

ψ . 41. *Numquid à Galilea venit Christus?* Quasi dicant; minimè : in quo ipsi errant, uti & Pharisei ψ . 52. dicentes : *à Galilea Propheta non surgit* : cum ex testimonio Prophetarum dicatur Christus Nazaræus vocandus Matt. 2. ψ . 23.

ψ . 52. *Numquid & tu Galilæus es?* Indicant & exprobrant Nicodemo, eum in Christum esse propensum, acsi Galilæus esset, qui amore patriæ deceptus Christi Galilæi patrociniū suscipiat, Maldon.

ψ . 53. *Et, sic offensi Nicodemo, tum etiam missis ψ . 32. ministris, quia ψ . 45. non adduxerant comprehensum, & quibus ψ . 47., tamquam & ipsis seductis interrogando exprobrant; nec non turbæ diversa hoc cap. murmuranti & sentienti, & è qua ψ . 31. multi crediderunt in eum, & quos proin ψ . 49. maledictos pronunciant, abrupto maligno Concilio, invidi, reversi sunt unusquisque in domum suam.* Pro hoc versu vide initium cap. sequentis.

CAPUT VIII.

Mulier in adulterio deprehensa. Docet & redarguit Judæos, à quibus volentibus eum lapidare abscondit se Christus.

Ecclēsia in Concilio Trid. sess. 4. definit : *si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata editione habentur, pro Sacris & Canonicis non susceperit,.....*

anathema sit. Atqui talis pars Evangelii Joannis, & quidem valde notabilis, est hæc historia adulteræ : ergo est canonica (simile dicendum de ψ . ultimo cap. præcedentis) addo auctoritatem, cum Latinis codicibus, & Arabico, ac Græco Ariæ Montani, eam legentium aut interpretantium Patrum, qui sunt Papias Joannis Evangelistæ Discipulus, Ammonius, Athanasius citatus à Chrysostomo hom. 60. in Joan., Ambros., Aug., Prosper, Idacius, Sedulius. Scribit Hieron. lib. 2. contra Pelag., eam in multis Græcis & Latinis exemplaribus haberi. Quomodo autem ex præsertim Græcis codicibus, & vaticano, exciderit hæc historia, cujus nec Syrus meminit, nec 23. Autores in Catena Græca, non Origenes, Clemens Alexandrin., Chrysost., Nonnus, Theophyl., incertum est. Conjicit Maldonat., quem de his vide, ab audaci aliquo Græco olim expunctam, ac Papiæ tributam.

ψ . 1. & 2., *Jesus autem perrexit in Montem Oliveti. Et diluculo iterum venit in Templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.* Proin postridie sermonis cap. præcedentis.

ψ . 5. *Moyse mandavit nobis hujusmodi lapidare.* Lex, Levit. 20. ψ . 20., tantum decernit pœnam mortis, nullâ factâ mentione lapidationis. Verosimiliter ergo Judæi lapidationis legem vel ex traditione habuerint, vel collegerint ex Scriptura Deuteron. 20. ψ . 10., in simili sponsæ ob adulterium lapidandæ : unde & seniores apud Daniëlem hanc pœnam talionis lapidationem subierunt.

ψ . 6. *Ut possent accusare eum, tentatores, vel inclementiæ, si mortis sententiam ferret, qui se misericordiam velle profitebatur, & cap. 3. ψ . 13., non ad judicandum venisse dixerat; vel con-*

IN CAP. VIII. JOANNIS.
 optæ legis, si, ut
 odam negaret, Au
 Ast eos sapienter
 endo: nam, de
 & sive tantum
 men significatio
 re pavimenti lapid
 dicitur; hand dubie
 ans; fortè illud J
 derelinquunt, co
 terra scribentur
 um aquarum vire
 on. lib. 2. contr
 consensu cap. 10
 dicendum, acc
 scriberet, nec,
 lum, ne sua vi
 exivissent. Quar
 ponsum, persev
 à importunè co
 ant Euthym. & h
 lind agendo, ca
 eri contemnerè.
 y. 9. Unus pos
 eri, se sine pecc
 conscientia pun
 à Christo vulg
 quòd, ut ait
 mæti, vel prio
 reluti prudentior
 nis, magis suæ f
 hoc illorum q
 secessu monstra
 plena fœtore pe
 omnibus accusa
 & mulier in me
 & Apostolorum
 tum.

temptæ legis, si, ut futurum expectabant, lapidandam negaret, Aug., Rupert., Euthym., Beda. Ast eos sapienter elusit Christus neutrum respondendo: nam, *digito scribebat in terra*, uti & v. 8., sive tantum delineaverit characteres, verè tamen significativos; sive eos efformarit in pulvere pavimenti lapidei sub dio. Quid scripserit, nescitur; haud dubiè tamen aliquid ad rem pertinens; fortè illud Jerem. 17. v. 13., *omnes, qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum*, ut sentit Hieron. lib. 2. contra Pelagian., & Aug. lib. 2. de consensu cap. 10. Verùm ex eo, quod sequitur, dicendum, accusatores non intellexisse, quid scriberet, nec, nisi v. 9., suspicatos esse periculum, ne sua vitia manifestarentur; citius enim exivissent. Quarè cogitantes, eum declinare responsum, perseverant v. 7., interrogantes, atque ita importunè compellunt ad respondendum. Putant Euthym. & Beda, Christum scriptione, quasi aliud agendo, captiosam quæstionem voluisse videri contemnere.

v. 9. *Unus post unum exhibant*, non ausi profiteri, se sine peccato esse, & Christi verbis, ac conscientiam puncti, timentes, ne, si persisterent, ea à Christo vulgarentur. *Incipientes à senioribus*, eò quòd, ut ait Ambros., pluribus sceleribus infecti, vel priores vim intelligentes sententiæ, veluti prudentiores, cum majoris essent auctoritatis, magis suæ famæ timerent. Ex verbis Christi & hoc illorum quasi clanculario unius post unum secessu monstrantur sepulchra dealbata, intus plena fœtore peccati. *Et remansit solus Jesus*, omnibus accusatoribus & tentatoribus dilapsis, & *mulier in medio stans*, nempe loci, ac turbæ, & Apostolorum, hic, ut aliàs, Christo præsentium.

536 IN CAP. VIII. JOANNIS.

ŷ. 11. *Nec ego te condemnabo. Vade, & jam amplius noli peccare*, considerans è quanto ereptas periculo. *Quoniam misericors & pius est, præterita relaxat: quoniam justus est, ne amplius jam peccet interdicit mulieri conversæ per pœnitentiam*, Beda.

ŷ. 12. ITERUM ergo locutus est eis *Jesus*, resumens doctrinam interruptam introductione mulieris adulteræ, à Lap. *Ego sum lux mundi, &c.* de hac Luce & tenebris metaphoricis vide Joan. cap. 1.

ŷ. 13. *Dixerunt ergo ei Pharisei*, non illi accusatores nempe, qui verbis Christi perculsi abierant; sed alii quidam, qui audiendi vel calumniandi causâ in concione erant vel remanserant.

ŷ. 14. *Verum est testimonium meum: quia scio, unde veni, & quò vado*, Deus Filius missus à Deo Patre, ut sequitur ŷ. 16. & 18., & sentiunt Chryf., Theophyl., Euthym., Ammon., Leont., Aug., Beda. Vide cap. 5. ŷ. 31.

ŷ. 15. *Vos secundum carnem judicatis, i. meam, quam in me videtis quasi simplice homine*, Ammon., Leont., Aug., Theophyl., Euthym. 2. *vestram, id est, secundum carnales sensus & affectus vestros*, Chryf. *Ego non judico quemquam, secundum carnem sive meam ut simplex homo*, Elias Cretenf. Orat. 4. de Theologia & Nazianzen.; *sive vestram, adedque non erroneè & falsò, ut vos facitis*, Aug., Beda, Rupert. Quamquam Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. hoc intelligunt absolutè.

ŷ. 16. *Et si judico ego, utique non ut ŷ. 15. vos de me, judicium meum verum est, quia &c.* ad sensum etiam Patrum ŷ. 14.

ŷ. 19. *Ubi est Pater tuus?* Elicere cupiunt clarum responsum, quo asserat Patrem suum esse in Cœlo Deum, ad ipsum accusandum ut Blas-

IN CAP.
memum, aut lapidat
Chryf., Theophyl.,
obscure &
subintellige
Leont., Theophyl.
Deum, neque
me sciretis, Deo
imitur, ut dixim
utique) &
Deum: cum
aliter correlativa
ŷ. 21. Dixit
gen. in eadem e
alper interrup
vado, & quare
& in peccato v
ŷ. 24. repetens
ego sum, qui sum
ut sequitur ŷ.
ad cœlum, v
damnandi.
ŷ. 25. Tu qu
res & contempto
ni Jesus: Pri
Deus, ita Amb
de Trinit. cap.
Prosper in Com
lib. 5. de confid
textum non mu
recognovit: &
quo Græci abe
quamvis nobisc
filius apud Ma
tate humilis,
ŷ. 26. Quæ
suam Filii à Pa
cap. 5. ŷ. 19. 2

phemum, aut lapidandum, sicut cap. 10. ψ . 31., Chryf., Theophyl., Euthym., Rupert. Respondit *Jesus*, obscure & tantum indirectè: *neque me scitis*, subintellige, secundum Apollinarium, Leont., Theophyl., Euthym., Aug., Bedam, esse Deum, *neque Patrem meum*, Deum: quia, *si me sciretis*, Deum, *forsitan* (quæ particula sumitur, ut diximus Matt. 11. ψ . 21., Græcè est $\alpha\upsilon$, utique) & *Patrem meum sciretis*, esse in cælo Deum: cum & Pater & Filius sint essentialiter correlativa.

ψ . 21. Dixit ergo iterum eis *Jesus* (juxta Origenem in eadem concione, quam scilicet aliquantisper interrumpit Evangelista verbis ψ . 20.) *ego vado, & quæretis me*. Vide cap. 7. ψ . 33. & 34. *& in peccato vestro moriemini*, nempe, ut idem ψ . 24. repetens, addit: *si non credideritis, quia ego sum*, qui sum, Deus, & Christus Homo Deus, ut sequitur ψ . 25., & sic, quò ego vado, brevi ad cælum, vos non potestis venire, æternum damnandi.

ψ . 25. TU quis es? Ac si dicerent insidiatores & contemptores, ut credamus, Aug. Dixit eis *Jesus: Principium*, Creator rerum omnium, Deus, ita Ambros. 3. de fide cap. 4., Aug. 5. de Trinit. cap. 13., Fulgent. lib. 2. ad Thrasim., Prosper in Commentar. in Psal. 109., Bernard. lib. 5. de consideratione, Rupert., Hieron., qui textum non mutavit, dum veterem editionem recognovit: & sensus clarus est præ Græco, è quo Græci abeunt in varias interpretationes, quamvis nobiscum eodem ferè redeunt. Hæc fusiùs apud Maldonat. *Qui &*, assumptâ humanitate humilis, *loquor vobis*, Aug., Beda.

ψ . 26. Quæ sunt usque ad ψ . 30., ubi docet suam Filii à Patre Divinitatem, similia sunt dictis cap. 5. ψ . 19. 20. 30. Quod habetur ψ . 28., *Cum*

538 IN CAP. VIII. JOANNIS.

exaltaveritis Filium hominis, in cruce, tunc cognoscetis, quia ego sum, Dei Filius, Messias, prout id intelligunt Chrysof., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., Ammon., Aug., Beda, Rupert., hoc, inquam, impletum est Marci 15. v. 39., Lucae 23. v. 48., Actor. 2. v. 41., ubi uno die 3000. convertuntur, Actor. 4. v. 4.: scribitque Aug., videbat ibi aliquos post passionem credituros.

v. 31. &c. Dicebat ergo Jesus ad eos, qui crediderunt ei, Judaeos, de turba nempe, quæ passim opponitur incredulis principibus Judæorum; Veritas liberabit vos, id est, Filius, ut dicitur v. 36., si ergo vos Filius liberaverit, verè liberi eritis; ita Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym. Item veritas doctrinæ, quam credere cœpissent, prout explicant Aug., Beda, Rupert., ex servis liberos faciet, eripiendo è servitute peccati: nam & Judæis v. 33., replicantibus, quod omnes ingenui essent Abrahæ posteri, & nullius servituti subjecti (etsi enim Romanis subditi, nondum tamen servi erant vel mancipia, sicut deinde, quando à Tito subacti sunt) Christus v. 34. illos servos, licet non hominis, peccati tamen esse innuit; ideoque v. 35., non semper in Ecclesia mansuros; prout manet Filius heres in domo, qui possit liberare, Christus, seu à servis peccati liberos facere, Cyril., Leont., Aug., Beda. v. autem 37. &c., Abrahæ quidem posteros secundum carnem fatetur, sed non secundum opera seu spiritum repromissionis; at imitatione patris diaboli filios esse probat, ed quod innocentem quærentes interficere; quia sermo meus non capit in vobis, subintellige, locum, veritati rebellibus. Putant Orig. & Chryf., eosdem hic voluisse interficere Christum, qui v. 30. in illum crediderant, tam brevi intervallo mu-

IN CAP.
 Crederim
 illis multo plures
 erba, veritas liber
 imentes, etiam
 Christum.
 v. 41. Dixit
 sumus nati, si
 cundum religionem
 aram; passim
 vocatur fornicatio
 num Patrem hab
 nostræ: nihil ig
 de Patre, sive
 stom intelliger
 secundum spiri
 senserant. Et f
 Vide Maldona
 explicant, ac si
 esse de adulter
 Deum falsò P
 v. 43. Quare
 intelligendo & e
 est legendum cu
 Beda, Theophyl
 dat: quia non
 id est, quia, cum
 nures quidem
 tis, ut intelligi
 Leont. Quia co
 Aug.
 v. 44. Vos ex
 natione, adopti
 ritatis, & homic
 Epiphani. hære
 ille homicida
 secundum O
 causa fuit mo

tati. Crediderim cum Maldonato, quibusdam ex illis multò plures alios adfuisse, qui & ad illa verba, *veritas liberabit vos*, se ingerentes ac subfumentes, etiam deinceps responderint contra Christum.

Ÿ. 41. *Dixerunt itaque ei : nos ex fornicatione non sumus nati*, sive secundum carnem sive secundum religionem, id est, non sumus filii Idololatrarum; passim enim in Scriptura Idololatria vocatur fornicatio; ità Aug. : & quia addunt; *unum Patrem habemus Deum*, Patrem religionis nostræ : nihil igitur habes, quod nobis objicias de Patre, sive secundum carnem, de quo Christum intelligere vertiginosi suspicabantur, sive secundum spiritum religionis, de quo etiam agere senserant. Et sic utraque fornicatio est de littera. Vide Maldonat., ubi & Origen., Cyril., Leont. explicant, ac si tacitè Christo exprobrarent, eum esse de adulterio natum, qui non Joseph, sed Deum falsò Patrem jactitaret.

Ÿ. 43. *Quarè loquelam meam non cognoscitis*, intelligendo & credendo? Ità per interrogationem est legendum cum Origene, Chryf., Aug., Leont., Beda, Theophyl., Euthym., Ruperto. Causam dat : *quia non potestis audire sermonem meum*, id est, quia, cum alieno à me animo sitis, eum ne ad aures quidem vestras, aut vix admittere sustinetis, ut intelligunt Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. *Quia corrigi credendo nolebant* pervicaces, Aug.

Ÿ. 44. *Vos ex patre diabolo estis*, non creatione, generatione, adoptione; sed imitatione per odium veritatis, & homicidium, ità Aug. contra Manichæos, Epiphan. hæresi 38. & 40., Ammon., Leont. Sicut ille homicida erat ab initio, creationis hominis secundum Origen., Aug., Bedam, Rupert. : quia causa fuit mortis animæ & corporis Adamo ejus-

que posteris, juxta illud Sap. 2., *invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum*: item dum Cainum in fratrem innocentem suscitavit, Theodorus Heracleensis, & Euthym. Osor verò veritatis probatur ex eo, quòd primi mendacii, *eritis sicut dii*, quo Evam deceptit, autor fuerit, adeòque *mendax & pater ejus*, nempe mendacii, prout subintelligunt Ammon., Leont., Chryf., Theophyl., Euthym., Aug., Beda, Rup. Et hoc sensu Irenæus, Ammon., Chryf., Leontius, Theophyl., exponunt illud, & *in veritate non stetit*. Quidni tamen, *in veritate*, etiam intelligatur cum Aug. 11. de Civit. cap. 13., Leone serm. 10. de quadrages. & Euthymio, de integritate naturæ, in qua conditus fuit, & ex qua peccando decidit? Sicut verum vocamus aurum, quod perfectum, quod non adulterinum est. *Quia non est veritas in eo*. Tò *quia* non causam significat, sed effectum & indicium, quòd in veritate secundo modo accepta non steterit diabolus, Aug. lib. 11. de Civit. cap. 14., ubi & in simili id probat ex Psal. 16., *ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus*. Ex dictis, cum Patribus, contra Manichæos & Priscillianistas inferimus, diabolum non esse à natura malum, aut à Deo malo creatum; cùm fuerit bonus, in qua bonitate non stetit seu permansit, uti etiam habetur Judæ *ψ. 6*. Adde illud supra cap. 1. *ψ. 3.*, *omnia per ipsum facta sunt*. Et Genes. 1. *ψ. 31.*, post enumeratas species creatas, *videt Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*.

ψ. 47. *Qui ex Deo est*, ejus filius per gratiam, Ammon., Theodorus Heracleens., Leont., *verba Dei audit*, aure cordis credendo & obtemperando: quis enim filius non libenter audit verba patris? *Propterea vos non auditis sic*, & si aure corporis ea percipiatis, *quia ex Deo non estis*,

filii diaboli per
si perditè obaudi
nobis sape sint in gra
predestinati in pecc
tio, inquit Ma
predestinationem &
vidni Aug. & Amb
mississe ad predesti
tamen nostram ex
verbaque latissimo
per gratiam v
aliter perseveran
poraliter vel fina
increduli, quia
Etis peccatis vel
reprobam morte
fine *ψ. 26*.

ψ. 48. Samar
ce legis contemp
tissimum, ita tu
admisses, Orig
phyl., Euthym.
em, jungitque v
tates; in quo
ψ. 15., ita Theo
nonant occasione
patre Abraham,
ψ. 50. *Ego no
t falsam, tamqu
veritatem, ut vo
filius testimoni
tum; est qui qua
nim humanitatis
suum de me test
tem nominis me
sensu *ψ. 54.* dic
tia mea nihil est*

sed filii diaboli per peccatum odii, invidiæ &c., cui perditè obaudire mavultis. Cùm multi reprobi sæpe sint in gratia, adedque Filii Dei, multi prædestinati in peccato, reverenter ab Aug. dissentio, inquit Maldon., qui hoc, tract. 42. ad prædestinationem & reprobationem refert. Sed quidni Aug. & Ambros. hom. 18. dici possint ita retulisse ad prædestinationem & reprobationem, ut tamen nostram explicationem non excluderint; verbaque latissimo sensu significant: *qui ex Deo est*, per gratiam vel ad tempus credendo, vel finaliter perseverando, *verba Dei audit*, vel temporaliter vel finaliter? *Propterea vos non auditis*, increduli, *quia ex Deo non estis*, sed in supradictis peccatis vel temporalibus, vel finalibus ad reprobam mortem: nam & vide verba Aug. in fine ψ . 26.

ψ . 48. *Samaritanus es tu*, moribus & Mosai-cæ legis contemptu, dum, sicut Samaritani gentilissimum, ita tu novam doctrinam illi contrariam admisces, Origen., Ammon., Leont., Theophyl., Euthym. Item, dum falsò facis te æqualem, jungisque vero Deo, Leont. *Et demonium habes*; in quo patres miracula, ut Lucæ 11. ψ . 15., ita Theophyl. Hæc duo convicia hic reponunt occasione dicti Christi, eos non esse ex Patre Abraham, sed diabolo.

ψ . 50. *Ego non quæro gloriam meam*, vanam & falsam, tamquàm simplex homo, arrogans Divinitatem, ut vos judicatis, & cujus tamquàm solius testimonio in propria causa non sit credendum; *est qui quærat*, Pater veram gloriam meam tum humanitatis, tum latentis Divinitatis, per suum de me testimonium, miracula, exaltationem nominis mei. Vide cap. 5. ψ . 31. & 34. Simili sensu ψ . 54. dicit: *si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est; est Pater meus, qui glorificat*

542 IN CAP. VIII. JOANNIS.

me. Cæterum haud dubiè Christus quæ Deus, æqualis cum Patre & Spiritu Sancto gloriæ, ejusdemque naturæ, quærit cum Patre & Spiritu S. gloriam suam; etiam secundum illud Prov. 16. *ÿ. 4.*, *universa propter semetipsum operatus est Dominus. Est qui querat & judicet*, Pater de vobis mihi injuriosis. Atqui cap. 5. *ÿ. 22.* dicitur: *Pater non judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.* R. Cùm Aug. tract. 43., Patrem non judicare quemquam in supremo illo, universali, publico iudicio, specie visibili, ut ibi dictum: hinc autem agitur de iudicio privato & invisibili, quo Pater injurias Filio illatas vindicet, Maldonat., à Lap.

ÿ. 55. *Et si dixerò, quia non scio eum, quem novi Patrem, ero similis vobis mendax, mentientibus, dum ÿ. 54. dicitis, quia Deus vester est, quem tamen non cognovistis.* Leont., Chryf., Ammon., Theophyl., Euthym.

ÿ. 56. *Abraham Pater vester exultavit, vivâ fide, spe, ac desiderio cupidus fuit, ut videret diem meum,* meum in terras adventum, ac tempus quo ibi conversarer, Origen., Hilar., Cyril., Bernard., quibus apud Maldonat. accedunt Chrysof., Theophyl., Euthym., Ammon., Leont., Prosper, id intelligentes de tempore passionis & crucis, quod, licet, dum hoc Christus diceret, nondum Physicè, erat tamen moraliter præsens, & brevi complendum. Minus propriè Aug., Beda, Hieron., Gregor., apud à Lapide id explicant de die æternitatis Christi in agnitione mysterii SS. Trinitatis. *Vidit, & gavisus est, esse præsentem, de eo certus redditus per revelationem ipsi in limbo existenti factam, vel per Angelos tempore nativitatis Christi, vel per alios justos, qui Christum in terris viderant, & ante illum mortui fuerant, ut Simeon, Joan-*

IN CAP.
es Baptista, &c.
Ammon., Leont.
potest hic agi de
particulari, Pro
Christi, quam
parans offerre, v
pres hærentem, q
molare: qui uter
Denique his verbi
nym., probat se
mulque perstrin
filios, qui, que
spernerent, que
ÿ. 58. *Ante*
Emphasis est i
Exodi 3. *ÿ. 14.*
dum humanita
mirum tamen
ham vidisse, Cy
Leont., Beda,
Tripit. "Nem
"ex quo ipse el
"Abraham sit,
"mentitur igitu
"fuit, qui ex
"etiam Deus est
"nisi fuisset, c
"fuisset, ante A
hic: qui loquet
& ut Abraham
ÿ. 59. *Tule*
um, tamquam
Quo curreret t
lapides? Inqui
invisibilem rec
rum, exivit d
in Catena Græ

nes Baptista, &c. Insuper secundum Chryf., Ammon., Leont., Theophyl., Euthym., dici potest hic agi de visione seu revelatione aliqua particulari, Prophetica extraordinaria mortis Christi, quam habuerit Abraham, dum filium parans offerre, vidit arietem cornibus inter vepres hærentem, quem & jussus est loco filii immolare: qui uterque Christi patientis typus fuit. Denique his verbis juxta Chryf., Theophyl., Euthym., probat se majorem esse Abrahamo; simulque perstringit Judæos degeneres Abrahæ filios, qui, quem oculis præsentem cernebant, spernerent, quem Abraham tanti fecerat.

ŷ. 58. *Antequàm Abraham fieret, Ego sum.* Emphasis est in verbo *sum*, nempe, *qui sum*, Exodi 3. ŷ. 14., sive Deus: Ita ut, etsi secundum humanitatem 50. annos nondum habeam, mirum tamen vobis esse non debeat me Abraham vidisse, Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., Beda, Rupert. Audi Tertullian. lib. de Trinit. "Nemo hominum ante eum potest esse, ex quo ipse est.... sed enim Christus, cum ex Abraham sit, ante Abraham esse se dicit. Aut mentitur igitur, & fallit, si ante Abraham non fuit, qui ex Abraham fuit. Aut non fallit, si etiam Deus est, dum ante Abraham fuit: quod nisi fuisset, consequenter, cum ex Abraham fuisset, ante Abraham esse non posset., Et Aug. hic: *qui loquebatur, semen Abrahæ factus erat, & ut Abraham fieret, ante Abraham ipse erat.*

ŷ. 59. *Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum,* tamquam blasphemum, juxta Levit. 24. *Quò curreret tanta Judæorum duritia, nisi ad lapides?* Inquit Aug. *Jesus autem abscondit se, invisibilem reddendo, & sic per medium eorum, exivit de Templo,* Theodor. Heracleëns. *in Catena Græca, Leont., Theophyl., Euth. Et*

544 IN CAP. IX. JOANNIS
quis aliàs modus erat se abscondendi in atrio Tem-
pli omnibus præsentibus ?

CAPUT IX.

Cæcus à nativitate Sabbato curatus.

Vers. 1. *Et præteriens Jesus vidit hominem cæcum à nativitate*, ab egressu è Templo, ut & sentiunt Cyril. in Catena, & Chryf., dicens : *exiens è Templo curavit cæcum, sui absentiam furorem mitigans, & per signi operationem duritiem molliens.* Discipuli, cum Magistrum suum non apparere viderent, pariter Templo egressi, eum invenerint in via. Bene Chryf., Theophyl. vim ponunt in verbo *vidit*, subsistens aliquantisper illum contemplatus, quasi viam sternens ad miraculum.

¶ 2. *Quis peccavit, hic*, antequàm natus (ed quòd, teste Cyril., ex Judæorum opinione, de qua & ¶. 34., Discipuli putarent, animas antea existentes, peccantesque in infortunata corpora detrudi) *aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur*, propterea in pœnam? *Debilitates corporum referunt ad merita delictorum*, ait Ambros. epist. 75., sive propria, sive parentum juxta illud Exodi. 20., *Ego sum Deus zelotes visitans iniquitates patrum in filios usque ad 3. & 4. generationem.*

¶ 3. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus.* Non negat cæcum & parentes ejus peccasse peccato originali (ut perperam volunt Pelagiani) aliisque in vita sua actualibus; sed ullum eorum peccatum causam fuisse, ut cæcus nasceretur; ita Chryf., Theophyl., Euthym., Aug., Leont., Beda: & quia sequitur, *sed ut manifestentur opera Dei in illo.* Cyril., Theophyl., alique aiunt, *ut non causam hinc, sed eventum significare; etsi*
in

IN CAP.
Discipulorum qu
quam nihil o
alter sumatur; sicq
voluisse hunc cæcu
no tempore opera
Concil. African
tarum humanarum
tempore remoti & ge
et & particularis:
in singulis, deberet
subijci miseris. F
Tobia, ipsaque
natur septuagesim
affigit innocentem
vel ad puniendam
peccatorem.
¶ 4. *Me op*
per doctrinam
mea mortalis;
potest operari;
visibilis inter ho
te ablati: sim
cessare omne op
addit ¶ 5., qu
mundi: nam q
rum &c., semp
usque ad confu
dies, & nox,
habebat præ ma
nacleens., Cyril.
Chryf., Theoph
quibus dies et
nox æternitas.
¶ 6. *Fecit l*
oculos ejus, &
ceci illuminat
virtuti tribuere

in Discipulorum quæstione sumatur pro causa. Quamquàm nihil obstat, quò minùs *ut* causaliter sumatur; sicque Deum omnium præscium voluisse hunc cæcum nasci, ut manifestarentur suo tempore opera Dei in illo. Etsi, teste Aug., Concil. Africano & Milevitano, omnium miseriarum humanarum causa sit peccatum originale, nempe remota & generalis, non tamen proxima est & particularis: quia, cùm originale idem sit in singulis, deberent singuli iisdem particularibus subjici miseriis. Ex hoc loco, & historiis Job, Tobix, ipsaque B. V., Joanne Baptistâ, damnatur septuagesima Quiesnelli: *numquam Deus affligit innocentes, & afflictiones semper serviunt vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.*

¶ 4. *Me oportet operari*, salutem hominum per doctrinam & miracula, *donec dies est vitæ meæ mortalis; venit nox*, mors, *quando nemo potest operari*; adeòque nec ego tunc operabor visibilis inter homines versans, utpote ab iis morte ablati: simulque indicat, morte hominibus cessare omne opus salutiferum. Eodem sensu addit ¶ 5., *quamdiu sum in mundo, lux sum mundi*: nam quoad invisibilem virtutem gratiarum &c., semper operatur, semperque lucet, usque ad consummationem sæculi. Ità vocem *dies*, & *nox*, appositè ad rem, quam Christus habebat præ manibus, explicant Theodor. Heracleëns., Cyril., Aug., Beda; meliùs quàm Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., Rupert., quibus *dies* est totum à Christo mundi tempus, *nox* æternitas.

¶ 6. *Fecit lutum ex sputo, & linivit super oculos ejus, & dixit ei: vade, &c.*; tùm, ut cæci illuminatio non aquarum Siloë, sed Christi virtuti tribueretur, ut scribunt Chryf., Theophyl.,

Euthym., Leont.; tùm, ut manifestius esset miraculum, cùm lutum soleat oculos magis claudere & excœcare; tùm, ut cœci fidem & obedientiam acueret ac probaret, quam hîc laudat Chryf., Theophyl., Euthym.

ŷ. 7. *Vade & lava in natatoria Siloë (quod interpretatur Missus)* quòd aqua hæc divinitus missa scaturiverit ad preces Isaïæ Prophetæ, secundùm Epiphanium de vita Prophetarum cap. 7. De hac ità Hieron. in Isaïæ cap. 8. "Siloam fontem esse ad radicem montis Sion, qui non jugibus aquis, sed in certis horis diebusque ebulliat, & per terrarum concava & antra saxi durissimi cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus; nos præsertim, qui in hac habitamus provincia., Mysticè hic fons typus est Baptismi, apud Ambros. epist. 75., Aug. lib. 50. homiliar. hom. 43., Bedam, Rupert.

ŷ. 12. *Ubi est ille?* Quasi dicant, ille violator Sabbati, volentes eum propterea capere ac deducere ad Phariseos, ut habet Chryf. & Leont.: cùmque non invenirent, cœcum ipsum illius loco eò adducunt, diligentius examinandum: quia Evangelista ŷ. 14. addit: *erat autem Sabbatum, quando lutum fecit Jesus, & aperuit oculos ejus*, ut secundùm Theophyl. calumniæ occasionem declararet, quam & monstrant ŷ. 16.

ŷ. 15. & c. *Iterum ergo* (nam priùs interrogatus fuerat à vicinis aliisque à ŷ. 8.) *interrogabant eum Pharisei, quomodo vidisset.* Totum hoc examen ex adversariorum odio & invidia in Christum fuisse institutum, ostendit contextus, docentque Cyril., Leont., Rupert.; nempe ut cœcum in eandem cum Christo culpam & calumniam involvant, vel ex ore ejus aliquid eliciant, quo sibi contradicat, fidemque elevent miraculi. Sed Deus invidos & astutos comprehendens in

la astutia, efficit, nam parentum, neci confessio, gloria elucesceret, ŷ. 17. Tu quid in tali causa, cum adducti homines velle significant, C. nentuntur, quater Christo respondent sequentibus; ubi communicationem foras, extra S. conspiraverant f. tur esse Christum lem, saltem imp. Prophetam hic, ŷ. 24. Da glo Josuè 7. ŷ. 19. ator est. Quali veritate præsentem Dei gloriam, factus scimus esse velle peccatorem, magicis artibus f. Lap. Hic astutus venenum. ŷ. 25. Si peccando, nolo eam vera dicenti confessus sum, h. assevero, c. udo video, ipsi ŷ. 27. Nunquid adnotat Leo. nes velitis eade Phariseos,

sua astutia, effecit, ut per hoc crebrum examen, etiam parentum, magis constans & perfectior cæci confessio, indeque Christi miraculum & gloria elucesceret, Leont.

ŷ. 17. *Tu quid dicis de illo?* Stolidi Judices, qui in tali causa, unius pauperis, in suum judicium adducti hominis sententiâ quasi stare se velle significant, Cyril., Rupert.; simulque mentiuntur, quatenus obfirmatum erat vera de Christo respondenti non credere; ut constat ex sequentibus; ubi etiam propterea per quamdam excommunicationis speciem ŷ. 34., *ejecerunt eum foras*, extra Synagogam, Leont.: nam ŷ. 22., *conspiraverant Judæi, ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret*, qualem, saltem implicite, confessus est cæcus, dum Prophetam hîc, & ŷ. 33., à Deo ipsum esse asserit.

ŷ. 24. *Da gloriam Deo.* Modus est adjurandi, Josuè 7. ŷ. 19. *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Quasi dicant: tamquam Deo primâ veritate præsentate ac testificante, dic veritatem ad Dei gloriam, fatendo id ipsum nobiscum, quod nos scimus esse verum, scilicet hunc hominem esse peccatorem, à quo proin non, aut non nisi magicis artibus sis curatus; ita Chrysof. apud à Lap. Hic astuti & blasphemî tectè fundunt animi venenum.

ŷ. 25. *Si peccator est, nescio;* id est, non respondeo, nolo ea de re agere vobiscum: neque enim vera dicenti, prout jam ŷ. 17. Prophetam confessus sum, hîc iterum mihi credetis: *unum scio, assevero, & persto, quia, cæcus cum essem, modò video*, ipsius operâ; ita Chryf., Leont.

ŷ. 27. *Nunquid ET vos* (sicut ego sum, ut rectè adnotat Leont.) *vultis discipuli ejus fieri, ut toties velitis eadem audire?* Hoc dicto ussit superbos Pharisæos, supra Christum, & omnium se

Magistros existimantes : unde *ψ. 28. Maledixerunt ergo ei.*

*ψ. 29. Hunc autem nescimus unde sit, à Deo an à diabolo. Scimus autem Deum locutum esse Moyfi, huncque à Deo missum; proin *ψ. 28., nos Moyfi discipuli sumus. Si nesciunt unde sit, cur non inquirunt in verum? Quid eum *ψ. 24. ut peccatorem prædamnant, ejusque opera velut in Beëlzebub facta Matt. 12. *ψ. 24. ? Sed sic facile contraria est cæca & veritati inimica iniquitas sibi.****

*ψ. 30. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit : cum vestrum esset, utpote Doctorum, & Legisperitorum, scire eum, qui tanta patrat miracula, ut cæcum natum illuminet, non nisi à Deo esse posse : & probat *ψ. 31. 32. 33.**

*ψ. 31. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit. Atqui tamen non tantum in temporalibus bonis, sed etiam spiritualibus, constat peccatores non rarò exaudiri, ut patet ex Publicano Lucæ 18., quod etiam ad miracula faciendâ extendimus Matt. 7. *ψ. 22. Respondet Aug. & Beda, hanc sententiam esse hominis nondum plane intus illuminati. Respondeo cum Leont., Theophyl., Euthym., hoc intelligendum, non de quibusvis peccatoribus; sed restrictè de impostoribus (qualis Christus habebatur à Phariseis) qui in confirmationem doctrinæ aut sanctitatis falsæ, miracula à Deo petunt.**

ψ. 34. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Superbi, convicti ad probra confugiunt, Theodor. Heracleens., Cyril., Euthym. (itâ & nostri faciunt hæretici) quasi dicant; jam tum, cum nascereris, peccatis immersus eras, corpore tuo abominabilem animæ statum prodente. Hinc patet Phariseorum errorem fuisse ex doctrina Platonis aut Pythagoræ, animas separatas,

IN CAP.
et priori corpori c
necitas, antequam
tur; inque pœna
as ac defectuosum
leens., Cyril.,
*ψ. 35. Audiri f
or, excommunicati
*ψ. 17. Illi, inquit
hu excipiebat... m
Christianus factus
tribilem per f
id visibilem con
que Ecclesia. C
excommunicati
tueantur; ac n
tioso pallio inde
mæ primæ later
Episcopi, iusta
scribente etiam
Monita Sacra: I
ommunicationib
in omnes Ecel
atque adeò tot
unquam iuste e
statos volunt fo
nis Phariseis?
nam!
*ψ. 36. Quis est
a voce Jesum c
le; idcirco hono
nondum Filium
us Dei sit, ut
leens.
*ψ. 37. Et vid
endum offert;
non potuerat
est. Fortite****

vel priori corpori conjunctas, sæpe peccatis esse infectas, antequàm corpori aut novo corpori uni-
antur; inque pœnam peccatorum mutilum cor-
pus ac defectuosum sortiri, Theodor. Hera-
cleëns., Cyril., Leont.

ŷ. 35. *Audivit Jesus, quia ejecerunt eum fo-
rās, excommunicatione manifestè invalidā; vide
ŷ. 17. Illi, inquit Aug., expellebant, sed Chri-
stus excipiebat.... magis enim, quia expulsus est,
Christianus factus est, adscitus non tantùm ad
invisibilem per fidem & charitatem, sed etiam
ad visibilem communionem cum Christo ejus-
que Ecclesia. Quarè hæretici justè ab Ecclesia
excommunicati, hoc se cœci nati exemplo ne
tueantur; ac nominatim Quesnelliani sub cap-
tioso pallio indeterminatæ propositionis nonagesi-
mæ primæ latentes, &, ut docent 100. Galliæ
Episcopi, justas Ecclesiæ censuras eludentes:
scribente etiam Quesnello in præfatione libelli,
*Monita Sacra: Nimia simplicitatis est terreri ex-
communicationibus Pontifici reservatis.* Etenim,
an omnes Ecclesiæ Episcopos cum suo Capite
(atque aded totam Ecclesiam, Quesnellianos
tamquàm justè excommunicatos habentes) com-
paratos volunt superbis istis, infidelibus, blasphe-
mis Pharisæis? O frontem duram atque blasphe-
mam!*

ŷ. 36. *Quis est, Domine, ut credam in eum?*
ex voce Jesum cognovit eum esse, qui se curâs-
set; idcirco honorificè Dominum appellat, quem
nondum Filium Dei credebat, rogans quis Fi-
lius Dei sit, ut credat in eum, Theodor. Hera-
cleëns.

ŷ. 37. *Et vidisti eum, nunc, cùm se tibi vi-
dendum offert; quem nempe antea cœcus vide-
re non potuerat, Leont. Et qui loquitur tecum,
ipse est.* Fortiter & suaviter insinuans modestè

asserit se esse Filium Dei, Chryf.; non apertè dicens, *Ego sum*, propter Phariseos, qui, ut habetur ex ψ . 40., erant præsentes.

ψ . 38. *Credo Domine*, te esse Filium Dei naturalem, & *procidens adoravit eum*, cultu latriæ, Aug. Et patet ex interrogatione Christi ψ . 35., *Tu credis in Filium Dei?* Et responsione cæci curati ψ . 36. & Christi ψ . 37. Et fanè plus hic credit, quàm antè crediderat: atqui, ut supra, antè crediderat eum esse prophetam, & virum justum à Deo: ergo. Porrò Petrus de Natalib. Episcopus Esquilin. in catalogo SS. lib. 5. cap. 102. sic scribit: "Cedonius Episcopus vel Sidonius, fuit ille cæcus à nativitate, Christi discipulus; cum Maximino & Lazaro atque fororibus ejus naviculæ impositus, à Judæorum finibus expulsus fuit: in ministerio Maximini Aquensis civitatis Episcopi permansit; ubi & post dies multos in pace quievit.,"

ψ . 39. *In judicium ego in hunc mundum veni*, ut &c. Cyril., Theodor. Heracleëns., Theodoret., Euthymius monent, *ut ut* (quod admitto quoad secundam propositionis partem subintellectam) non significare causam finalem, sed eventum, nempe ex malitia hominum. Porrò Aug. hìc ità commentatur. "Quid est, *ut qui non vident, videant?* Qui se non vidère confitentur & medicum quærunt, ut videant.," (Rectè notant Leontius, Chryf. & Theophyl., Christum loqui de non videntibus corpore & animo, ut & comprehendat hunc cæcum corpore & animo à se illuminatum) Pergit Aug.: "quid est, *qui vident cæci fiant?* Qui se putant vidère & medicum non quærunt, in sua cæcitate permaneant. Ergo istam discretionem vocat judicium, cùm ait; *in judicium veni in hunc mundum*, quo discernit causam creden-

IN CAP.
tiam & confitent
antibus, & ideo
illud judicium ja
ris & mortuis in
 ψ . 41. Aug., E
ter. in 99. in
i, vestro ipsorum
entes, non haberet
entes peccati rem
vitis; quia vide
is culpabilis coe
atum vestrum m

Christus ostendit

Chrysof.,
Aug., Bed
nem esse conti
lenti. Ibi scilicet
nunicando, qu
missum dixisset
am & seductor
gitur his parabo
trecos in fine
populi esse doc
Chryf., The
lateraliter,
Primò. Ovi
poris Ecclesia,
Christi, &, sa
fuit umquam in
ete, Ovide Ch
tempora variat
ad. 2. ad Corin
nam fidei.

"tium & confitentium à superbis se videre pu-
 "tantibus, & idèd graviùs excœcatis. Non autem
 "illud iudicium jam intulit mundo, quo de vi-
 "vis & mortuis in fine sæculi iudicabit." & sic,
 ¶. 41. Aug., Beda, Prosper in Psal. 134., Eu-
 cher. in qq. in Joan., intelligunt, *si cœci esse-*
tis, vestro ipsorum iudicio, tales vos esse agnos-
centes, non haberetis peccatum, quia ad me ve-
nientes peccati remedium quæreretis: nunc verò
dicitis: quia videmus: cùm interim in peccato
sitis culpabilis cœcitatìs & infidelitatìs, idèd pec-
catum vestrum manet.

CAPUT X.

Christus ostium Oviùm, Pastor bonus, unum
cum Patre.

CHrysof., Theophyl., Euthym., Cyrill.;
 Aug., Beda, Rupert. dicunt hanc oratio-
 nem esse continuè connexam cum cap. præce-
 denti. Ibi scilicèt Judæi cœcum illum excom-
 municando, quòd Christum Prophetam à Deo
 missum dixisset, hoc ipso hunc Pseudo-prophe-
 tam & seductorem haberi à se monstrabant. Id
 igitur his parabolis refutat Christus; ipsos, quos
 cœcos in fine capitis asseruerat, hic seductores
 populi esse docens, se verò bonum Pastorem;
 ità Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril. Itaque
 litteraliter,

Primò. *Ovile*, est universa Dei omnis tem-
 poris Ecclesia, in quam nullus nisi per gratiam
 Christi, &, saltem implicitam, in eum fidem,
 fuit umquàm ingressus: scribente Aug.: *hoc te-*
nete, Ovile Christi esse Catholicam Ecclesiam. Et,
tempora variata sunt, non fides: etiam juxta il-
lud 2. ad Corint. 4. ¶. 13., habentes eundem spi-
ritum fidei. M m 4 Se

Secundò. *Oves*, sunt non soli prædestinati, etsi de prædestinatis explicet Aug. & Beda; sed, cum aliis omnibus autoribus, inquit Maldonat., omnes, qui unquam sunt in Ecclesia: quia multæ oves fiunt lupi, & multi lupi oves; ipso teste hîc Aug., quàm multæ oves foris, quàm multi lupi intus: & quàm multæ oves intus, & quàm multi lupi foris Ecclesiæ.

Tertio. *Ostium*, est Christus, ut ipse explicat *ψ.* 7. & 9.; & censent Aug., Cyril., Gregor. hom. in Ezechiel. 13. & 15., Rupert., Beda; meliùs quàm Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., Theodor. Heracleëns., putantes, ostium esse Scripturas Sacras; nisi ita intelligantur, ut hæ sint quasi pars ostii, quod sit Christus clausus & signatus Scripturâ Legis & Prophetarum, velut ostium suis seris obseratum, dein à Christo apertum, docente impletas in se prophetias &c.

Quartò. *Ostiarius* est Spiritus S., cujus beneficio fides nostra in Christum & sanctificatio adscribi solet, Aug., Theodor. Heracleëns., Rupert.; item Christus, quatenus ejusdem gratiæ Autor, æquè ac Pater, Aug.

Quintò. Per Christum ingredi *ψ.* 9., est in illum credere, Gregor. lib. 7. epist. 49.

Sextò. *Pastor est ovium.* Rectiùs Theodor. Heracleëns. putat agi de solo Christo; qui hîc proponens se ad exemplum aliis Pastoribus, sit *Pastor* ille ovium, proprias oves vocans nominatim, & educens eas ad pascua spiritualia &c. sibi ipsi etiam ostium, & ostiarius, propriâ ingrediens autoritate, ac prædicatione fidei in se; quo sua Divinitas innuitur: dicente Aug.: *ipse Ostiarius, & Pastor, & Ostium; ipse se aperit, qui seipsum exponit.* Et rursus, *seipsum prædicat, & ideo Pastor per se ipsum intrat* (sic & Christus alibi sub diversa ratione vocatur Agnus, Leo, Petra &c.) idque confirmat ipse *ψ.* 11. &

IN CA
 sequentibus dicens
 hinc; quasi dicitur
 Pastor Pastorum,
 vere periculo, &
 sens se à mercen-
 tis, non ovium
 illis se Pastoribus
 Septimò. Quia
 Pharisei alique
 docentes, ipsique
 eo missi, *ψ.* 1. &
 nes animarum
 Similes intelligit
 nici, Judæi,
 Chryf., Theo-
 pheta V. L.,
 fidem Christi
 Euthym., Hi-
 Octavò. C
 invenire *ψ.* 9.
 securè sub Pa-
 Euthym., C
 vet phrasis He-
 ralip. 1. *ψ.* 10.
 habeant, *ψ.*
 triæ, & ab
 impinguando
 tias, tum in
 riam; ita Ma-
 ra abundantia
 venientem *ψ.*
 riculum ovium
 hæreticis &c.
ψ. 15. Si
 tione divina
 cognitione,
 utraq; hæc

sequentibus dicens : *Ego sum Pastor*, Græcè ille, *bonus*; quasi dicat, ille unicus, ille promissus Pastor Pastorum, paratus animam, vitam exponere periculo, & dare pro ovibus; simul fecerens se à mercenariis, seu malis Pastoribus, seipsum, non ovium emolumentum quærentibus; & aliis se Pastoribus exemplum proponens.

Septimò. Quia per hoc ostium non intrânt Pharisei alique, absque fide Christi populum docentes, ipsique contrarii, vel non legitimè ab eo missi, *ψ. 1. & 8.*: fures erant omnes & latrones animarum, meritò non auditi à fidelibus. Similes intelliguntur Philosophi & Doctores Ethnici, Judæi, Hæretici, secundum Aug., Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.; non verò Prophetæ V. L., utpote missi à Deo, & ingressi per fidem Christi saltem implicitam, Aug., Beda, Euthym., Hieron. lib. 2. contra Pelag.

Octavò. Oves ingredi & egredi, & pascua invenire *ψ. 9.* significat, agere, versari in grege securè sub Pastore; ità ferè Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Theodor. Heracleëns.; & favet phrasis Hebraica 1. Reg. 29. *ψ. 6.*, & 2. Paralip. 1. *ψ. 10.*, ac Deuteron. 28. *ψ. 6.* *Ut vitam habeant*, *ψ. 10.*; intellige tam viæ, quàm patriæ, & *abundantiùs habeant*, tum hìc quasi impinguando virtutibus per majores indies gratias, tum in futuro per correspondentem gloriam; ità Maldonat. Quidam Patres restringunt *ad abundantius* ad gloriam. Nondè; *per lupum venientem* *ψ. 12.*, significatur quodvis grave periculum ovibus imminens à Diabolo, tyrannis, hæreticis &c.

ψ. 15. *Sicut novit me Pater*, æternâ cognitione divinâ; & *ego agnosco Patrem*, eâdem cognitione, & insuper creatâ humanitatis: sic utràque hâc cognitione *ψ. 14.*, *agnosco meas*;

Et, cognitione creatâ per fidem & obedientiam, *cognoscunt me meæ oves.* tò *Sicut* ergo similitudinem significat, non æqualitatem inter cognitionem ovium ad Christum, & Christi ad Patrem & oves, Chrysoft., Cyril.

ŷ. 16. *Et alias oves habeo*, in præscientia, prædefinitione, & prædestinatione: vide initio cap. num. 2.: gentiles intelligit, qui nondum quidem in præsentî, sed sint futuræ oves. *Quæ non sunt ex hoc ovili*, populi seu Ecclesiæ Judaicæ, sed oves errantes sine Pastore & ovili, nisi diaboli prædatoris. *Et*, id est, *etiam*, *illas oportet me adducere*, non solos Judæos; ut postea factum est per Apostolos &c. *Et fiet unum ovile*, Ecclesiæ Christi ex utrisque fidelibus populis, & *unus Pastor*, faciens utraque unum Christus: Chrysoft., Leont., Theophylact., Aug.

ŷ. 18. *Potestatem habeo ponendi eam*, animam meam seu vitam, & *potestatem habeo iterum sumendi eam*: hoc *mandatum accepi à Patre meo*, tam ponendi quàm resumendi, juxta Cyril. Quærunt Theologi, an *mandatum hoc fuerit strictum & rigorosum*, id est, obligans sub peccato. Pars negans tùm Patribus Latinis & Græcis in tractatu de Incarnatione, tùm hâc nititur efficaci ratione Theologicâ: Christus impeccabilis liber fuit; quia obediendo meritus tam quoad substantiam, quàm quoad omnes & singulas circumstantias mortis, etiam ut præceptæ: repugnat autem (cùm præcepta dentur personis) ejus impeccabilitas & libertas tali præcepto, ut consideranti patebit; idque sive in sensu composito permanentiæ unionis hypostaticæ; sive in sensu diviso, id est, sic, ut transgrediendo illud præceptum à Divinitate fuisset separata Christi humanitas: quia quomodocumque accipiatur,

IN CA
 uisset pro aliquo
 um specificè quâ
 xibilis. Quod si d
 pilatoris Divini co
 cem præcepti, a
 ut proprietas e
 peccato, aut possi
 Christus habuisse
 absolute sumptum
 animam resumen
 præceptum fuiss
 ter quod tamen
 hæc est dispari
 me respiciat
 consilium ven
 fit in humani
 damus sive su
 Certè Marci
 Christus, ne
 gis plus prædi
 cælle affirmet
 ŷ. 22. *Fac*
 dierum; non
 bri, ut putat
 mensis februa
 thym., Leon
 nis templi per
 4. ŷ. 59., cū
 respondebat n
 nat. Tempus
 erat. Hic fuit
 ŷ. 23. *Et*
 Salomonis; si
 Orientalem,
 belli cap. 6.,
 plum, comp
 rit; sive rest
 antiquum no

fuiſſet pro aliquo instanti peccatum Verbi Divini, tam specificè quàm reduplicativè sumpti impecabilis. Quod si dicatur, à voluntate Patris Legislatoris Divini condi posse darique aliquam speciem præcepti, cujus essentia, effectus formalis, aut proprietas essentialis non sit obligatio sub peccato, aut positivâ imperfectione, sic potuerit Christus habuisse propriè, simpliciter, strictè, absolutè sumptum *præceptum* moriendi, sicut & animam resumendi (quamquàm nil interest dici præceptum fuisse non strictum & proprium) inter quod tamen utrumque, & inter *consilium*, hæc est disparitas, quòd illud utrumque *proximè* respiciat *voluntatem beneplaciti superioris*; consilium verò *intellectum consulentis*; prout & fit in humanis, dum aliquando alicui Consilium damus sive superiori, sive æquali, sive inferiori. Certè Marci 7. *ψ. 36.*, *quantò eis PRÆCIPIEBAT* Christus, ne cui dicerent miraculum, *tantò magis plus prædicabant*. Quis autem eos in hoc peccasse affirmet?

ψ. 22. *Facta sunt encœnia Hierosolymis*, octo dierum; non templi Salomonis mense septembris, ut putat Cyril.; nec Zorobabelis ad finem mensis februarii, ut Chrysoſt., Theophyl., Euthym., Leont.; sed purificationis ac dedicationis templi per Judam Machabæum, 1. Machab. 4. *ψ. 59.*, cum Ruperto, mense Casleu, qui respondebat nostro decembri, à Lap., Maldonat. Tempus congruit: sequitur enim; & *hyems erat*. Hic fuit ultimus december vitæ Christi.

ψ. 23. *Et ambulabat Jesus in templo in porticu Salomonis*; sive fuerit antiqua ad partem templi Orientalem, sic dicta, quòd, teste Josepho lib. 6. belli cap. 6., Salomon diu post ædificatum templum, complanato montis clivo, eam exstruxerit; sive restituta, aut nova priori similis, quæ antiquum nomen retinuerit, à Lap.

ψ. 24. *Quousque animam nostram tollis, nos tenes suspensos? Si tu es Christus, Messias, Rex ille expectatus, dic nobis palam, clarè ac liberè: ad id enim, ut eum inducant, credere se velle fingunt, dum calumniari intendunt, Aug., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont.*

ψ. 29. *Pater meus, quod dedit mihi, gignendo, communicando eandem secum naturam divinam (ut habetur ex ψ. 30., Ego & Pater unum sumus) illud majus omnibus est, rebus quibusvis creatis: & (atqui) nemo potest rapere de manu Patris mei omnipotentè: conclude id, quod dixerat ψ. 28.: ergo & ego vitam æternam do eis, ovibus meis; & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea, qui sum Patri æqualis; ita Aug., Beda, Ambros. lib. 3. de Spiritu S. cap. 18., Hilar. lib. 7. de Trinit., Tertullian. lib. contra Praxeam. Item quidni sic? Pater meus, quod dedit mihi, nempe oves, seu officium eas redimendi, & ducendi ad finem supernaturalem salutis, majus omnibus est, etiam ipsâ creatione mundi, rebusque naturalibus: conformiter aliquatenus ad intelligentiam Græcorum, de qua mox. Conclusio subsistit, sive intelligatur de ovibus prædestinatis, cum Aug. & Beda, certissimè salvandis; sive etiam de omnibus ovibus Ecclesiæ, prædefinitis ad fidem certissimè credituris &c.; quibus asserit se dare vitam æternam, scilicèt quantum est de se, nisi ipsæ velint perire suâ, non Pastoris culpâ; nullamque esse tantam vim, quæ fideles valeat à se abstrahere, esto ipsorum libertatis sit Christum deserere, si velint; ita Cyril., Leont., Theophyl.; estque conforme illi cap. 3. ψ. 16., UT OMNIS, QUI CREDIT IN EUM, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et vide cap. 6. ψ. 37. Nota, vulgarem hîc retinendam lectionem cum Tertullia-*

IN CA
10, Hilar., Am
perito & aliisque L
gunt: Pater mea
mens est, pote
ore de manu Pa
le manu mea: q
anum sumus. H
ips daris, non ta
de natura divina
nicata.
ψ. 30. Ego &
unitatem Dro
gantem confu
SUMUS autem
negantem plu
inquit Grego
tium, & Aug.
Conc. Nicæ
Alexander E
Hilar., Epiph
rosolymit. &
storin., Ma
Et aliâs, quor
sti ψ. 29. ? U
id rectè inte
De bono oper
pidare; non
sustulerunt la
cacibus verbis
phemia: &
Deum, dum
Patre Deo.
38., Pater
ut notat Aug
& Patrem
fit alia, sed
ψ. 24. R

20, Hilar., Ambros. citatis, Aug., Beda, Rupertus, aliisque Latinis. Græci legunt & intelligunt : *Pater meus qui dedit mihi, oves, MAJOR omnibus est, potentiorque : atqui nemo potest rapere de manu Patris : ergo non rapiet eas quisquam de manu mea : quia, ut sequitur, ego & Pater unum sumus.* Hæc lectio, etsi intelligatur de ovibus datis, non tamen excludit primam lectionem de natura divina Filio à Patre data sive communicata.

¶ 30. *Ego & Pater unum sumus. UNUM ad unitatem Divinitatis refert* (contra Arium negantem consubstantialitatem Verbi ad Patrem,) *SUMUS autem personis assignat* (contra Sabellium negantem pluralitatem Personarum in Divinis) inquit Gregor. Nazianzen. tract. de Fide post initium, & Aug. 1.6. de Trinit. c.2. Ex hoc loco cum Conc. Nicæno 1. Filii Divinitatem docent etiam Alexander Episcopus Alexandrin., Athanas., Hilar., Epiphan., Basil., Ambros., Cyril. Hierosolymit. & Alexandrin., Idacius, Marius Victorin., Maxentius, Chryf. citati apud Maldon. Et aliàs, quomodò subsisteret argumentum Christi ¶ 29. ? Item juxta Athanas. & Cyril. ibid., ita id rectè intellexerunt Judæi, dicentes ¶ 33. : *De bono opere non lapidamus te* (non volumus lapidare ; non enim lapidârunt, sed ¶ 30. tantùm sustulerunt lapides ; Christo vi Divinitatis, efficacibus verbis à ¶ 32. id impediante) *Sed de blasphemia : & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum, dum te Filium Dei asseris, unum cum Patre Deo.* Tum quia id confirmat Christus ¶ 38., *Pater in me est, & ego in Patre.* Nec non, ut notat Aug., cap. 14. ¶ 9., *qui videt me, videt & Patrem meum ;* certè non quòd una Persona sit alia, sed una utriusque natura.

¶ 24. *Respondit eis Jesus : nonne scriptum est*

in lege vestra, Psal. 81. ψ . 6. : *quia ego dixi : dii estis?* & ψ . 1. : *deus stetit in Synagoga Deorum; in medio autem deos dijudicat* : ubi bis habetur *Elohim*, quæ vox pluralis numeri tam *Deum*, quàm *Deos* significat. Similiter Exodi 7. ait Deus Moyfi : *constitui te deum Pharaonis*. Et ibid. 22. ψ . 28. : *diis non maledices*, id est, Judicibus.

ψ . 35. *Si illos dixit deos*, nempe Judices Israël, *ad quos sermo Dei factus est*, id est, quibus Divinam suam potestatem regendi & judicandi communicavit per Moysen ejusque successores; quosque Psal. 81. Deus alloquens jubet rectè judicare; & *non potest solvi Scriptura*, fieri falsa & mendax, utpote scriptum, per quod loquitur Deus; *quem Pater sanctificavit*, secundùm Divinitatem æternâ generatione, Aug. & Beda; quoad humanitatem verò per unionem Hypostaticam, Hilar., Chryf., Athanas. lib. de Incarn. Verbi sub init., tum in Baptismo Christi Matt. 3. ψ . 17., cum voce designando Filium suum; quem & signavit potestate miraculorum, quibus in nomine Patris factis ad confirmationem Divinitatis, ut ait ψ . 37. & 38., credere deberent tamquàm certis sigillis, quibus Deum falsum testari est impossibile : *vos dicitis : quia blasphemas : quia dixi, Filius Dei sum?* Patet ergo, esse argumentum minoris ad majus : quasi dicat; si judices, qui participant potestatem Dei, vocantur dii; quantò magis ego vocandus sum Deus, qui sum Dei Filius naturalis, ab eo sanctificatus, missus in mundum? Quamquàm Christus non clarè se edicit Deum, ne ampliùs exasperentur.

ψ . 40. *Abiit iterum trans Jordanem in eum locum, ubi erat Joannes baptizans primùm*, dum baptizavit Christum Matt. 3. in Bethania sive Bethabara, de qua & suprâ cap. 1. ψ . 28. *Et mansit illic*, usque ad sequens miraculum circa

IN CA
mensum Martium
erunt nuncium ej
9. in Joan.

Suscitatio L
C

V. Et. 2. & 3. M
minum, d
nce quem am
modestissima
ont., Theoph
Aug., Beda.

ψ . 4. Dixi
per eundem
zari acceperat
pert. : infirmi
tellige talem,
cidere solet,
thym.; adedo
essent carituræ
somnia voca
non est mortua
ria Dei, ut g
eò quòd mult
turi, ut habet
45., quamque
& ex hoc loc
cum Cyril., C
insuper notanti
nem, sed eve
significare existi
finis intentæ m
sique Filii in
 ψ . 9. & 10.

mensum Martium : huc enim sorores Lazari miserunt nuncium ejus infirmitatis, teste Aug. tract. 49. in Joan.

CAPUT XI.

Suscitatio Lazari. Concilium Pontificum contra Jesum.

Vers. 2. & 3. *Maria autem erat, quæ unxit Dominum, de qua Matt. 26. à v. 6. Domine, ecce quem amas, infirmatur. Simplicissimæ & modestissimæ preces, plenæ fidei, Cyril., Leont., Theophyl., Rupert.; item spei & amoris, Aug., Beda.*

v. 4. *Dixit eis, absentibus sororibus Lazari per eundem nuncium, per quem de morbo Lazari acceperat, Chryf., Leont., Theophyl., Rupert. : infirmitas hæc non est ad mortem, subintellige talem, qualis communiter hominibus accidere solet, Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.; adedque nec per quam fratre deinceps essent carituræ : unde etiam v. 11. hanc mortem somnum vocat (sicut in simili Matt. 9. v. 24., non est mortua puella, sed dormit) sed pro gloria Dei, ut glorificetur FILIUS DEI per eam : ed quod multi Christi Divinitatem essent cognituri, ut habet Aug., & indicat Evangelista v. 45., quamque hoc miraculo probavit Christus, & ex hoc loco docent Aug., Beda, Rupert. cum Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym.; his insuper notantibus, rō pro & ut non causam & finem, sed eventum significare. Meliùs causam significare existimant Aug., Beda, Rupert., ut finis intentæ mortis Lazari fuerit etiam Dei gloria sui que Filii inde secutura.*

v. 9. & 10. *Nonne duodecim sunt horæ diei &c.*

Sensus est : scio quid agam ; nam sicut certum & definitum est tempus lucis diurnæ, in quo usque ad tenebras sine offendiculo liceat ambulare ; ita etiam certum & determinatum est spatium vitæ meæ, intra quod sine metu & periculo inter Judæos operando versari possim : & sicut ambulans in nocte, defectu lucis, offendit, & ideo homines tunc quiescunt ; sic cum nox advenit, sive tempus præstitutum meæ passionis, morte quiescam, nec antè quidquam est periculi, Rupert. Sicque præcisè respondet discipulis ψ . 8. Christo timentibus & dicentibus : *Rabbi, nunc, abhinc paucis tempore, querebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc ?*

ψ . 15. *Gaudeo propter vos, ut credatis, firmius & perfectius, juxta Aug. : quia jam antè credebant ; & Apostoli quidem etiam ut in Filium Dei, cap. 6. ψ . 70., & Matth. 16. ψ . 16. Quoniam non eram ibi : nam per motus precibus & lacrymis sororum Lazari eum sanasset: fidem autem discipulorum magis confirmatura erat mortui foetentis suscitatio, quàm ægri curatio, Cyril., Euthym., Rupert. Item absens hîc Christus indicat se esse conscium mortis Lazari, Aug., Beda.*

ψ . 16. *Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos. Didymus nomen Græcum est, Thomas Hebraicum, utrumque significans geminum seu gemellum, sive quòd uno partu cum fratre editus sit, ut putat Euthym., sive quòd hoc nomen à majoribus acceperit ; sicut apud Romanos alios Fuscus, alios Crassus vocatos legimus, etiamsi ipsi nec physicè crassi essent, nec fusci ; ita Tolet., Maldonat. *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Verba sunt, secundum Bedam, generosi animi Thomæ ; qui, ut apparet, non satis affecutus fuerit sensum verbo-*

IN CA
 verborum Christi
 amnum sibi à
 ψ . 17. *Venit i*
nes jam in mona
 Euthym., eode
 pervenit, mortu
 ns (non enim v
 sepultum) Chri
 eodem loco, an
 ret de redeundo
 et indicant par
 die à ψ . 7. ita
 die (non ex
 nit Bethaniam
 tabulam Tirim
 niebat, secun
 nit quatuor di
 que intelligitu
 five jam quat
 ψ . 19. *Mul*
 Bethaniam pro
 coram discipul
 tis etiam Jerol
 dem celebrati
 Rupert. *Vene*
 consolarentur
 nobilitatem fan
 familiares, Ch
 ψ . 20. *Mar*
 sed ignara adv
 phyl., Euthym
 illi charitatis
 five ipsa tunc
 caput familia
 adventum Ch
 Patres citatos
 tesque eam J

IN CAP. XI. JOANNIS. 561

verborum Christi, *ψ*. 9. & 10., insinuantis, nihil etiamnum sibi à Judæis imminere periculi.

ψ. 17. *Venit itaque Jesus, & invenit quatuor dies jam in monumento habentem.* Scilicet cum Euthym., eodem die, quo nuncius ad Christum pervenit, mortuus est Lazarus; postridie sepultus (non enim verisimile est, eodem die fuisse sepultum) Christo duos dies *ψ*. 6. manente in eodem loco, antequàm à *ψ*. 7. quidquam diceret de redeundo in Judæam, & de morte Lazari, ut indicant particulae, *deinde post hæc.* Quarto die à *ψ*. 7. ista dixit, eodem die discedens. Quinto die (non excluso die mortis Lazari) pervenit Bethaniam, tantùm 7. circiter leucis, juxta tabulam Tirini, distantem à Bethabara, unde veniebat, secundùm dicta cap. 10. *ψ*. 40., & invenit quatuor dies jam in monumento habentem: sicque intelligitur *ψ*. 39., *quatriduanus est enim, sive jam quatuor dies sepultus.*

ψ. 19. *Multi autem ex Judæis, Hierosolymâ Bethaniæ proximâ; ut doceat, miraculum non coram discipulis ac Bethanianis solùm, sed multis etiam Jerosolymitanis factum esse, ad ejusdem celebrationem, Cyril., Chryf., Theophyl., Rupert. Venerant ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas, propter ingentem luctum & nobilitatem familiæ, etsi scirent esse eas Christo familiares, Chryf., Leont., Theophyl., Euthym.*

ψ. 20. *Maria autem domi sedebat, non ignava, sed ignara adventûs Christi, juxta Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., solâ Marthâ occurrente illi charitatis & honoris causâ erga talem hospitem: sive ipsa tunc foris, sive domi, tamquàm major & caput familiæ, ex nuncio clanculò intellexerit adventum Christi; quem celavit sororem juxta Patres citatos, ne & ipsa obviam exire vellet, omnesque eam Judæi sequerentur, & nimius subitò*

tumultus fieret; aut quia sciebat, inquit Leont., Judæos iniquos esse Christo.

ŷ. 23. *Resurget frater tuus.* Mœstam, & ŷ. 22., secundum Cyril., tacitè ac modestè resurrectionem fratris rogantem Martham solatur Jesus spe resurrectionis; sed ambiguè, ut notant Aug., Leont., Beda, Rupert., non exprimendo an nunc, an in die Judicii, ut fidem ac spem ejus acuat, Leont. Quarè,

ŷ. 24. *Dicit ei Martha,* ut artificiosè rei hujus ambiguæ resolutionem ex ore Christi eliciat, juxta Rupert. *Scio,* ex tua Christe doctrina, ut censet Theophyl. & Euthym., *quia resurget in resurrectione in novissimo die.*

ŷ. 25. &c. *Ego sum resurrectio & vita:* emphaticè, id est, per quem omnes resurgant & vivant. *Qui credit in me,* fide vivâ, *etiamsi mortuus fuerit,* corpore, *vivet,* non solùm secundum animam, sed (quod hîc potissimùm spectat Christus) etiam secundum corpus à se resuscitandum ad vitam æternam: dicente Aug., *vivet anima,* donec resurgat caro numquam postea moritura. Atque hoc sensu sequitur ŷ. 26., *non morietur in æternum.* Sicque Christus omnium se fidelium mortuorum & viventium resurrectionem & vitam esse monstrat, Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. Rectè insuper Aug., *dicis: resurget frater meus in novissimo die. Verum dicis: sed per quem tunc resurget, potest & modò: quia ego sum resurrectio, &c.* Infero: ergo, licèt Christus hoc innuerit, non tamen apertè dicit, *se nunc* resuscitaturum Lazarum, Rupert. Unde non est mirum, hoc Christi futurum miraculum sic non intellexisse Martham, aut credidisse adedò; quamvis spem aliquam concepisset; & de ipsius hoc patrandi potentia non dubitaret: cum & ŷ. 27.

IN CA
 rogata respondeat
 credo; sed forti
 credidit, in pr
 te Aug. & Beda
 vi, naturalis
 it censet Hilari
 dicente etiam Au
 et Filius Dei;
 vita. Est cont
 quod eum agno
 pietam à Deo
 ŷ. 28. *Abiit*
 ut scribant Au
 ex verbis Mar
 Christus itaque
 veniret redeun
 riam sororem
 credo: quia tim
 invidis ejus ad
 phyl., Euthym
 ŷ. 31. *Dicen*
 ut ploret ibi: q
 sunt Judæi: at
 miraculi, Cyri
 ŷ. 33. &c.
 ibi secundò id
 in semetipso) i
 tantum exterius
 ni sensum inge
 terius in anim
 Aug., Bedam
 Bernard. serm. c
 indicat Evang
 sum: significa
 oratum Mari
 at Christo cor
 am amorem ŷ

rogata respondeat, non in præsentì tantùm, ego credo; sed fortiter asserendo, *utique Domine, ego credidi*, in præterito, etiam antè edocta, teste Aug. & Bedâ. *Quia tu es Christus Filius Dei vivi*, naturalis: talem hîc Martha confitetur, ut censent Hilar. lib. 6. de Trinit., Cyril., Leont., dicente etiam Aug.: *quando hoc credidi, quia tu es Filius Dei; credidi, quia tu es resurrectio & vita*. Est contra Chryf. & Euthym., putantes, quòd eum agnoverit tantùm ut sanctum Prophetam à Deo singulariter missum.

ŷ. 28. *Abiit*, jussa à Christo vocare sororem, ut scribunt Aug., Beda, Cyril., Leont.; & patet ex verbis Marthæ; *Magister adest, & vocat te*. Christus itaque ibidem substitit ŷ. 30., donec ipsa veniret redeunte sorore comitata. *Et vocavit Mariam sororem suam silentio*; Græcè *clàm, secretò*: quia timebat Christo à præsentibus Judæis invidis ejus adversariis, Cyril., Leont., Theophyl., Euthym., Rupert.

ŷ. 31. *Dicentes, quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi*: quare consolandi ergò eam secuti sunt Judæi: at divino consilio, ut testes essent miraculi, Cyril., Aug., Leont., Euthym.

ŷ. 33. &c. *Infremuit spiritu* (quod ŷ. 38., ubi secundò id contigit, dicitur; *rursum fremens in semetipso*) id est, vehementer indoluit, non tantùm exteriùs compatientis & condolentis animi sensum ingemiscendo ostendens, sed etiam interiùs in animo. Hunc tamen affectum, juxta Aug., Bedam, Gregor. lib. 3. moral. cap. 11., Bernard. serm. de S. Andrea, liberè suscepit; ut & indicat Evangelista dicens: *& turbavit semetipsum*: significans simul causam ejusdem, nempe ploratum Mariæ ac Judæorum, quibus insitum erat Christo condolere, ac ŷ. 35. collacrymari; item amorem ŷ. 36., *ecce, quomudò amabat eum*.

Adfuit etiam aliquis fremitus iræ; primò, in mortem, & diabolum, cujus invidiâ mors intraverat in orbem, quæ tanti luctûs & ploratûs hujus fuerat origo, Cyril., Aug., Beda; secundò, contra Judæos, præsertim ψ . 37., obmurmurantes, & sicut tot hæctenus miraculis, ita nec huic credituros, Leont.

ψ . 39. *Ait Jesus, tollite lapidem.* Non per se aufert; nec clausâ speluncâ suscitatum exire jubet; quia non solet Deus nisi in rebus necessariis, & ubi humana non sufficit industria, multiplicare miracula, Cyril., Leont., Rupert.; tum ut amolientes lapidem verè mortuum viderent, & fœtore experirentur, ad confirmationem miraculi, Origen., Leont., Chryf., Theophyl., Euthym. *Domine jam fœtet, quatridentianus est enim.* Martha id suggerit ante lapidis sublationem, & ne Christus deformitate & fœtore cadaveris Lazari offenderetur; ita Origen. & Rupert.: & quia ψ . 41. sequitur: *tulerunt ergo lapidem.* Idèd autem Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., Andreas Cretenfis dixisse id existimant, quia diffidebat suscitari eum per Christum posse. Sed certè, quomodò diffidebat de potentia, quæ ψ . 22. ait: *sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.*; & ψ . 27., Jesum credit esse resurrectionem & vitam ac Filium Dei; & etiam nunc credebat? Vide ψ . 25.

ψ . 40. *Nonne dixi tibi, ψ . 4., per internuncios remissos, Chrysoft., Leont., Theophyl., Rupert.: item ψ . 23. & 25., juxta Theodor. Heracleëns. & Euthym., quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?* Carpit æquo minorem Marthæ fidem circa instantem Lazari suscitationem. Excusanda tamen est ex quadam turbati animi inadvertentia, & quòd Christus id non clarè adèd edixisset, ut

Aug. & Rupert.
his Christi verò
 ψ . 41. & 42. Pa
misi me, rogant
Lazari suscitationem
hic, ad nostrum
tur, ut in horo
phyl., Euthym., L
quam ego volo L
Deus enim non ta
quando facit, o
non petentes cu
tur: desiderium
Eodem sensu ad
dis, id est, ser
lo. Ubi nota;
qui inefficaces
impleri, ut patet
omnem tamen
solutam semper
testatur: & rat
fectissimè om
velle aliquid, c
à Patre decretu
decrevisse conc
vellet: sicut I
precatione non
ret: ita cum c
tum esse ex C
populum, qui ci
me misisti. Sen
tiarum actione
edidi, non qu
quem orantem
propter populu
urba, de qua
 ψ . 43. Voce

ex Aug. & Ruperto habetur ψ . 25.; nunc autem ex his Christi verbis, plenam fidem conceperit.

ψ . 41. & 42. *Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me*, rogantem, internè in dicto fremitu, Lazari suscitationem: sicut Christus, *quà homo*, uti hìc, ad nostrum exemplum sæpius orasse scribitur, ut in horto &c.: vel cum Chryf., Theophyl., Euthym., Leont.: *gratias ago tibi*, quia, quam ego volo Lazari suscitationem, & tu vis: Deus enim non tantum tunc audire nos dicitur, quando facit, quod petimus; sed etiam quod non petentes cupimus; quo modo Psal. 9. habetur: *desiderium pauperum exaudivit Dominus*. Eodem sensu addit: *sciebam, quia semper me audis*, id est, semper facis, quæ postulo, vel volo. Ubi nota; etsi in Christo fuerint actus aliqui inefficaces vel conditionati, qui non fuere impleti, ut patet in oratione ejus in horto Matt. 26., omnem tamen orationem voluntatemque ejus absolutam semper fuisse impletam, ut ipsemet hìc testatur: & ratio est, quia, cum Christus perfectissimè omnia vellet, non potuit efficaciter velle aliquid, cujus oppositum noverat absolutè à Patre decretum; sed id, quod sciebat Patrem decrevisse concedere, si Christus ita peteret, vel vellet: sicut Deus nobis dependenter à nostra prece non rarò concedit, quæ aliàs non daret: ita cum communi Suarez, addens id certum esse ex Conciliis & Patribus. *Sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti*. Sensus est: hanc elevatis oculis gratiarum actionem exauditionis exterioribus signis edidi, non quod novum mihi sit à te audiri, quem orantem vel volentem semper audis; sed propter populum &c. Huic populo accensetur turba, de qua cap. 12. ψ . 17.

ψ . 43. *Voce magnâ clamavit, Lazare veni so-*

rās; ut ostenderet se non aliā, quā propriā auctoritate & imperio suscitare, Cyril., Chryf., Theophyl., qui hinc probant Christi Divinitatem: cū & Apostoli aliique Sancti non suo, sed Christi nomine miracula patrārint. *Voce magnā*, ad excitandam etiam attentionem in manifestationem miraculi; item cum Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., ut declaret, verum esse, quod illis dixerat cap. 5. v. 25. : *venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filii hominis, & qui audierint, vivent.*

v. 44. *Ligatus pedes & manus institis*, Arabicus, *lindeamentis*, more Judæorum, sepulchralibus ligatus Lazarus prodiit è sepulchro & spelunca: in quo præter suscitationem alterum miraculum fuisse agnoscunt Chryf., Theophyl., Theodor. Heracleëns. *Solvite eum*; ut Judæi sic Lazarum contrectantes, miraculum quasi manibus palparent, neque negare possent; itā multi Patres apud Maldonat., etiam inde probantes futuram resurrectionem mortuorum; item dantes allegoriam hujus historiæ.

v. 46. *Quidam autem ex ipsis*, qui viderant miraculum, *abierunt ad Phariseos*, increduli, malevoli, Orig., Theophyl., Euthym., Rupert.: hos enim opponit Evangelista iis, qui v. 45. *crediderunt in eum*, adeòque non tantum in miraculum.

v. 47. & 48. *Collegerunt ergo &c.* Hoc Concilium distinctum est ab illo Matt. 26. v. 3., ubi vide. *Omnes credent in eum, & venient Romani*, tamquā contra rebelles, qui deserto Cæsare alteri Regi adhæreamus; *& tollent nostrum locum*, templum, civitatem, totamque Palæstinam sibi penitus vindicando, *& gentem*, aliò eam transferendo, ut olim fecerant Babylonii. Vel hæc reverā timebant Pontifices illi & Pharisei, putan-

IN CAP.
 is regnum Messia
 Romani debere d
 erent: vel potius
 nym., Cyril., ho
 abant. Errant co
 Christus est, u
 tendum in eum
 nani essent, & loc
 nim temporalia f
 areà Romani no
 num, à quo dis
 etiam barbaris m
 Cæsaris Cæsari
 familia ejus pos
 Roman. 13. v.
 v. 22., 1. ad Ti
 Contra verò, q
 gem suam spiri
 ipforum contra
 nientes locum
 itā Patres cit. &
 v. 49. *Unu
 cum esset Pontif
 ac similitum to
 Lucæ 3. v. 2.
 signat Evangel
 illius, propheta
 tificali Officio
 Chryf., Theoph
 heracleëns., Au
 nstitutione divi
 ad vitam; quia
 d avaritiæ & ar
 tum) sicut Pe
 no ex Christi
 Cælestinus.
 v. 50. & 51.*

tes regnum Messia fore temporale, ac proin à Romanis debere deficere eos, qui illum agnoscerent: vel potius cum Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., hoc invidiæ suæ pallium prætendebant. Errant cæci & malè providi: nam, si Christus est, ut & miracula ejus monstrant, credendum in eum est, etsi propterea venturi Romani essent, & locum gentemque sublaturi; nec enim temporalia spiritualibus præferenda: prætereà Romani non venient, si omnes credant in eum, à quo discent non rebellare, sed parère etiam barbaris magistratibus, reddere, *quæ sunt Caesaris Cesari*, solvere tributum, &c.: quibus similia ejus postea Discipuli docuerunt, Paul. ad Roman. 13. *ψ*. 1., ad Ephes. 6. *ψ*. 5., ad Colos. 3. *ψ*. 22., 1. ad Tim. 6. *ψ*. 1., 1. Petri 2. *ψ*. 17. & 18. Contrà verò, quia credere in eum tamquam Regem suum spiritualem noluerunt, permisit Deus ipsorum contra Romanos rebellionem, qui venientes locum gentemque eorum abstulerunt; ita Patres cit. & Aug., Beda, Rupert.

ψ. 49. *Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius.* De hoc, illiusque ac similium tunc temporis Pontificatu egimus Lucæ 3. *ψ*. 2. Verum autem fuisse Pontificem, signat Evangelista *ψ*. 51., *cum esset Pontifex anni illius, prophetavit*; non ipsius meritis, sed Pontificali Officio adscribens prophetiam, ut notant Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Theodor. Heracleëns., Aug., Beda, Leont. Nec obstat, ex institutione divina Pontificatum Judæorum fuisse ad vitam; quia poterant dignitati renunciare (etsi id avaritiæ & ambitionis occasione esset introductum) sicut Pontificatui Romano, licèt perpetuo ex Christi institutione, ex humilitate cessit S. Cælestinus.

ψ. 50. & 51. *Vos nescitis quidquam.* Verba sunt

superbi Pontificis, cum contemptu aliorum, suam autoritatem publicam interponentis, & præferentis hominibus privatis & velut ignorantibus. *Expedi vobis, ut unus moriatur homo, &c.* Verba hæc duplicem habent sensum litteralem: primus est, quem Caiphas ex suo privato & communi Pharisæorum in Christum tamquam suæ Sectæ Pharisæicæ & autoritati contrarium odio, aut etiam secundum statum politicum, intendebat; scilicet expedire, ut unus homo, Christus, morti traderetur, ne temporali excidio Judæi omnes punirentur à Romanis: sicque errabat in re vel factò particulari aut politico. Sed quid tum, etsi errasset in aliquo puncto fidei ac doctrinæ (pro ut certè erravit circa Christum) utpote jam cum Pontificatu deficiente Synagogâ quoad ea, quæ de Christo tum erant impleta; & ad præsentiam æterni N. L. Pontificis? Hoc primo sensu dicta verba merè narrativè ponuntur ab Evangelista. Secundus est, quem per Caipham loquentem, eumque sensum, teste Cyril., Theodoro Heracleënsi, & Leont., ignorantem, intendebat Spiritus S., nempe expedire humano generi, ut Christus pro illius salute moreretur, ne æternùm periret: & eatenus *hoc à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit.*

¶ 54. Christus ut homo, ad nostrum exemplum, internecini Judæorum odii vitandi causâ; Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., *abiit in regionem juxta desertum, in civitatem, quæ dicitur Ephrem* (Græci Codices cum quibusdam Latinis legunt *Ephraim*) quam cum Adrichomio Tirinus in tabula Chorographica ponit extra tribum Juda & Benjamin, in tribu Ephraim in confiniis tribus Benjamin, distantem septem leucis ab Jerusalem versus Orientem, habentem-

IN CA
que solitudinem
sertum Quarant
dem se recepisse
etiam est tribus
habetur ex diver
Ephron non i
¶. 55. & 56.
at sanctificarent
remontas ab im
ad eum Agni
¶. 17. & 18.
diem festum?
cum plerisque
Leont., test
venturus sit
interrogatio
eorumque a
tem, & quar
Theophyl.,
quæque co
Jerusalem,

Cæna in Be
in Je
C

V Erf. 10
nibus
Unum super
primùm o
aggerantis
mulantis,
ut supra in
tium, ecce
nescientes

que solitudinem Bethaven ab Occidente, & desertum Quarantanæ versus Jericho. In hanc urbem se recepisse Christum, non in *Ephron*, quæ etiam est tribûs Ephraim, nec in *Ephratam*, habetur ex diversitate scriptionis; & quia circa *Ephron* non invenitur desertum.

¶. 55. & 56. *Ascenderunt multi Ferofolymam, ut sanctificarent seipsos*, per sacrificia aliasque ceremonias ab immunditiis legalibus purgantes se ad esum Agni Paschalis: de quo 2. Paralip. 30. ¶. 17. & 18. *Quid putatis, quia non venit ad diem festum?* Id est, quòd nondum venerit; ita cum plerisque, etiam, ut videtur, Cyrillus & Leont., teste Maldonato. Item, quòd fortè non venturus sit, Chrysoft., Theophylact. Hæc est interrogatio inter se Pontificum, Phariseorum, eorumque asseclarum, qui jam decreverant mortem, & quærebant apprehendere Christum, Chryf., Theophyl., Euthym., Aug., Beda, Rupert.; quæque contigit ante ingressum solemnem in Jerusalem, de quo cap. sequenti.

CAPUT XII.

Cœna in Bethania, Matt. 26. Solemnis ingressus in Ferusalem, Matt. 21. Clarificatio Christi, excœcatio Judæorum.

Vers. 19. *Videtur, quia nihil proficimus, omnibus hætenus nostris machinationibus?* Unum superest, ut ex consilio Caiphæ quamprimùm occidatur. Verba sunt rumpentis & exaggerantis invidiæ, & se ad Christi necem exstimulantis, Cyril., Euthym. Quin & Cyril. hîc, ut supra in Caipha, prophetiam agnoscit dicentium; *ecce mundus totus post eum abiit*; quasi nescientes dicant, omnes credituros in Christum,

qui ψ . 32. ait : *omnia traham ad meipsum*. Mirror, Chrystomum & Theophyl. putare, verba illa esse in Christum credentium, vel ipsi faventium, inquit Maldonat.

ψ . 20. *Erant autem quidam gentiles, prope Profelyti Judæorum, juxta Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., qui illorum more certis temporibus Hierosolymam ascendebant, ut adorarent.* Simpliciter gentiles fuisse putat Cyril., ipseque Leont. & Theophyl. : erat enim in templo atrium gentium, ubi his adorare permittebatur; ut fecit eunuchus Candacis reginæ, Actor. 8. ; dici potest verisimiliter fuisse ex his & ex illis. Videntur gentiles hi à Christo admissi, sicut ψ . 21. ipsi, non ausi se ingerere, sub favore Philippi primò sibi obvii vel proximi admitti petierant, Cyril., Leont. ; idque Christus indicare videtur, dum ψ . 23. dicit, *venit hora, seu tempus, ut clarificetur Filius hominis*, id est, etiam à gentibus ultro ad se venientibus agnoscat, imminente jam suâ morte & resurrectione, post quam & iis sit annunciandus; cum tempore vitæ Judæis, nunc sibi maximè inimicis, primùm se manifestârit; Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., Aug., Beda, Rupert.

ψ . 22. *Venit Philippus, & dixit Andrea,* tamquàm seniori, vel majoris apud Christum autoritatis, communicans petitum insolitum gentilium accessum ad Christum, Cyril., Leont., Chryf., Theophyl., Euthym.

ψ . 24. & 25. *Nisi granum frumenti &c.* Hâc similitudine significat mortem suam esse causam necessariam ad suam illam glorificationem, & ad uberem messem animarum producendarum ad fidem & salutem, Aug. *Qui amat animam suam, perdet eam &c.* Vide dicta Matt. 10. ψ . 39. Tum invitat ψ . 26. suos ministros ad sui se-

IN C
 quelam, etiam
 Chryf.
 ψ . 27. & 28.
 voluntariè affu
 Athanas. in Ca
 rum hominem
 milibus perferen
 stante naturali
 git, Chryf., Th
 Pater salvifica
 fogiam in his
 libera me ab
 priorem peti
 profectam,
 dam venisset
 boram : hin
 mortem scilicet
 tione mox d
 tio hæc & tr
 26. à ψ . 37.
 mili Matt. 2.
 Filium meum
 Baptismo, a
 ita omnes A
 Maldonat.
 morte & p
 resurrectione
 gentiles cor
 nitionem,
 Theophyl.
 clarificando
 meum, p
 lius sunt eff
 ut antè di
 clarificatio
 cum clarifi
 metipsum.

quelam, etiam spe gloriosæ mercedis, Aug., Chryf.

ψ. 27. & 28. *Nunc anima mea turbata est*, voluntariè assumpto instantis mortis horrore, Athanas. in Catena Græca. Hæc dicit, ut se verum hominem ostendat, Cyril.; suosque in similibus perferendis exemplo roboret, non obstante naturali horrore, dum Patris gloria exigit, Chryf., Theophyl., Leont. *Et quid dicam? Pater salvifica me ex hac hora*: id est, quo confugiam in hisce angustiis constitutus? Tu Pater libera me ab ista morte: verum quasi corrigit priorem petitionem, ex naturali mortis timore profectam, cogitatione, quod ad illam sebeundam venisset, dicens: *sed propterea veni in hanc horam*: hinc subdit, *Pater clarifica*, per & post mortem scilicet meam, *nomen tuum*, clarificatione mox dicendâ; ita Chryf., Euthym. Oratio hæc & tristitia similis est illi in horto, Mat. 26. à ψ. 37. *Venit ergo vox de cælo* (de qua simili Matt. 3. ψ. 17.) *Et clarificavi*, nempe te ut Filium meum naturalem & Messiam missum, in Baptismo, aliisque miraculis tempore vitæ tuæ; ita omnes Autores, quos memini legere, inquit Maldonat. *Et iterum clarificabo*, ut talem, in morte & post mortem novis signis, præcipuè resurrectione tuâ, per quæ plurimi, præsertim gentiles convertentur, & ad meam tuamque agnitionem, cultumque pervenient; ita Chryf., Theophyl., Euthym., Cyrillus, Leont. Et sic clarificando te, clarificavi, & clarificabo nomen meum, proût petis: quia in divinis Pater & Filius sunt essentialiter correlativa, ac naturâ unum, ut antè diximus. Agitur ergo de sua Filiique clarificatione coram hominibus, & eâ, quâ, cum clarificavit Filium Pater, clarificavit & semetipsum.

¶. 31. *Nunc JUDICIUM est mundi.* Procopius
 in cap. 64. Isaiaë, in bonam partem accipiens
 (proût quandoque sumitur, ut Isaiaë 1. ¶. 17.,
judicate pupillo, defendite viduam. Psal. 139.
 ¶. 13., *faciet Dominus judicium inopis*) ita ex-
 plicat, ut sensus sit universaliter, se mundum,
 id est, omnes homines per crucis suæ mysterium
 nunc implendum vindicaturum ac liberaturum
 ab oppressione peccati & diaboli: confirmatur
 primò cum Chrysof.; quia explicans, quale sit
 istud instans judicium, addit: *nunc Princeps
 hujus mundi ejicietur foràs, virtute crucis.* Scri-
 bitque Augustinus: *prævidebat post passionem
 & glorificationem suam, per universum mundum
 multos populos credituros, è quorum cordibus dia-
 bolus, quando ei ex corde renunciant, foràs eji-
 citur.* Additque notandum: *est quidem & de
 veterum justorum cordibus ejectus; sed dicitur
 nunc ejiciendus, quia quod in paucis factum est
 tunc (& quidem virtute anticipatâ hujus ipsius
 crucis Christi, quæ nunc impleri significatur)
 in multis magnisque populis mox erat futurum.*
 Confirmatur secundò, cohærenter ex

¶. 32. *Et ego, si exaltatus fuero à terra, in
 crucem;* ita enim explicat Evangelista ¶. 33. di-
 cens: *hoc autem dicebat significans, quâ morte
 esset moriturus: & rectè ¶. 34. turba intellexit.
 Omnia (sine restrictione) traham ad meipsum,*
 id est, omnia animarum spolia, omnes homines
 abstraham à diabolo; nempe quantum est ex me,
 nisi ipsi se pertrahi sinere nolint, sed pro sua sola
 voluntate rebelles velint adhærere diabolo. No-
 ta, quamvis in re idem significetur, hîc legen-
 dum non, *omnes*, cum Græcis; sed, quod mag-
 is emphaticum est, *omnia*, cum Vulgari, Aug.,
 Ambros., Prospero, Leone, Gaudenzio, Gre-
 gor., Ruffino, Remigio Lugdunensi, Bernardo,

IN CA
 Beda, Ruperto
 Paulus ad Colo
 crucis ejus OMN
 ¶. 34. Respon
 Lege, 2. Reg
 ¶. 7., Ezechie
 fas ibi promissu
 eternum: & q
 crucifigi, Filia
 lege cohæreat
 se eum pro M
 prio testimon
 Filius homin
 Chryf. & T
 eos rogasse
 Filio homin
 sapius se Fi
 fia gerere i
 quali concl
 iste Filius bo
 te Messiam
 probavimus
 quæstionem
 Christi, non
 non moritu
 habeat, P
 Daniël. 9.
 finatis, tel
 respondit:
 ¶. 35. &
 est, id est,
 Messia, te
 & Latinos
 Arabico le
 tempore lu
 etiam con
 tu Latino

Beda, Ruperto citatis apud Maldonat. : sicut Paulus ad Colossens. 1. ψ . 20. ait, *per sanguinem crucis ejus OMNIA reconciliata & pacificata.*

ψ . 34. Respondit ei turba : nos audivimus ex Lege, 2. Reg. 7. ψ . 16., Psal. 88. ψ . 30., Isaia 9. ψ . 7., Ezechiel. 37. ψ . 25., quia Christus, Messias ibi promissus, ejusque regnum, manet in æternum : & quomodo tu dicis, oportet exaltari, crucifigi, *Filium hominis* ? Quod, quomodo cum lege cohæreat, interrogant ; proin insinuantes, se eum pro Messia habere non posse, utpote proprio testimonio in cruce moriturum. *Quis est iste Filius hominis* ? tune, an alius quispiam ? Ità Chryf. & Theophyl., qui putant, simulatè hoc eos rogasse, fingentes non intelligere, de quo Filio hominis loqueretur ; cùm certè, Christum sæpius se Filium hominis appellasse, & pro Messia gerere satis scirent. Censet Maldonat., eos quasi concludendo contemptim rogasse, *quis est iste Filius hominis* ? Ac si dicant ; quis es tu, qui te Messiam falsè prædicas, sicut nunc ex Lege probavimus ? Poterat Christus directè solvere quæstionem, Scripturam loqui de æterno regno Christi, non terreno ; nec ullibi dicere, Christum non moriturum, cùm & moriturum expressè habeat, Psal. 21., Isaia 53., Jeremia 11. ψ . 19., Daniël. 9. ψ . 26. ; sed tamquam indignis & obstinatis, teste Cyrillo, ad argumentum non ità respondit : verum,

ψ . 35. & 36. *Adhuc modicum lumen in vobis est*, id est, modica intelligentia scripturarum de Messia, secundum Aug., Bedam, Rupertum, & Latinos passim : aut potiùs, ut cum Syro & Arabico legunt Græci Codices ; *adhuc modico tempore lumen vobiscum est* : hunc enim sensum, etiam conformiorem sequentibus, patitur in textu Latino vox *modicum*, scilicèt *tempus*, quo

574 IN CAP. XII. JOANNIS.

Christus asserit, se inter ipsos futurum; atque ita pro tempore accipitur vox modicum c. 13. v. 33. c. 14. v. 19., c. 16. v. 16. 17. 19. Quarè hortatur: *ambulate, dum me meamque doctrinam mundi lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant, peccatorum, Leont., & ignorantia, Aug., Beda.* Ac si dicat: etenim si non ambuletis pro credulitatis affectu inquirendo, orando, credendo, cum ego lux mundi realiter ac visibiliter præsens sum, lucensque tot miraculis ac doctrinis, quid fiet me brevi absente? Itaque tempestivè, *dum lucem habetis, me præsentem, credite in lucem, in me, ut filii lucis sitis, id est, secundum Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym, filii mei. Abiit, è templo, & abscondit se ab eis, modico tempore se subducens, vesperi tendens in Bethaniam & montem Oliveti, ac postridie rediens ad templum, ut habet Lucas, 21. v. 37., & vide dicta Matt. 21. v. 17. 18. 19., & cap. 24. v. 1. & 3.*

v. 38. *Non credebant in eum, ut sermo Isaiaë Prophetæ, cap. 53. v. 1., impleretur: id est, non causam, sed eventum consequentiamque significat, Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont.; estque proin idem, quod ita ut; & sensus: non credebant in eum, ita ut sermo Isaiaë impleretur; sive, ipsorum infidelitate factum est, ut impleretur sermo Prophetæ de ipsis prædictus: etenim non ideo illi credituri non erant, quia Isaïas prædixerat; sed ideo prædixerat non credituros, quia illi credituri non erant. Domine quis, quàm parvus numerus, credidit auditui nostro, prædicationi nostræ ab ipsis auditæ? & brachium Domini cui revelatum est, id est, ex revelatione creditum? Brachium Domini metaphoricè, teste Aug., Bedâ, Ruperto, Hesichio in catena græca, hic Christus est Dei Filius, seu Patris virtus*

IN CAP.
potentia, etiam
ap. totoque præc
v. 39. & 40.
ita iterum dixit
oculos eorum,
quia, ut, iterum
ificat, juxta eol
de hac prophetia
aut Prophetæ, vi
exceptis parentib
autem non pote
pondeo, quia
quintur Chry
Malam quipp
& per Prop
futura non p
turbationis &
care, necessari
sed consequen
ram determin
erat illâ præc
enim ideo qu
dit Deus, aut
scivit Deus,
Pergit Aug.
pheta, non v
Propheta?
videant, &
vit oculos eor
hoc eorum
enim excæc
non adjuvan
seu efficaces
judicio facer
v. 41. H
vidit gloriam
cutus est de

& potentia, etiam in miraculis relucens; eò enim cap. totoque præcedente Propheta agit de Christo.

¶ 39. & 40. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, cap. 6. ¶ 9., excæcavit oculos eorum, ut non videant &c. id propterea, quia, ut, iterum non causam, sed eventum significat, juxta eosdem Patres; de quibus, uti & de hac prophetia Isaiæ, & quomodo induret Deus aut Propheta, vide Matt. 13. ¶ 13. 14. 15. Addo, exceptis parenthesisibus, verba Augustini: *quare autem non poterant, si à me queratur, citò respondeo, quia volebant* (eodem modo hìc loquuntur Chryf., Theophyl., Euthym., Leont.) *Malam quippe eorum voluntatem prævidit Deus, & per Prophetam prænuñciavit, cui abscondi futura non possunt* (quâ stante suppositione futurationis & prævisionis, non poterant non peccare, necessitate, non simplici & antecedente, sed consequente liberam malæ voluntatis futuram determinationem, quæ hæc ipsa ratione prior erat illâ prævisione & prædictione peccati: non enim ideo quis peccat, quia peccaturum prævidit Deus, aut Propheta prædixit; sed ideo præscivit Deus, & Propheta prædixit, ut ¶ 38.) Pergit Aug.: *sed aliam causam, inquis, dedit Propheta, non voluntatis eorum. Quam causam dicit Propheta? Quia dedit illis Deus oculos, ut non videant, & aures, ut non audiant, & excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum. Etiam hoc eorum voluntatem meruisse respondeo: sic enim excæcat, sic obdurat Deus, deserendo & non adjuvando* (id est, uberiores, & adjuvantes seu efficaces gratias non largiendo) *quod occulto judicio facere potest, iniquo non potest.*

¶ 41. *Hæc dixit Isaias, quando, cap. 6. à ¶ 1., vidit gloriam EJUS, Christi ut Filii Dei, & locutus est de EO, Christo; ita Theodor. Hera-*

576 IN CAP. XII. JOANNIS.

cleënſ., Cyril., Athanaſ. lib. de communi eſſen-
tia Patris & Filii & Spiritûs S., Hilar. lib. 5. de
Trinit., Hieron. in cap. 6. Iſaiæ, Leont., Non-
nus, Aug., Beda, Rupert., Theophyl., Eu-
thym. Et ſanè Evangeliſta hîc de Chriſto tractat
in præcedentibus & ſequentibus, ad quem proin-
dicta verba referantur, cenſentque citati Patres,
Iſaiam vidiffè myſterium SS. Trinitatis (intelli-
ge, non in ſe intuitivè, ſed in mirabili aliquo
Symbolo, ſecundùm Aug., & dicta cap. I. *ŷ. 18.*)
clamant enim Seraphim *ŷ. 3.*, triſagion, *Sanctus,*
Sanctus, Sanctus : & *ŷ. 5.*, *Dominus,* *Gebova*
vocatur, quod nomen nuſquàm in Scripturis rei
create tribuitur : & *ŷ. 8.* Deus ait : *quis ibit no-*
bis? in plurali : ut & Divinitas Chriſti, & una
Trinitatis eſſentia comprobetur ; Patris, ut ne
Judæus quidem negat ; Filii, ut eſt hîc apud
Joannem ; & Spiritûs S. Actor. 28. à *ŷ. 25.*,
Bene Spiritus S. locutus eſt per Iſaiam Prophe-
tam ad patres noſtros, dicens, citato cap. 6., va-
de ad populum iſtum, & dic ad eos, aure audie-
tis, & non intelligetis, & videntes videbitis,
& non perſpicietis ; incrassatum eſt enim cor po-
puli hujus : qui etiam Spiritus S. erat utique ille
Dominus, quem viderat, & qui hæc eum ju-
bebat enunciare.

ŷ. 42. & 43. VERUMTAMEN, id eſt, non ob-
ſtantibus dictis à *ŷ. 37.*, ET ex principibus, id
eſt, etiam ex primoribus viris, adeòque non ex
ſola turba, *multi CREDIDERUNT in eum :* quam-
quàm multò plures non crediderint, manſerint-
que obdurati, Rupert. *Sed propter Phariſæos,*
potentiores, etiam numero, adverſarios Chriſti,
NON CONFITEBANTUR, ut è Synagoga non eji-
cerentur. *Dilexerunt enim gloriam hominum ma-*
gis, quàm gloriam Dei ; *paſſivè,* id eſt, gloriam
accipere ab hominibus, quam à Deo, Chryſ. a
Theoph.

IN CAP.
Theophyl., Euth
k active, ſeu h
cère, præ Deo
ŷ. 44. & 45.
niſe redargu
43., ſignificans,
dem ac confeſſi
profiteri ſe crede
ril. Et dixit, q
ſed in eum qui n
credit in Patr
non quomodo
tamquàm ſim
me, quomodo
enim nihil di
me, videat e
fidem credent
REMANERE
que credit in
credit in Filia
ſcit, & ita cr
ſequitur ; ET
ME MISIT. Ita
Ambroſ. lib.
Athanaſ. Or
Arian., Mar
hinc probante
in Legatum F
autem hîc exi
Porro hæc &
eſſe connexa
Chryſ., Aug.
nempe hſtero
eſt Jeſus : &
ŷ. 46. & 47.
tam veni, p
et omnis, qu

Theophyl., Euthym., Cyril., Beda. Quidni tamen & activè, seu hominibus gloriam dare, & placere, præ Deo?

ŷ. 44. & 45. *Jesus autem clamavit, ad manifestè redarguendos illos, de quibus ŷ. 42. & 43., significans, ob homines non timendam fidem ac confessionem in se; sicut non timebant profiteri se credere in Patrem sive Deum, Cyril. Et dixit, qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. &c. Aug. tract. 54., cum credit in Patrem, qui sibi æqualem genuit me, non quomodò me videt, nempe oculis corporeis tamquàm simplicem hominem, sed sic credat in me, quomodò in eum, qui misit me: usque adeò enim nihil distat inter eum & me, ut, qui videt me, videat eum, qui misit me. Non à se abstulit fidem credentis, SED NOLUIT IN FORMA SERVI REMANERE CREDENTEM: quoniam cum quisque credit in Patrem, qui eum misit, profectò credit in Filium, sine quo Patrem non esse cognoscit, & ità credit, ut credat æqualem: quoniam sequitur; ET QUI VIDET ME, VIDET EUM, QUI ME MISIT. Ità etiam Chryf., Theophyl., Euthym., Ambros. lib. 5. de Fide cap. 5., Cyril., Leont., Athanas. Orat. 1. & 2., & serm. 3. & 4. contra Arian., Marius Victorin. lib. 4. contra Arium, hinc probantes Christi Divinitatem. Non dicimur in Legatum Regis credere, sed Legato: Christus autem hìc exigit fidem in se, æquè ac in Patrem. Porrò hæc & sequentia verba tempore & loco esse connexa cum præcedenti sermone, indicant Chryf., Aug., Rupertus; etsi Evangelista ŷ. 36., nempe hystericè, interposuerit; hæc locutus est Jesus: & abiit, & abscondit se ab eis.*

ŷ. 46. & 47. *Ego Lux, metaphorica, in mundum veni, per Incarnationem, de quo cap. 1., ut omnis, qui credit in me, in tenebris non ma-*

neat, infidelitatis & peccatorum, in quibus mundus jacebat, antequàm à Christo illuminaretur, Aug. *Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, credendo: græcè enim, cum plerisque Interpretibus græcis est, crediderit: noster tamen Interpretes Vulgatæ, cum Aug. & Latinis omnibus, ac nonnullis Codicibus Græcis manuscriptis legit, custodierit. Ego non judico eum, jam, condemnando; non enim veni, ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum; de quo cap. 3. v. 17. non tamen se judicaturum negat in fine mundi, cui Pater omne judicium dedit.*

v. 48. *Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet, qui judicet eum, tunc, etiam vel me tacente; nempe illa ipsa verba, sive sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die. Ille sermo, quem audierunt, propè aderit, intùs sedebit, in conscientia cujusque justas sententias terribiliter personabit, inquit Rupert. Simili sensu habetur cap. 5. v. 45., nolite putare, quòd ego accusaturus sim vos apud Patrem, est qui accusat vos Moyses.*

v. 49. & 50. *QUIA ego à meipso non sum locutus; sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar. Et scio quia mandatum ejus est vita æterna: ac proin, credite, Chrysof. rò quia explicat causam secundùm Cyril., Theodor. Heracleëns. & Leont., cur sermo ille incredulos sit damnaturus. Censent Aug., Ambros., Beda, Christum hìc de se loqui, quatenùs est Filius Dei, qui, uti missus est & mandatum à Patre accepit ad Incarnationem, ità & ad loquendum; scribente Aug. tract. 54. "Sicut est nativitas æterna, sic est, qui natus est, vita æterna. Ità & mandatum, non quòd "Filius non habebat, Pater dedit; sed, sicut dixi, in sapientia Patris, quod est Verbum Patris,*

IN C
omnia mandata
datum datum
tur datum:
nunquam Fili
qui nunquam
scio, quia ma
ergo vita æter
est mandatum
quàm, Ego su
ille. Quæ ergo
sic loquor. Au
loquitur ut v
rillus verò,
istimant, Ch
qui à Patre
& moriendi
esse vita æt
æternam per
23. dicitur,
uterque senti
nere?

Ultima car

V Erf. 1.
ut trans
dilexisset su
ticè pro loc
tes & post t
sticos, Apo
des lavit, C
tius. In fin
amoris, fiv
gumento, t

IN CAP. XII. JOANNIS. 579

omnia mandata sunt Patris. Dicitur autem mandatum datum, quia non est à seipso, cui dicitur datum: & hoc est dare Filio, sine quo nunquam Filius fuit, quod est gignere Filium, qui nunquam non fuit. Sequitur autem, & scio, quia mandatum ejus vita aeterna est. Si ergo vita aeterna est ipse Filius, & vita aeterna est mandatum Patris, quid aliud dictum est, quàm, Ego sum mandatum Patris? „ Haecenus ille. *Quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* Aug., ita ille dixit ut verax, ita iste loquitur ut veritas: verax genuit veritatem. Cyrillus verò, Leont., Chrysoft., Theophyl. existimant, Christum agere de se quatenus est homo, qui à Patre acceperit mandatum loquendi, sicut & moriendi: & ita Patris mandatum intelligitur esse vita aeterna causaliter, sive causare vitam aeternam per Christum: quomodo ad Rom. 6. v. 23. dicitur, *gratia Dei vita aeterna.* Cur non uterque sensus possit intelligi ad litteram pertinere?

CAPUT XIII.

Ultima coena, Matt. 26. Lotio pedum. Sermo Christi post cenam.

Vers. 1. *Sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in MUNDO, (emphaticè pro loco periculorum & miseriarum) existentes & post se relinquendi. Suos, intellige domesticos, Apostolos, quibus nempe continuo pedes lavit, Chryf., Theophyl., Euthym., Leontius. In finem dilexit eos. In finem perfectionis amoris, sive majori, quàm unquam, amoris argumento, scilicet lotionis pedum, iidem Patres:*

insuper secundum Tolet. & à Lap., institutionis & dationis Eucharistiæ (quamvis illam Joannes hic omittat, tamquam sufficienter ab aliis Evangelistis tractatam) nec non sermonis à fine hujus cap. pleni charitatis: denique juxta Aug., Bedam, Rupert., *in finem*, id est, usque ad mortem crucis, sive ita ut pro illis moreretur. Verum cum Christus mortuus sit pro omnibus, hic litteraliter cum Ruperto signarentur etiam omnes electi, imò cum Cyrillo omnes homines. At hi vel mortui, amplius jam non erant; vel pro futuro, quomodo erant in mundo, nisi in solo decreto Dei? Ergo ad suos potius videtur significare solos Apostolos mox lavandos, juxta Patres citatos. Porro singulare illud humilis charitatis exemplum ex duabus circumstantiis expendit Evangelista: 1. quòd etiam Judæ pedes laverit tum, *cum* ψ . 2. *diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum*; ita Aug., Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Rupert.; cui accedit, quòd post lotionem à ψ . 21., Judas adhuc dicatur præsens. 2. quòd ψ . 3. sciret, *quia omnia dedit ei Pater in manus* &c., adeoque quòd talis ac tantus ad abjectissimum ministerium demiserit sese, Aug., Beda, Cyril., Chryf., Theophyl.

ψ . 4. SURGIT A CÆNA (quæ eadem ψ . 2. dicitur *facta*, seu absoluta) intellige *usuali*: nam *cæremonialis* Agni Paschalis, quæ hanc præcefferat, juxta legem Exodi 12. ψ . 11., à *stantibus* sumebatur: præterea ψ . 12., post lotionem pedum dicitur; *cum recubisset* ITERUM: ergo antequàm lavaret, jam accubuerat, qui post lotionem *iterum* recumbebat, nempe ad sequentem tertiam cœnam corporis & sanguinis sui. *Et ponit vestimenta sua*, pallium & tunicam superiorem, retentâ tunicâ interiori inconsutili (de quibus vestibus in Matt. 27. ψ . 35.) ut sic

IN CA
amplius humile
etiam linteo pra
 ψ . 5., usus est
tem, ut vult O
totam autem
 ψ . 6. *Veni*
Chrysof., The
tant lotionem à
indigo medicina
terminasse: To
trum; quia p
lavare pedes l
ergo ad Simo
Rupert., &
tamquam Ca
post ejus recu
stolos ipsius
quam verosim
reverenti vere
cur Petrus p
Christum alio
Evangelistæ
ter dixisse, C
pulorum, de
lavisset, & à
trum, ut prin
quæ commer
tuculam ergo.
 ψ . 7. *Scies*
dandum vobis
ril. 2. Ad testa
1. dictum. 3
mundities, et
charitiam sun
tus lotionem
l. Eucharistiæ
te. Duo ultim
verunt saltem

ampliùs humilem ac servilem personam induat, etiam linteo præcinctus, quo, teste Evangelistâ *ψ. 5.*, usus est ad extergendos pedes; non autem, ut vult Origen., ad tegendam nuditatem; totum autem se denudare fuisset indecorum.

ψ. 6. Venit ergo ad Simonem Petrum. Origen., Chrysof., Theophyl., Euthym., Leont., putant lotionem à Juda cœpisse, tamquàm magis indigo medicinæ: Origen. & Leont., in Petro terminasse: Tolet. saltem aliquos lotos ante Petrum; quia postquàm Evangelista dixit, *cœpit lavare pedes Discipulorum*, dein subjungit, *venit ergo ad Simonem Petrum*. Meliùs Aug., Beda, Rupert., & Latini fere omnes, Christum Petro tamquàm Capiti, etiam hîc primas detulisse; & post ejus recusationem & lotionem cæteros Apostolos ipsius exemplo lotionem facillè admittisse; quam verosimiliter ante Petrum ex humilitate aut reverenti verecundia pariter recusassent: prætereà, cur Petrus præ omnibus renuisset, si jam vidisset Christum aliorum pedes lavisse? Itaque ad verba Evangelistæ *R.* cum Aug., priùs ipsum generaliter dixisse, Christum cœpisse lavare pedes Discipulorum, dein sigillatim explicasse, quomodò lavisset, & à quo cœpisset; venisse ergo ad Petrum, ut primo eum loco lavaret, eaque accidisse, quæ commemorat; atque hanc vim habere particulam *ergo*.

ψ. 7. Scies autem POSTEA, 1. me id fecisse ad dandum vobis humilitatis exemplum *ψ. 14.*, Cyril. 2. Ad testandum singularem amorem, ut *ψ. 1.* dictum. 3. Ut istâ lotionem mysticè significetur mundities, etiam à venialibus, quâ & S. Eucharistiam sumere oporteat: ad hanc enim Christus lotionem dirigens, eam præmisit institutioni S. Eucharistiæ, ipseque innuit *ψ. 10.*, quem vide. Duo ultima Petrus & Apostoli haud dubiè sciverunt saltem post Spiritûs S. missionem.

ψ. 8. *Si non laverō te*, pedes tuos, si pertinaciter repugnes, *non habebis partem mecum*, nil mecum habebis commune, etiam in mensa Eucharistica: & secundum Cyril. & Basil. in proœmio libri de moribus, ob inobedientiam perdes meam gratiam & amicitiam: non quòd Petri, consilium Christi & mysteria ignorantis, recusatio hæcenus esset reprehensibilis, utpote ex humilitate ac reverentia profecta, juxta Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Aug.; & quia, auditis Christi minis, mox ψ. 9., promptum se offert ad lotionem totius corporis, per præcipuas istas partes significati: non etiam quòd lotio pedum res esset tanta in se; sed in circumstantiis mysteriorum in ea contentorum, ob quas gravi inobedientiâ ulterius resistendo peccasset. Ità meliùs, quàm, *si non laverō te*, *spiritualiter* per gratiam à peccatis sive mortalibus, sive venialibus: 1. quia agitur de lotionem quam recusabat Petrus, & de qua ψ. 14., quæ utique erat *corporalis*: ergo Christus *litteraliter* non intelligit *spiritualem* hîc ità variantem verbum *lavare*. 2. quia Petrus tunc non habebat peccatum mortale; de quo, & de Apostolis Christus ψ. 10. & 11. ait; *vos mundi estis*, præter Judam sibi notum proditorem. Nec intelligitur *litteraliter* de lotionem *spirituali* à venialibus; quia hæc non excludunt partem, gratiam, amicitiam cum Christo.

ψ. 10. Sicut, *qui lotus est*, corporaliter in balneo, *non indiget*, nisi ut pedes lavet, quos facillimè vel balneo dumtaxat egrediendo commaculat, *sed est mundus totus*, præter pedes, ut explicat Aug. & Beda; ità, & *vos mundi estis*, lotionem *spirituali*, ut Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., id est, abluti per gratiam habitualement, mundi ab omni peccato mortali;

IN C
 ia ut non indig
 affectus animæ
 tum venialium
 Bernard. serm.
 dam; idque a
 Sacra Comm
 tio mysticè reter
 ψ. 2., Tolet.,
 na Domini, Pa
 gor. lib. 9. reg
 Rupert., loti
 postolos toto
 intelligunt,
 non debere
 totum; at
 quid sordid
 poenitentiam
 sed non, si
 vos reali S
 sistendo: qu
 aliis Aposto
 sti, de qu
 cendus ipse
 ditie alioru
 bat enim,
 cui diabolus
 ψ. 14. A
 des, ut cor
 stro ac Dor
 re omnium
 Maldonat.
 præcepto,
 ψ. 18. N
 quem inter
 rus sit, c
 Aug. Ego
 cum Euth

ita ut non indigeatis, nisi ut laventur pedes, sive affectus animæ à novo pulvere facilè adhærentium venialium peccatorum, secundùm Aug., Bernard. serm. de Cœna Domini, Rupert., Bedam; idque ad majorem munditiam, etiam pro Sacra Communionem, ad quam & ista pedum lotio mysticè referebatur, juxta Maldonat. hìc ad *ŷ. 2.*, Tolet., à Lap. Porro Cyprian. de Cœna Domini, Pacian. epist. 1. contra Novat., Gregor. lib. 9. registri cap. 39., Bernard. cit., Aug., Rupert., lotionem spiritualem, quâ Christus Apostolos lotos esse dicat, Sacramentum Baptismi intelligunt, quo, qui semel ablutus est, eum non debere iterum baptizari, sed esse mundum totum; at, si post Baptismi Sacramentum aliquid sordium peccatorum pedibus accesserit, per pœnitentiam abluendum, rectè sic quidem etiam: sed non, si *et vos mundi estis*, idem sit, quod, vos reali Sacramento Baptismi abluti estis, *ibi sistendo*: quia, cum & Judas verosimillimè cum aliis Apostolis fuerit baptizatus Baptismo Christi, de quo cap. 3. *ŷ. 22.*, etiam mundus dicendus ipse foret, quem tamen Christus à munditie aliorum Apostolorum excipit, *ŷ. 11.*, *sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum, & cui diabolus ŷ. 2. id jam miserat in cor.*

ŷ. 14. Et vos debetis alter alterius lavare pedes, ut conformes sitis discipuli & servi Magistro ac Domino. Species hæc ponitur pro genere omnium humilitatis ministeriorum, inquit Maldonat., quorum quædam possunt esse de præcepto, quædam de consilio.

ŷ. 18. Non de omnibus vobis dico. Indicat aliquem inter ipsos esse, Judam, qui neque facturus sit, quæ dixerat, neque beatus futurus, Aug. *Ego scio, quos elegerim*, ad Apostolatam, cum Euthym., qui nempe, quæ dixi, facturi

essent, & salvandi, quisnam non, sed malus futurus ac proditor, Aug., Beda, Rupert. *Sed ut adimpleatur Scriptura*, Psal. 40. *ψ. 10.*, quæ quoad sensum, non quoad verba citatur. *sed ut* rursus, sicut cap. 12. *ψ. 38.*, non causam significare, sed eventum impletionis Scripturæ, notant Theophyl. & Euthym. *Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum*: quod ad litteram de Achitophel proditore suo apud filium Absalonem dicit David; mysticè de Juda proditore, sensu à Spiritu S. intento, dictum esse, & in se impleri, docet hïc Christus. Est autem metaphora desumpta à luctatore fraudulento, qui, pede inter adversarii tibias interposito, eum supplantans prosternit; quo indicatur Judæ impudens scelus & fallacia, osculo, pacis Symbolo, Magistrum prodentis.

ψ. 19. *AMODÒ dico vobis*; id est, *ex hoc tempore*, ut vertit Syrus, *priusquam fiat*, quod dixi de proditore, *ut, cum factum fuerit, credatis*, magis magisque, Cyril., *quia ego sum*, ille, de quo David ibi locutus est, inquit Cyril., Theophyl., Euthym., Aug., Beda, Rupert.; vel etiam, ut alii, *quia ego sum Filius Dei, Messias*, omnium præsciis, liberè non declinans infidias proditoris, sed vadens ad mortem.

ψ. 21. *Cum hæc dixisset Jesus, turbatus est spiritu*, dolore & indignatione sponte assumptâ ob immanitatem instantis sceleris Judæ. Quæ hïc sequitur prædictio & manifestatio proditoris, contigit post institutionem S. Eucharistiæ; cum ante eam, post lotionem pedum, iterum ipsis recumbentibus & manducantibus, etiam de eadem, non tamen manifestando proditorem, egisset Christus, ut docet Aug. lib. 3. de consensu cap. 1. & Euthym.; vide Matt. 26. *ψ. 21.*

ψ. 23. *Erat ergo recumbens unus ex Discipulis*

IN C
 qui in sinu Jesu
 toro mensæ ac
 teneriori amici
 strabat Joanni
 genos, Chr
 Hieron. epist.
 ψ. 27. *Quod*
 condum Aug.
 Patres commu
 verò, ut fing
 gen., ad sath
 que verba r
 7. de passio
 se moram n
 à presentib
 ret. 2. P
 Chrysof.
 ψ. 28.
 ad quid di
 nis, ut hab
 manifestatu
 men, eur
 Paschali fo
 pore factu
 ψ. 31.
 Jesus, co
 cipulos,
 rationis co
 ipsis obver
 tione, ma
 turi, miss
 ipsis aliis
 Filius hon
 dum me
 per præse
 jam præse
 est, magi

IN CAP. XIII. JOANNIS. 585

ejus in sinu Jeshu; adeoque ei proximus in eodem toro mensæ accumbens, quem diligebat Jeshus, teneriori amicitia & familiaritate, quam monstrabat Joanni propter virginitatem moresque ingenuos, Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Hieron. epist. ad Heliodor.

¶ 27. *Quod facis, fac citius.* Verba hæc, secundum Aug., Chrysof., Leontium, aliosque Patres communiter, diriguntur ad Judam; non verò, ut singulari sententiâ volunt Cyril. & Origen., ad sathanam introentem in Judam. Suntque verba non jubentis; sed, ut ait Leo serm. 7. de passione, *sinentis, sed parati, qui ostendit se moram non facere traditori, ut facinus, quod à presentibus parabatur, nec impelleret nec timeret.* 2. Prædicentis, Aug. 3. Exprobrantis, Chrysof.

¶ 28. *Hoc autem nemo scivit discumbentium, ad quid dixerit ei:* quia, etsi per buccellam panis, ut habet Chryf. & Aug., jam omnibus esset manifestatus notusque proditor, nesciebant tamen, eum tam citò, eadem nocte, ipso festo Paschali scelus completurum; etsi id brevi tempore facturum putabant, à Lap.

¶ 31. & 32. *Cùm ergo exisset, Judas, dixit Jeshus, convertens sequentem sermonem ad Discipulos, plenum amoris, consolationis, roborationis contra scandalum crucis & mala etiam ipsis obventura, idcirco addens de sua clarificatione, mansionibus in cælo, quo sint perventuri, missione Spiritûs Sancti; ac demum pro ipsis aliisque Patrem orans: nunc clarificatus est Filius hominis, quando Judas jam ad prodendum me exivit, Origen., Aug. loquiturque per præsens, ob certitudinem instantis & quasi jam præsentis victoriæ ac triumphi. Clarificatus est, magis quàm unquàm antè, Cyril., Leont.,*

nimirum per ignominiam & dolores mortis, tamquam per causam meritoriam suæ resurrectionis, ascensionis, salutis mundi, & cui datum est nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, coelestium, terrestrium & infernorum, ad Philip. 2. ψ . 9., Orig., Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., Rupert. *Et Deus, Pater, clarificatus est in eo*, in gloria Filii, etiam quæ hominis, in Patrem redundante: vide cap. 12. ψ . 28. Item sic, ut *in eo* referatur ad *in eo Deus*, sensusque sit; Deus, seu Divinitas in Christo clarificata est per propriam virtutem se manifestans in resurrectione &c., Hilar. lib. 5. de Trinit. *Si, id est, quia*, inquit Maldonat., *Deus clarificatus est in eo*, Christo, modo jam dicto, *& Deus, Pater, clarificabit eum*, Christum, IN SEMETIPSO; id est, manifestando gloriam Divinitatis, quam Christus habet tum in semetipso, tum in Patre (ad utrumque enim refertur *in eo* in semetipso) æternâ generatione eandem substantialiter communicando à Patre naturam; item exaltando naturam humanam Christi, cujus manifestatio & clarificatio erat utique non à solo Patre, sed & à Filio quæ Deo. At, quomodo dicitur *clarificatus*, & mox sequitur, *clarificabit*? \mathcal{R} . Primo loco agi de clarificatione per mortem tamquam causam meritoriam supradictorum; secundo loco de ipsa nunc instante actuali executione & effectu.

ψ . 33. *Filioli* (vox amoris) *adhuc modicum*, tempus, *vobiscum sum*, corpore visibili, usque ad tempus mortis, Cyril., Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., Rupert., & dein usque ad tempus ascensionis, Aug., Beda. *Quæretis me*, post meum discessum, ad vestrum solatium, auxilium &c.; *& sicut dixi Judæis*, cap. 7. ψ . 34., *quò ego vado*, per mortem ad Patrem in cælum,

IN C
 vos non potestis
 scilicet vos n
 men postea,
 majori præ ca
 Euthym., Cr
 tus indicant
 tem, ut pater
 respondet Ch
 sequeris autem
 martyrii pal
 Joanne Eva
 cientem, r
 ereptus: &
 Unde ali
 venire, q
 nunquam
 Chryf.,
 testis ven
 quam ipsi
 germinare
 futurum
 occidissent
 hortatur &
 pro conse
 Item, n
 nondum
 proximâ
 ψ . 34.
 gatis inv
 tis invic
 hoc cogn
 etiam in
 quod &
 Veteri,
 & 46. Q
 rum? R
 obliterat

vos non potestis venire : & vobis dico modò, jam scilicèt vos non posse eò venire, secuturos tamen postea, sicut *ψ. 36.* explicat Petro, qui ex majori præ cæteris, prout Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., Aug., Beda, Rupertus indicant, amore sequendi, etiam per mortem, ut patet *ψ. 37.*, interrogat, *quò vadis?* Cui respondet Christus; *non potes me modo sequi: sequeris autem postea*, in cælum per gloriosam martyrii palmam, cum aliis Apostolis, etiam Joanne Evangelista Martyre quoad causam sufficientem, nisi divinitus ex oleo ferventi fuisset ereptus: & confirmat Christus cap. 14. *ψ. 1. 2. 3.* Unde aliter hìc Apostolis dicit, non posse eos venire, quàm dixerat Judæis, utpote inimicis & nunquam eò venturis; ità Aug. tract. 64., Beda, Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. *Non potestis venire*, ex divina dispositione, secundum quam ipsorum laboribus, prædicatione, morte germinare debebat Ecclesia Dei; quod quomodò futurum erat, si omnes Apostoli cum Christo occidissent? Quarè etiam his verbis tacitè ipsos hortatur & roborat ad plurima fortiter toleranda pro conservatione fidei ac propagatione, Cyril. Item, *non potestis venire*; quia, juxta Cyril., nondum habebant tantum roboris, ut potentiâ proximâ Christum ad mortem sequi possent.

ψ. 34. Mandatum NOVUM do vobis : ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem, similiter ad meum exemplum, in hoc cognoscendi discipuli mei. Amoris proximi, etiam inimicorum, præceptum legis naturæ est, quod & ipsemet, Matt. 22. *ψ. 39.*, etiam ex Lege Veteri, *secundum* appellat: & vide Matt. 5. *ψ. 43. & 46.* Quomodò ergo hìc à Christo dicitur *novum*? *R. 1.* Quia, ut apud Matt. diximus, quasi oblitteratum, & ex perversa Pharisæorum doctrina

588 IN CAP. XIII. JOANNIS.

abolitum, Christus illud renovavit & explicavit, firmans propriam mortem. 2. Ratione novi objecti & causæ seu tituli diligendi: Christo enim, qui est caput Ecclesiæ, incarnato, facta est singularis communitio & unio membrorum Ecclesiæ, tum inter se, tum cum suo capite Christo, Aug. 3. Quia Apostolis, quos ibi alloquitur, majus dilectionis onus incumbit, quam vulgo hominum; similiter scribente Paulo 1. ad Cor. 9. *ψ. 16.*, *necessitas mihi incumbit: vix enim mihi est, si non Evangelizavero.* 4. Quatenus hoc præceptum continet etiam, quæ sunt consilii, & majoris perfectionis charitatis.

ψ. 38. *Animam tuam, vitam, pro me pones? Quid tantum præsumis? Quid esse te credis? Audi quid sis: non cantabit gallus, donec ter me neget,* inquit Aug. tract. 66., tantum abest, ut nunc pro me moriaris. Reprimit Christus indiscretum Petri zelum, non tamen graviter peccaminosum, utpote ex amore, ut *ψ. 33.* diximus, ortum, in homine non ita percipiente vim verborum Christi circa impotentiam sequendi.

CAPUT XIV.

Continuatio sermonis Christi post cœnam.

Vers. 1. *Non turbetur cor vestrum: etsi meam passionem turbandi estis, at constet fides in corde,* Rupert. Sed, Chryf., Theophyl., Euthym., Theodor. Heracleens., Leont., referunt ad timorem sibi diffidentium Apostolorum ortum ex prædicatione negationis Petri, qui dux omnium & fortissimus habebatur. Quidni ad utrumque referatur? Imò & ad *ψ. 33. c. 13.*, *quò ego vado, vos non potestis venire;* & ad *ψ. 36.*, *ne soli Petro dictum existiment, sequeris autem postea,*

IN C
 iuxta Aug. &
 Deum, & in
 que etiam jam
 si in Deum cre
 non esset conse
 inquit Aug.:
 quam homini
 solatur eos, De
 mortem metuit
 cor vestrum,
 ψ. 2 & 3.
 te sunt. Au
 metuebant,
 gallus; ut a
 post pericul
 Deo mansu
 xerat Petr
 ment ei so
 & illos eti
 hoc est, q
 iudicium,
 sum ego, C
 in multis v
 tas concors
 & Aug.,
 est merito.
 Si quò m
 si in domo
 te, dixissen
 cum autem
 dico; ita A
 At quomo
 abiero & p
 rogante et
 te sunt?
 Cum eod
 paravit, p

IN CAP. XIV. JOANNIS. 589

juxta Aug. & Chryf. ad ψ . 2. & 3. Creditis in Deum, & in me credite, constanter; nam utique etiam jam antè credebant. Consequens est, ut, si in Deum creditis, in me credere debeatis: quod non esset consequens, si Christus non esset Deus, inquit Aug.: & rursus; ne mortem Christi tamquam hominis timerent, & ideò turbarentur, consolatur eos, Deum se esse contestans: quasi dicat; mortem metuitis huic formæ servi, non turbetur cor vestrum, suscitabit illam forma Dei.

ψ . 2. & 3. In domo Patris mei mansiones multe sunt. Aug., hoc subjungit, quia sibi discipuli metuebant, cum Petro dictum esset, non cantabit gallus; ut à turbatione recreentur, fidentes etiam post pericula tentationum, se apud Christum cum Deo mansuros esse. Et Chryf., quia Dominus dixerat Petro, sequeris autem postea; ne existiment ei soli hanc promissionem datam, ostendit & illos etiam in eam regionem suscipiendos. Et hoc est, quod sequitur ψ . 3., iterum venio, ad judicium, & accipiam vos ad meipsum, ut, ubi sum ego, & vos sitis, in æterna gloria. Porro, in multis mansionibus erit retributionum diversitas concurs, ait Gregor. lib. 4. moral. cap. 31.; & Aug., mansionem pro suo quisque accepturus est merito.

Si quò minus; Græcè, si autem non; id est, si in domo Patris mei non essent mansiones multe, dixissem vobis; quia vado parare vobis locum: cum autem paratæ sint mansiones, idcirco id non dico; ita Aug., Beda, Rupert. & Latini passim. At quomodò ergo Christus ψ . 3. ait; & si abiero & preparavero vobis locum &c. ? Interrogante etiam Aug., quomodò parat, si jam multe sunt? Nondum sunt, si parandæ sunt. R. Cum eodem: easdem, quas prædestinando præparavit, preparat operando, per implendam suam

passionem, ascensionem in cœlum, quâ viam quasi aperiat, per missionem Spiritûs S., gratiæ largitionem, &c. Jam ergo sunt in prædestinatione; alioqui dixisset, *ibo & præparabo*, id est, *prædestinabo*: sed quia nondum sunt in operatione, dicit: *si abiero & præparavero &c.*; parat modò mansiones, præparando mansores, eosque mansionibus aptos dignosque reddendo: ità etiam Beda, Rupert.: item, apud Maldonat. Cyril., Chryl., Theophyl., Euthym., Nonnus, Leont., cum hac differentia, quòd hi verba *ÿ. 3.* etiam referant ad *quò dixissem vobis*; ita ut sensus sit: *dixissem vobis, quia vado parare vobis locum, & dixissem vobis, si abiero & præparavero &c.*

ÿ. 4. 5. & 6. Et quò ego vado scitis, & viam scitis. Sciebant quidem, sed se scire nesciebant, inquit Aug.; sciebant habitu, obscurè ac confusè; nesciebant actu, distinctè & in particulari, Christum scilicèt ipsum esse viam, portam, terminum. Hinc reverenter, ut habet Chryl., & quasi modestè conquerens de obscuritate propositionis, ut Christum moveat ad elariùs explicandum, dicit ei Thomas: *Domine, nescimus quò vadis, & quomodò possumus viam scire? Dicit ei Jesus: ego sum via, veritas & vita.* Leo serm. 2. de resurrect., *Christus est via sanctæ conversationis, veritas doctrinæ divinæ, vita beatitudinis sempiternæ.* Aug. serm. 55. de verbis Domini secundùm Joan., *quà vis ire? Ego sum via: quò vis ire? Ego sum veritas: ubi vis permanère? Ego sum vita.* Bernard. serm. 7. in Cœna Domini: *ego sum via, per quam est eundum, & veritas, ad quam veniendum, & vita, in qua permanendum.* Idem serm. 2. de ascens., *sequamur Domine te per te, ad te, quia tu es via, veritas, & vita.* Rectè etiam Aug. tract. 69., *ibat ad seipsum per seipsum; & nos quò imus, nisi ad ipsum? Et quâ*

IN C
 ius, nisi per
 quia ipse per
 vante, nemine
 sufficientissimo
 veritas & vi
 nostra sufficien
 esse intelligitur
 ÿ. 7. Si cog
 atique cognovi
 indicare, Apo
 mox dicat:
 quò vado sc
 se & Patrem
 cus, qui ha
 que cognovi
 asserat pot
 atque ità f
 rin. lib. 1.
 Praxeam.
 harendum
 lib. adversu
 item Græc.
 dor. Herac
 respondeat
 &c.; quaf
 terminum
 fectio, na
 buistis; si e
 quemque v
 meliùs cog
 cognoscere
 est, ut ait
 & Patrem
 firmat neg
 fectè: ità
 perfectiùs
 70., Vict

imus, nisi per ipsum? Ipse igitur sibi via erat; quia ipse per se, suâque autoritate, nemine juvante, nemine præeunte, ibat ad Patrem, sibi sufficientissimus Dei Filius, ipse etiam in se sua veritas & vita formalis: Apostolorum verò & nostra sufficientia per ipsum, ad ipsum, & in ipso esse intelligitur.

¶ 7. *Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis.* Quomodo Christus videtur indicare, Apostolos nec se nec Patrem nosse, cum mox dicat: *& vidistis eum;* & ¶ 4. dixerit: *& quò vado scitis, & viam scitis,* significans eos & se & Patrem cognoscere? Facilis est textus Græcus, qui habet: *si cognovistis me, & Patrem utique cognovistis:* quibus verbis non neget, sed asserat potius, Discipulos se & Patrem noscere: atque ita faciliori cohærentiâ interpretatur Victorin. lib. 1. contra Arium, & Tertullian. contra Praxeam. Sed lectioni Latinæ etsi difficiliori inhærendum, sicut interpretatur Aug., Phæbadius lib. adversus Arian., Rupertus, aliique Latini, item Græci, Chryf., Theophyl., Euthym., Theodor. Heracleëns., Cyril., Leont., ita ut Christus respondeat dictis Thomæ, *nescimus quò vadis &c.;* quasi dicat: quoddam neque viam, neque viæ terminum noscere vos dicatis, vestra est imperfectio, nam diu ante oculos fidei utrumque habuistis; si enim me, quocum tamdiu versati estis, quemque vos probè cognitum habere existimatis, meliùs cognosceretis, & Patrem meum utique cognosceretis; *quia ego in Patre, & Pater in me est,* ut ait ¶ 10. Itaque quod ¶ 4. asseruerat, se & Patrem ab ipsis cognosci imperfectè, hic confirmat negando, quoddam utrumque cognoscant perfectè: ita Patres citati. *Et amodò cognoscetis eum,* perfectiùs, dum misero Spiritum S., Aug. tract. 70., Victorin. lib. 4. contra Arium, Rupert.,

aliique Latini cum Chryf. legentes etiam in futuro cognoscetis; non, ut est in Græco, in præfenti cognoscitis. *Et vidistis eum, Patrem, dum nempe me Personam divinam in natura humana vidistis oculis mentis per fidem, quamvis adhuc in vobis aut quibusdam vestrûm minùs perfectam: quia, ut est ψ . 9., qui videt me, videt & Patrem meum,* tùm propter mutuam inexistentiam unius personæ in alia, de qua ψ . 20., tùm propter essentialem correlationem Patrem inter ac Filium, tùm propter consubstantialitatem ejusdem naturæ divinæ in utroque; quam hinc validè probant Aug., Cyril., Chryf., Hilar., aliique Patres contra Arian. item Suarez lib. de attributis divinis cap. 23. num. 11. ex his Patribus docet beatos, videntes divinam essentiam, vidêre pariter tres in ea personas.

ψ . 8. *Dicit ei Philippus; Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Quomodò Patrem viderint, non intelligit Philippus; quare eum ostendi modestè postulat, quem, teste Cyrillo, Leont., Theophyl., corporeis oculis videri possè putabat. *Et sufficit nobis:* id est, non aliud cupimus, aut te amplius fortassis molesti interrogabimus, Chryf.: item *sufficit* ad cognoscendum de via & Patre, si, quod dicis, recomprobes ostendendo nobis Patrem; ità ferè Euthym. & Rupert.

ψ . 9. & 10. *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me, meliùs, perfectiorique fide credendo, quòd Pater in me sit, & ego in Patre, ita ut, qui sive fide sive intuitionè videt me, videat & Patrem meum? Cur in similibus distantiam cupis cernere? Cur inseparabiles separatim desideras nosse?* inquit Aug. tract. 70.

ψ . 12. *Majora horum faciet:* si opus sit ad fidem aliis persuadendam; ut Apostoli. *Majora;*
nam

IN CA
nam Christus qu
brâ sanavit infirm
Aug., Beda:
propterea fideles
quidquam hu
sua, sed Christi
in Christum stab
Cyril., Leont.
Vis argumenti h
in me, & oper
hic virtute illi
ego, miracul
testimonium
ego ad Patre
phans hanc p
Cyril., Leo
 ψ . 13. Et
cum Roman
(licet Græc
in Patrem)
Patre in caul
Personam ho
Patrem hic n
ta SS. Trini
nosser qui es
sequitur, in
tiones suas c
 ψ . 7.
 ψ . 14. Si
faciam: quo
ne ad Patrem
ut ostendat
hunc omittur
dus cum Vul
Cyril., The
 ψ . 16. Et
trem, & alin

IN CAP. XIV. JOANNIS. 593

nam Christus quidem simbriâ, Petrus etiam umbrâ sanavit infirmos, Act. 5. ψ . 15.; ita Chryf., Aug., Beda: alia dat Maldonat. Non tamen propterea fideles isti sunt majores Christo, nec quidquam hujus auctoritati decedit; cum non suâ, sed Christi virtute ea omnia, & ad fidem in Christum stabiliendam sint facturi, ut indicant Cyril., Leont., Theophyl., Euthym., Rupert. Vis argumenti hæc est: qui credit Patrem esse in me, & operari ac loqui, meque esse in Patre, hic virtute illius fidei similia, imò majora, quam ego, miracula patrabit, quæ fieri non possunt in testimonium falsi; ergo illa fides est vera. *Quia ego ad Patrem vado*; unde gloriosus ac triumphans hanc potestatem vobis cœlitus immittam, Cyril., Leont., Theodor. Heracleotes.

ψ . 13. *Et quodcumque petieritis PATREM.* Itâ cum Romano rectè legunt Chryf., Cyril. & alii (licet Græcus, Syrus, Arabicus non habeant *τὸ Patrem*) Quia Christus ψ . 14. se distinguit à Patre in causa orationis; prout & passim quoad Personam hoc cap. facit: unde & habetur, *τὸ Patrem* hic non sumi essentialiter pro Deo & tota SS. Trinitate, uti fit dum oramus, *Pater noster qui es in cœlis*; sed notionaliter; & quia sequitur, *in nomine meo*, in quo Ecclesia orationes suas concludit, *hoc faciam*: vide Matt. 7. ψ . 7.

ψ . 14. *Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam*: quod Christus ψ . præcedenti de oratione ad Patrem, hic dicit de eadem ad se dirigenda, ut ostendat se æqualem Patri, Cyril. Versum hunc omittunt Chrysof. & Nonnus: sed legendus cum Vulgata, Græco, Syro, Arabico, Aug., Cyril., Theophyl., Euthym.

ψ . 16. *Et ego, quâ homo, Aug., rogabo Patrem, & alium Paraclitum, id est, consolatorem,*

dabit vobis; mittet in Pentecoste Spiritum S., de quo eodem Christus quæ Deus ait cap. 16. *ŷ. 7.*, *ŷi abiero, mittam illum ad vos: & ibidem ŷ. 14.* ac *15.*, quos vide; *quia de meo accipiet &c.*; quibus significatur 1. æqualitas Filii ad Patrem, in æqualitate mittendi. 2. Processio Spiritus S. à Patre & Filio: quia cùm missio sit ipsa æterna processio Personæ divinæ cum habitudine seu respectu ad effectum aliquem temporalem sive visibilem sive invisibilem, ac proin includat originem Personæ missæ à mittente; una Persona divina non potest mitti ab alia, nisi ab ea, à qua procedit; scribente Aug. lib. 4. de Trin. cap. 20., *Pater non dicitur missus, non enim habet de quo missus sit, aut à quo procedat.* Quarè si hæc verba Isaïæ 48., *Et nunc Dominus meus misit me, & Spiritus ejus*, agant de Christo, intelligenda sunt de missione Christi secundum humanam naturam. 3. Distinctio trium Personarum in una natura, Patris generantis, Filii generati à Patre per viam intellectus, & Spiritus S. spirati, procedentis per viam voluntatis à Patre & Filio, spirante per modum unius principii. Observant Aug., Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., cùm Christus dicit; *alium Paraclitum dabit vobis*, indicari se etiam esse *Paracletum*. *Ut maneat vobiscum in æternum*: ex hac Christi promissione, à tempore Apostolorum, quos hic alloquitur Christus, Spiritus S. semper manebit in Ecclesia. Item ex hoc loco Hieron. quæst. 9. ad Hedibiam, & Theodor. Heracleot., refellunt Montani, Priscillæ, & Maximillæ hæresim, qui in Montanum primò Spiritum S. missum dicebant; cùm diu antè fuerit missus in Apostolos.

ŷ. 17. *Spiritum veritatis*, tam increatæ, qui sit Deus de Deo Filio, qui est veritas, Cyril.,

IN C
alique Patres
creatæ, ut qu
veritatem; &
bis; adeoque
mundus non
dixit non posse
dictum est; pr
legi enim Dei n
velat si dicam
Mundum quis
dilectores qu
sensu August
nec boni ma
boni non po
mali propria
Quia non vid
etenim 1. ad
non percipit
enim est illi
sicut tenebra
nec injustiti
ŷ. 18. No
phanos vocat
niam ad vos
racleot., C
die Judicii,
pert. hoc int
Pentecoste,
Et consequer
explicamus se
ŷ. 19. Ad
item modicum
tum, quod à
tur novissima
vos autem vid
tus, & brevi
turo, non vi

IN CAP. XIV. JOANNIS. 595

aliique Patres ad cap. 16. v. 13. 14. 15.; quam creatæ, ut qui ibid. v. 13., docebit vos OMNEM veritatem; & quæ ventura sunt annuntiabit vobis; adeoque & dignus est fide, Chryf. Quem mundus non potest accipere: Aug., sic mundum dixit non posse accipere Spiritum S., sicut etiam dictum est; prudentia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subjecta; neque enim potest: velut si dicamus: injustitia justitia esse non potest. Mundum quippe ait hoc loco, mundi significans dilectores; quæ dilectio non est à Patre. Et hoc sensu Augustini, mali boni esse non possunt; uti nec boni mali. Non quodd, qui mali sunt, fieri boni non possunt sub viribus gratiæ; aut boni mali propriâ gratiæ resistentis arbitrii pravitate. Quia non videt eum, oculis mentis, nec scit eum: etenim 1. ad Corinth. 2. v. 14., animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei; stultitia enim est illi, & non potest intelligere. Scilicet sicut tenebræ non vident nec sciunt lumen, sic nec injustitia justitiam.

v. 18. Non relinquam vos orphanos. Dum orphanos vocat, filios appellat, Aug., Beda. Veniam ad vos; 1. à resurrectione, Theodor. Heracleot., Chryf., Theophyl., Euthym. 2. In die Judicii, Aug., Beda. Quin, Cyril. & Rupert. hoc intelligunt de missione Spiritus S. in Pentecoste, de quo paulò antè fuerat locutus. Et consequenter, inhærendo iisdem Patribus, explicamus sequentia;

v. 19. Adhuc modicum, vitæ meæ mortalis, item modicum usque ad secundum Christi adventum, quod à Joanne epist. 1. cap. 2. v. 18., vocatur novissima hora. Et mundus me jam non videt: vos autem videtis me. Ratione certitudinis eventus, & brevis intervalli ponitur præsens pro futuro, non videbit, vos videbitis; prout & legunt

396 IN CAP. XIV. JOANNIS.

Syrus, Aug., Chryf., Theophyl., Euthym.; sensus itaque est, vos videbitis post meam instantem resurrectionem; & lætitiã quasi reviviscetis, inquit Theophyl. Item, videbitis in resurrectione universali ad vitam æternam (quem tunc impij intelliguntur non visuri, nisi brevissimo tempore non computando, & ad mortem, nec in cœlo) his proin sensibus sequitur: quia ego vivo, & vos vivetis: in quæ etiam Aug., in præsentis se dixit vivere, illos de futuro victuros: ejus enim mox futura erat resurrectio, illorum autem in seculi finem differenda.

ÿ. 20. In illo die; duobus vel tribus temporibus juxta Patres ÿ. 18. dictis, vos cognoscetis, perfectiùs, quia ego sum in Patre meo; & , ut ÿ. 10. dixerat, Pater in me est; non tantùm propter identitatem naturæ; sed etiam, ut Theologi ex loco citato loquuntur, propter circuminfectionem mutuam, quæ est physica præsentia & inexistencia, quâ una Persona divina secundum proprietatem personalem existit in alia; quomodo canit Ecclesia feria 2. ad Laudes; in Patre totus Filius, & totus in Verbo Pater (idem est de Spiritu S.) non inde tamen sequitur, Filium esse Patrem &c.: aliud enim est identitas, aliud unius inexistencia in alio; ut patet in duobus corporibus se invicem penetrantibus, & in ferro candenti, ubi ignis non est ferrum, nec ferrum ignis, etsi sint in se mutuo. Et vos in me, & ego in vobis, per vitam gratiæ & gloriæ, intimamque cognitionis & charitatis præsentiam; nempe sicut dixerat; Pater in me, & ego in Patre: ubi proportionis similitudo, non æqualitas significatur: prout, dum Matt. 5. ÿ. 48. habetur: estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est: Ariani negare non possunt, tantùm indicari quamdam similitudinem proportionis pro capacitate creaturæ.

IN C
ÿ. 21. Qui b
servat ea, iacien
enim Chryf. &
fidem ad justifi
Qui autem dicit
veniente nos e
ligetur à Patre
bivialis, an ma
tur; ad eum v
faciemus, Au
Cyril., Leon
mii nostræ p
ta æterna; u
lud, & ma
senti vita te
mate. Et
hoc est char
sed quoniam
sio illa est
ad solos A
liter directa
ÿ. 22. L
braismum)
nifestatur.
Non intel
festatione
mundus, f
circo roga
ei, id, qu
mundo, se
dendum,
August.
ÿ. 25.
manens, c
Aug., Be
tiam, etia
via, etiam

v. 21. *Qui habet mandata mea, credendo, & servat ea, faciendo, ille est qui diligit me*: rectè enim Chryf. & Euthym. hìc observant, solam fidem ad justificationem & salutem non satìs esse. *Qui autem diligit me*, per dilectionem ex præviente nos & adjuvante actuali Dei gratia, *diligetur à Patre meo*, per infusionem gratiæ habitualis, animæ inhabitantis; quod v. 23. dicitur; *ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus*, Aug., Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., Beda; item per dationem præmii nostræ perseverantis dilectionis, quod est vita æterna; ubi perfectissimè implebitur etiam illud, *& manifestabo ei meipsum*; quod in præsentì vita tantum fit quasi per speculum in ænigmate. Et sic verum manet illud 1. Joan. 4., *in hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos*. Porro promissio illa est universalis ad omnes dilectores, non ad solos Apostolos; quamvis ad hos principaliter directa, ad consolandos eos & animandos.

v. 22. *Domine quid factum est, quia (per Hebraïsmum) id est, qua de causa vel ratione manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?* Non intellexit Judas Thaddæus, de qua manifestatione Christus ageret, quòdque v. 19., non mundus, sed Discipuli ipsum essent visuri; idcirco rogat: ad quod v. 23. Christus *respondit ei*, id, quod diximus v. 21., confirmans, non mundo, sed iis se manifestandum, ab iisque videndum, qui se diligerent; ità quoad omnia August.

v. 25. & 26. *Hæc locutus sum vobis apud vos manens, corporaliter; cum jam mox abeam, Aug., Beda. Vos docebit omnia, ad intelligentiam, etiam ampliorem, & suggeret vobis omnia, etiam in memoriam revocando, quæcum-*

que dixerō vobis, in hac mea vita mortali aut visibili præsentia, Aug., Beda, Rupert.; imò & universaliter ac absolutè omnia cum Maldonato, etiam quæ non potestis portare modò, quæque ego dicam vobis per ipsum: non enim, ut habetur cap. 16. v. 13. & 14., à semetipso loquetur, sed quæcumque audiet, loquetur. De meo accipiet, & annuntiabit vobis, Spiritus S., quem mittet Pater in nomine meo, id est, per me, inquit Cyril., ubi & proin ejus à Filio processio indicatur.

v. 27. Pacem relinquo vobis, tamquam corpore discessurus, pacem meam do vobis, tamquam semper spiritu præsens futurus. Pacem do, id est, cum Maldonato, phrasi hebraica, omnem salutaris boni appreciationem: non quomodo mundus dat, ego do vobis: quia mundus falsam suis ac brevem offert pacem, & fallacibus verbis; ego meis veram & sempiternam, & non verbis tantùm, sed & reipsâ ac factis instillando omnem gratiam & dona animæ. Per Pacem Cyril. & Leont. Spiritum S. intelligunt; Theodor. Heracleot., Chryf., Theophyl., Euthym., reconciliationem cum Deo; Cyprian. lib. 2. contra Judæos, Ambros. lib. 2. de vita beata cap. 6., Aug. serm. 57. de verb. Domini, pacem mutuæ dilectionis; alii pacem erga Christum; alii animi tranquillitatem, etiam in adversis: nos, in latioris hîc significationis voce pacis, hæc omnia, quæ ibat suâ morte promeriturus, vi cujus erat, quidquid in ipsis boni salutaris erat, etiam futurum.

v. 28. Si diligeretis me, ampliùs, quàm diligitis; non enim negat eos habere sui dilectionem, quos cap. 13. v. 3. mundos esse asserit; gauderetis utique, quia vado ad Patrem. In quæ Aug.; ibat per id, quod homo erat, & manebat per id, quod Deus erat; ibat per id, quod uno

IN CAP.
leo erat, & m.
Gauderetis, tam
apud Patrem bo
ex præsentia m
neretis, ob cuj
Pater major
contra Arianos
zianzen., Epiph
Ambros., Hil
item Aug., C
Heracleot. in
v. 29. Et
rum, meam
S. missioner
datis, fide n
stinctius, c
steria, quæ
tis.
v. 30. J
enim, instat
petat longiu
diabolus,
in me non h
phyl., Au
peccati, fi
Theodor.
in Evangel
v. 31. Se
trem, & fi
cio; propter
ad hortum
Trinit., it
verba mox
de Matt. 20

loco erat, & manebat per id, quod ubique erat. Gauderetis, tamquam de majori glorificationis apud Patrem bono amati, quod propria vestrae ex praesentia mea corporali consolationi praepo- neretis, ob cujus discessum nunc tristamini. Quia Pater major me est, quatenus homo sum; ita contra Arianos scribunt Athanas., Basil., Na- zianzen., Epiphani., Caesarius, Gregor. Nyssen., Ambros., Hilar., Idacius, apud Maldonat.; item Aug., Chryf., Cyril., Leont., Theodor. Heracleot. in commentariis.

¶. 29. Et nunc dixi vobis, omne illud futu- rum, meam mortem, glorificationem, Spiritus S. missionem &c.; ut, cum factum fuerit, cre- datis, fide non nova, sed aucta, inquit Aug., di- stinctius, clarius, vivacius, intelligendo my- steria, quae nunc confuse & obscure cognosci- tis.

¶. 30. Jam non multa loquar vobiscum: venit enim, instat, ita ut, juxta Cyril. tempus non sup- petat longius, Princeps hujus mundi, tyrannus diabolus, ut per suos me capiat & occidat, & in me non habet quidquam, juris, Chryf., Theo- phyl., Aug., Beda: quia nihil in me inveniet peccati, sive actualis, sive originalis, Cyril., Theodor. Heracleot., Leont., Gregor. homil. 39. in Evangelia, Ambros. lib. de fuga saeculi cap. 4.

¶. 31. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Pa- trem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic fa- cio; propterea, inquam, surgite, eamus hinc, ad hortum Gethsemani, Aug., Hilar. lib. 9. de Trinit., ita ut sit sententia connexa. An ad haec verba mox eò e canaculo exiverit Christus, vi- de Matt. 26. ¶. 30.



CAPUT XV.

Prosecutio ejusdem sermonis.

Vers. 1. *Ego, quàm homo, sum vitis, metaphorica, vera; ut ab illa se discernat, cui dicitur (Isaïæ cap. 5.) quomodo conversa es in amaritudinem vitis aliena? Nam quo pacto (domus Israël) est vitis vera, quæ expectata est, ut faceret uvas, fecit autem spinas? Ait Aug. tract. 80. Per 10 vera, secernit se à viti falsa seu infructuosa, Rupert., Beda. Filius Dei factus est homo, ut in illo esset vitis humana natura, cujus & nos homines palmites esse possimus, August. Et Pater meus agricola est. Secundùm hoc vitis Christus, secundùm quod ait, Pater major me est: secundùm autem id quod ait, ego & Pater unum sumus, & ipse agricola est, Dominus & Cultor vitis fructuosissimæ dulcium uvarum, Aug. Finis quasi parabolæ est mone- re, ut, Judâ tamquàm palmitè inutili jam resecto, reliqui discipuli se à Christo, ejusque fide ac dilectione avelli non patiantur, ut patet ex v. 4. & 5.*

v. 3. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis, post cœnam hucusque, Tolet., à Lap.; cujus nempe non externus tantùm sonus, sed internè adjuncta gratiæ virtus intelligatur amplius mundâsse corda discipulorum; utpote quos jam antea, cap. 13. v. 10., dixerat mundos. Nisi fortè sensus sit: propter sermonem, sive ex verbis, quæ dixi vobis cap. 13. v. 10., indicium habetis vestræ munditiæ.

v. 4. Manete in me, & ego in vobis, manebo, Euthym. quasi dicat: manendo in me effi- cite, ut & ego in vobis maneam meâ gratiâ, etiam ulteriori, ut fructum plùs afferatis: nam & juxtà Trident. Sess. 6. cap. 11., Deus justifi-

IN C
tatos non deser
cut palmes non
Beda ex Aug.
tes, ut viti: non
de vivant; ita
tale alimen
manentem in
Christo, discip
sto. Itaque pal
sus, sed in vi
v. 5. Quia
cere, quom
lutis, aut do
cil. Araucic
cap. 3.; no
quid a nob
stra ex De
posse dari
bona ordin
pernaturali
v. 8. In
clarificabitur
Patris, ut,
tis: sicut
ut fugiam
Et efficiant
jam enim e
ctio habet,
ferenda ex
& Theoph
v. 9. & 1
tract. 82.
" non appa
" quâ eun
" sed ex v
" quippe,
" subjunx

IN CAP. XV. JOANNIS. 601

catos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Sicut palmes non potest ferre fructum, &c. Rectè Beda ex Aug. tract. 81. ; ita in vite sunt palmitēs, ut viti non conferant, sed inde accipiant, unde vivant; ita verò vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis: ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest utrumque, non Christo. Itaque palmes ex semetipso non est fructuosus, sed in vite, uti & sequitur v. 5.

v. 5. Quia sine me nihil, omnino, potestis facere, quomodocumque meritorium gratiæ, salutis, aut donorum supernaturalium, Aug., Concil. Arausican. cap. 7. & 9., Paulus 2. ad Corint. cap. 3.; non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Hinc tamen non sequitur, non posse dari opera quædam moraliter undequaque bona ordinis naturalis, non ex gratia Christi supernaturali.

v. 8. In hoc clarificatus est Pater meus, id est, clarificabitur, Euthym; siue hæc est glorificatio Patris, ut, id est, si fructum plurimum afferatis: sicut latinè loquimur; hæc vera est virtus, ut fugiamus malum, & prosequamur bonum. Et efficiamini mei Discipuli, magis magisque; jam enim erant. Iterum subintellige ut. Græca lectio habet, efficiemini: sed nostra vulgaris præferenda ex antiquo Vaticano Codice, cum Leont. & Theophylacto.

v. 9. & 10. Sicut dilexit me Pater, &c. Aug. tract. 82. : "quod ait, manete in dilectione mea, non apparet, quam dixerit dilectionem, utrum quâ eum diligimus, an quâ ipse diligit nos: sed ex verbo superiori dignoscitur: dixerat quippe, & ego dilexi vos; cui verbo continuo subjunxit, manete in dilectione mea; illâ ergo,

” quâ dilexit eos. Quid est ergo, *manete in dilectione mea*, nisi manete in gratia mea? Et
 ” quid est, *si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea*; nisi, ex hoc scietis,
 ” quodd in dilectione mea, quâ vos diligo, manebitis, si præcepta mea servaveritis? Sed quid
 ” est illud, quod adjungit, *sicut & ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione*?
 ” Utique etiam hîc hanc dilectionem Patris intelligi voluit, quâ eum diligit Pater. Sed num-
 ” quid & hîc gratia intelligenda est, quâ Pater diligit Filium, sicut gratia est, quâ nos diligit Filius: cum simus nos filii gratiâ, non naturâ; Unigenitus autem naturâ, non gratiâ?
 ” An hoc etiam in ipso Filio ad hominem referendum est? Itâ sanè. Nam dicendo, *sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos*, gratiam Mediatoris ostendit. Mediator autem Dei & hominum, non in quantum Deus, sed in quantum homo est Christus Jesus., Similiter explicant Cyril. & Beda. Ast Chryf., Theophyl., Euthym., Leont., Rupert., intelligunt, *manete in dilectione mea*, quâ vos me diligitis; & consequenter, *sicut & maneo in ejus dilectione*, quâ diligo Patrem. Quid litteræ repugnat de utraque dilectione interpretari? Atque itâ, ut ipsa præceptorum observatio sit ipsa dilectio, vel signum dilectionis nostræ erga Christum, & Christi erga Patrem; item signum dilectionis Christi erga nos, & Patris erga Christum?

¶. 12. & 13. *Et hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hanc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*: quasi dicat, nullum est exterius signum, quo luculentiùs quis ostendat amorem interiorem erga aliquem, quàm si pro eo mortem oppetat. De sua loquitur charitate, dis-

IN CA
 cipulosque ad eju
 quemadmodam C
 posuit, sic & nos
 ponere, 1. Joan.
 Amici hic voca
 tus; sive is vic
 stoli, quibus &
 mendat suam c
 odium & inimic
 Matt. 26. ¶. 50
 nisti?
 ¶. 15. Om
 nota feci vobi
 magnorum s
 aliâs servos p
 scondi solent
 velut legatus
 pulorum stat
 bat, Chryf.
 Quarè non c
 tur; adhuc m
 testis portare
 rectionem &
 ¶. 16. No
 strum & De
 vocavi, ut e
 itâ Chryf., T
 dor. Heracle
 tam electione
 prædestinavi,
 latorem: &
 citatis, posu
 via virtutis p
 vangelicæ pr
 rum; & fr
 prædicatæ u
 vestræ usque

cupulosque ad ejusdem imitationem hortatur, ut, quemadmodum Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debeamus pro fratribus animam ponere, 1. Joan. 3. v. 16., inquit Aug. tract. 84. *Amici* hinc vocantur quivis proximus, quia dilectus; sive is vicissim redamet, quales erant Apostoli, quibus & erga quos hinc Christus commendat suam charitatem; sive non, aut etiam odium & inimicitiam rependat; sicut Christus Matt. 26. v. 50. dixit Judæ; *amice, ad quid venisti?*

v. 15. *Omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis*, mihi familiaribus, amicis, proin magnorum secretorum meorum consciis; quæ aliàs servos passim latere, iisque à Dominis abscondi solent. Illa nempe nota fecit *omnia*, quæ velut legatus à Patre pro isto Ecclesiæ & discipulorum statu valde specialia declaranda habebat, Chryf., Theophyl., Euthym., Leont. Quarè non contrariatur v. 12. cap. 16., ubi dicitur; *adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò*; aperienda scilicet post resurrectionem & missionem Spiritûs S.

v. 16. *Non vos me elegistis*, priores in Magistrum & Dominum, *sed ego elegi vos*, prior & vocavi, ut essetis mei discipuli, Apostoli & amici; ita Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Theodor. Heracleot., Leont. Item, quoad gratuitam electionem & perseverantiam, ad quam vos prædestinavi, Aug., Beda, Prosper contra Collatorem: & consequenter inhærendo Patribus citatis, *posui vos ut eatis*, Evangelizatum, & in via virtutis proficiatis, & *fructum afferatis*, Evangelicæ prædicationis, & propriarum animarum; & *fructus vester maneat*, fidei quidem prædicatæ usque ad finem sæculi, virtutis verò vestræ usque ad perseverantiam. Agi enim etiam

de gratuita electione ad gratiam, confirmatur
 v̄. 19.; si de mundo fuissetis, mundus quod suum
 erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed
 ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mun-
 dus. Sequitur: ut quodcumque petieritis Patrem
 in nomine meo, det vobis: rursus subintellige, &
 posui vos, ut, Menochius: scribitque Rupert.,
 summus hic amicitiae fructus vel usus est, ut quod-
 cumque petieritis vos mei palmites Patrem in no-
 mine meo, det vobis.

v̄. 17. HÆC mando vobis, in plurali, cum
 unum mandet, ut diligatis invicem; quia, ut
 Rupert. ait; præcepta mea, licet multa sint, in
 hoc verbo instaurantur: diliges proximum tuum
 sicut teipsum, juxta Apostolum ad Roman. 13.

v̄. 18. 19. 20. 21. Novum dat consolationis
 & roborationis genus, muniens eos ad patientiam,
 quia non est servus major domino suo, seipsum
 signans Christus Dominum, quem priorem seu
 prius odio habuit mundus, &c.

v̄. 22. &c. Si non venissem & locutus fuissetem
 eis: insuper amplius v̄. 24., si opera non fecissem,
 in testimonium veritatis à me prædicatæ, quæ ne-
 mo alius fecit, numero ac diversitate æqualia,
 & tantâ potestate, ut ego feci, utpote autoritate
 propriâ seu divinâ, idque secundum prædictio-
 nem Prophetæ Isaïæ cap. 35. v̄. 5. & cap. 53. v̄.
 4.; ita Aug. tract. 91. dicens: sed qui tam mul-
 ta vitia, vexationesque mortalium tantâ potestate
 sanaret, nullus omnino legitur antiquorum. Pec-
 catum non haberent, infidelitatis in me; quam-
 quàm haberent alia peccata; nunc autem, istius
 peccati, excusationem non habent, Aug., Beda;
 quia increduli sunt meis verbis, & meis factis,
 Theophyl., Rupert. Quæres 1. Si ergo Christus
 aliqua quidem, sed non tot, tanta, tamque di-
 versa miracula patrasset, an infidelitatis pecca-

IN C
 tum non habere
 telligitur ex ab
 inculpabilem ex
 dere posse osten
 tionis, ut Mat
 17. v̄. 16., Ch
 ergo jam tum e
 nia miracula fec
 ad quas Christu
 fræte adventu
 cum Aug. tra
 non de omni
 ge peccaveru
 sed de hoc pe
 runt, ad qu
 tus, saltem
 Quidni hic
 cato inexecu
 to, odii etia
 expressè loc
 nunc autem
 sent, in m
 tris factis,
 tes & incre
 meum.
 v̄. 25. S
 rum scriptu
 v̄. 19., qu
 teraliter de
 sto dicta est
 finem inten
 nempe Ju
 impletur

IN CAP. XV. JOANNIS. 605

tum non haberent? *R.* habituros; sed hoc intelligitur ex abundantia, ut nullam omnino eos inculpabilem excusationem habere, aut præterdere posse ostendat: nam sanè in cursu prædicationis, ut Mat. 12. à *ψ.* 39., & cap. 16., item cap. 17. *ψ.* 16., Christus Judæos incredulitatis arguit; ergo jam tum erant culpabiles, etsi nondum omnia miracula fecerat. Quæres 2. Ergone gentes, ad quas Christus non venit, quæque ante ejus fuere adventum, peccatum non habuere? *R.* cum Aug. tract. 89., *habere illos excusationem, non de omni peccato suo (quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt; ad Rom. 2.) sed de hoc peccato, quo in Christum non crediderunt, ad quos non venit, & quibus non est locutus, saltem per Discipulos eorumque posteros.* Quidni hic locus intelligatur non solum de peccato inexcusabilis infidelitatis, sed, cum Ruper- to, odii etiam in Christum, & Patrem, de quo expressè loquitur *ψ.* 23. & 24.? Ubi & additur; *nunc autem & viderunt, sic ut credere debuissent, in miraculis per me ut Filium Dei Patris factis, & nihilominus culpabiliter nescientes & increduli, ODERUNT & me, & Patrem meum.*

ψ. 25. *Sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Psalm. 68. ψ. 5. & Psalm. 24. ψ. 19., quia odio habuerunt me gratis: quæ literaliter de Davide typo Christi, mysticè de Christo dicta esse hinc intelliguntur. rō ut rursus non finem intentum significat, sed eventum; ex odio nempe Judæorum factum esse, ut Scriptura illa impleretur, Euthym.*



CAPUT XVI.

Prosecutio ejusdem sermonis.

Vers. 5. *Hæc autem vobis ab initio non dixi*, de mundi, Judæorum & gentilium persecutionibus, Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., nempe tam distinctè, vel cum istis circumstantiis, futuras eas tam asperas, ut etiam arbitraturi sint *ψ. 2.*, *obsequium se præstare Deo*, diisve suis vos occidendo, Euthym. Item *ab initio non dixi* de Spiritu S. vos consolaturo, docturo, obfirmaturo, per vos de me testimonium daturò, ac permanfuro in dictis persecutionibus, Aug. Tract. 94., Beda, Rupert.; sicque non repugnant hæc Matt. cap. 10., ubi similes persecutiones prædixerat. *Quia vobiscum eram*, ego ipse consolator & protector sat diu tunc adhuc futurus, etiam ad hæc vobis filiis & amicis in discessu meo dicenda; *ut, cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia EGO*, sub quo & nil timendum, *dixi vobis, ψ. 4.*, ut tela prædicta & prævisa minùs feriant, & contra ea animus roboretur.

Et nemo ex vobis interrogat me, quò vadis: quia, licèt id rogàrit Petrus cap. 13. *ψ. 36.*, & Thomas cap. 14. *ψ. 5.*, nemo tamen responsum Christi obscurum satis intellexit, nec rogat nunc quispiam, ut illud ejusque rationem & modum perfectiùs explicet; quia omnes erant tristitiâ absorpti ob Christi discessum, ut sequitur *ψ. 6.*, *sed quia hæc locutus sum vobis*, de meo abitu, *tristitia implevit cor vestrum*; Cyril., Euthym.

ψ. 8. 9. 10. 11. Spiritus S. arguet MUNDUM, Judæos ac gentiles incredulos, tum internâ suâ inspiratione pungente malam ipsorum conscien-

IN CA
 tiam, tum per
 dicationem & m
 sticè, infidelitat
 diderunt in me
 buissent; & co
 tis, quæ sine
 lrum radice non
 eorum qui cr
 paratio infide
 mundus de
 verò arguet
 mine teneb
 esse confue
 videmus?
 tuit defini
 non videbi
 & credunt
 dus arguet
 non videbi
 videbitis,
 cui consenti
 De judicio au
 judicatus est
 revocabilit
 judicio, c
 guitur à
 suo princip
 impium im
 concludens
 stum, ne a
 quo peccat
 numerum
 eorum, qu
 veant futu
 cipe judice
 etenim ne
 mortalium
 est Angelo

ab initio non dixi,
& gentium perfe-
cti, Euthym., Cy-
lindate, vel cum illis
um speras, ut etiam
iam se presare Deo,
do, Euthym. Item de
S. vos consoluto, do-
vos de me testimonium
in dicit persecutionibus,
Rupert.; sicque non re-
to, ubi similes perfe-
us vobiscum eram, ego
chur in dñ tunc ad huc
vobis filis & amicis in
t, cum videret hora, co-
to, sub quo & nil tri-
4, ut tela prædicta &
a contra ea animos ro-

terrogat me, quò vadis :
terius cap. 13. v. 36., &
nemo tamen responsum
intelligit, nec rogat nunc
que rationem & modum
omnes erant tristitia ab-
um, ut sequitur v. 6., sed
vobis, de meo arbitrio, tri-
um; Cyril., Euthym.
vobis S. arguet MUNDUM
credulos, tum inter alia
malam ipsorum consue-

IN CAP. XVI. JOANNIS. 607

tiam, tum per Discipulos Christi eorumque præ-
dicationem & miracula, de peccato, antonomas-
tice, infidelitatis; sequitur enim; *quia non cre-*
diderunt in me, cum potuissent credere ac de-
buissent; & consequenter *arguet* de aliis pecca-
tis, quæ sine fide prima bonorum supernatura-
lium radice non remittuntur. *De justitia verò*,
eorum qui credunt: ipsa quippe fidelium com-
paratio infidelium est vituperatio. Quapropter
mundus de peccato quidem suo, de justitia
verò arguetur aliena, sicut arguuntur de lu-
mine tenebræ: & quoniam ista vox infidelium
esse consuevit, quomodo credimus quod non
videmus? Idè credentium justitiam sic oportet
definire, *quia ad Patrem vado, & jam*
non videbitis me: beati enim qui non vident,
& credunt. Erit itaque vestra justitia, quæ mun-
dus arguetur, *quia vado ad Patrem, & jam*
non videbitis me: quoniam in eum, quem non
videbitis, credetis in me., Hactenus Aug.,
cui consentiunt Cyril. & Theodor. Heracleot.
De judicio autem, quia princeps hujus mundi jam
judicatus est: quoniam judicio ignis æterni ir-
revocabiliter destinatus est. Et de hoc itaque
judicio, quo princeps judicatus est mundi, ar-
guitur à Spiritu S. mundus: quoniam cum
suo principe judicatur, quem superbum atque
impium imitatur., Ità rursus Aug. tract. 95.
concludens: credant itaque homines in Chri-
stum, ne arguantur de peccato infidelitatis suæ,
quo peccata omnia detinentur. Transeant in
numerum fidelium, ne arguantur de justitia
eorum, quos justificados non imitantur. Ca-
veant futurum judicium, ne cum mundi Prin-
cipe judicentur, quem judicatum imitantur:
etenim ne sibi existimet parci superbia dura
mortalium, de superbiorum judicio terrens
est Angelorum.,

At Chryf., Theophyl., Euthym., Leontius de Christi *justitia* interpretantur; futurum ut, Spiritu S. docente, mundus intelligat, Christum, quem peccatorem habebat, justum esse atque ex Deo; quandoquidem ad Patrem vadat perpetuò regnaturus, non ampliùs videndus humilis & abjectus. Item, Christi *judicium* significari putant, & activè sumunt: quasi dicat; Spiritus S. mundum docebit, me justum judicem esse vivorum ac mortuorum; cùm videat principem suum à me judicatum esse. Bernardus in parvis sermonibus serm. 21. scribit: *arguet mundum de peccato, quod dissimulat; de justitia, quam non ordinat, dum sibi, non Deo eam dat, se justum esse, nec indigere gratiâ & justificatione Christi putans; Judæis suam legalem justitiam, gentilibus suam moralem sibi sufficere arbitrantibus: de judicio, quod usurpat, dum tam de se, quam de aliis temerè judicat.* Planissimus est Augustini sensus, etiam ad mores.

ψ. 13. *Cùm autem venerit ille*, subintellige *Paracletus*, de quo ψ. 7., qui est *Spiritus veritatis*: quia pronomen *ille*, græcè ἐκεῖνος, post quod ponitur comma, non convenit cum nomine *Spiritus*, τὸ πνεῦμα, neutrius generis, Maldonat. *Non enim loquetur à semetipso; sed quæcumque audiet loquetur.* S. Aug. tract. 99. "Ab illo
"audiet, à quo procedit. Audire illi scire est:
"scire verò esse. Ab illo à quo procedit, illi est
"essentia, scientia & audientia. Nec moveat,
"quod verbum futuri temporis positum est: illa
"quippe audientia sempiterna est; quia sempiterna scientia. In eo autem quod sempiternum
"est, sine initio, & sine fine, cujuslibet temporis verbum ponatur, sive præteriti, sive præsentis, sive futuri, non mendaciter ponitur
"propter mutabilitatem temporum in quibus
"versatur

IN CAP.
"versatur nostra
"defuit; erit, qu
"semper est. Sen
"per scit., Did
"dire Filium
"lio, consensu
"rò S., qui est S
"potest Filio loq
"hoc ipsum sit
"procedens ver
"solatore, D
"quetur mihi c
"phyl., Ruper
"Theophyl.; n
"omni proin f
"ψ. 14. & i
"titiam amore
"corda vestra o
"tùm per ves
"100. & Beda
"Theophyl.,
"dymus; "
"buit, nec S
"buit; sic e
"accipere,
"pientis sub
"ea, in quib
"Omnia quæ
"nitate (id en
"cèt Divinitas
"est in Patre,
"ni & ipse spi
"sequitur: pr
"Et annunciab
"cil. Florent.
"nitatem, &
"Filio, citat

" versatur nostra mortalitas. Fuit, quia nunquam
 " defuit; erit, quia nunquam deërit; est, quia
 " semper est. Semper audit Spiritus S., quia sem-
 " per scit., Didymus: " loqui Patrem, & au-
 " dire Filium, ejusdem naturæ in Patre & Fi-
 " lio, consensûsque significatio est. Spiritus ve-
 " rò S., qui est Spiritus veritatis & sapientiæ, non
 " potest Filio loquente audire quæ nescit, cum
 " hoc ipsum sit, quod profertur à Filio, id est,
 " procedens veritas à veritate, consolator à con-
 " solatore, Deus à Deo., Adedque 1. non lo-
 " quetur mihi contraria, Cyril., Chryf., Theo-
 " phyl., Rupert. 2. Non est me major, Chryf.,
 " Theophyl.; nec minor; quia idem Deus de Deo,
 " omni proin fide dignus.

¶. 14. & 15. *Ille me clarificabit*, gloriosam no-
 " titiam amoremque nominis mei diffundendo in
 " corda vestra omniumque credentium, tum per se,
 " tum per vestram prædicationem, Aug. tract.
 " 100. & Beda; tum per miracula, Cyril., Leont.,
 " Theophyl., Euthym. *Quia de meo accipiet*. Di-
 " dymus; " dans Filius non privatur his, quæ tri-
 " buit, nec Spiritus S. accipit quod antè non ha-
 " buit; sic est intelligendus Spiritus S. à Filio
 " accipere, ut una cognoscatur dantis & acci-
 " pientis substantia: sic & Filius accipit à Patre
 " ea, in quibus subsistit., Et vide Aug. ¶. 13.
Omnia quaecumque habet Pater, exceptâ Pater-
 " nitate (id enim repugnat) *mea sunt*, tota scili-
 " cèt Divinitas, adedque & virtus spirandi, quæ
 " est in Patre, quâ proin sibi cum Patre commu-
 " ni & ipse spirat Spiritum S., atque hoc est, quod
 " sequitur: *propterea dixi; quia de meo accipiet,*
 " & *annunciabit vobis*. Plurimos Patres cum Con-
 " cil. Florent. ses. 25. hinc probantes Christi Divi-
 " nitatem, & processionem Spiritûs S. à Patre &
 " Filio, citat Maldonat. & vide cap. 14. ¶. 16.

610 IN CAP. XVI. JOANNIS.

¶. 16. &c. *Modicum*, & *jam non videbitis me*,
 &c. Hic non modicus labor est in *modico*. 1. *Mo-*
dicum, tridui meæ mortis & sepulturæ; & *jam*
non videbitis me, illo triduo; ita Alcuinus apud
 D. Thom. in catena, & ipse D. Thom. in com-
 mentar. 2. *Modicum*, tempus superest, quo me
 videatis, nempe usque ad instantem meam mor-
 tem, à qua *jam non videbitis me* triduo sepultu-
 ræ, tristandi de mea morte, instar mulieris par-
 turientis, gaudentibus de ea Judæis. *Et iterum*
modicum à resurrectione, & *videbitis me*, lætan-
 tes, usque ad ascensionem, quia vado ad Patrem
 ascensurus, illius modici tristitiâ vestrâ, sicut
 mulieris post partum, versâ in gaudium de mea
 resurrectione; ita Græci passim, Chryf., Theo-
 phyl., Euthym., Cyril., Theodor. Heraclcot.,
 Leont., ipseque Aug. citand. expositionem ju-
 dicat probabilem. Illud autem ¶. 22., & *gau-*
dium vestrum nemo tollet à vobis, Rupertus in-
 telligit de gaudio animi, etsi corpore multa es-
 sent passuri; secundum Apostolum ad Rom. 10.,
spe gaudentes, in tribulatione patientes. Et ad
 Philippens. 4. ¶. 4., *gaudete in Domino semper*.
 Aug. verò; *gaudium vestrum*, qui est Christus,
nemo tollet, utpote non amplius moriturum.
 Demum, illud ¶. 23., *in illo die me non RO-*
GABITIS quidquam, citati Patres Græci referunt
 ad diem Pentecostes; & Cyrillus, Leont., Eu-
 thym., Rupertus interpretantur *interrogabitis*,
 non opus erit me quidquam interrogare; sicut
 hic, prout notant Rupert. & Euthym. circa istud
modicum voluistis, & alibi sæpe rogastis; quia
 post resurrectionem Spiritus Sanctus *docebit vos*
omnia. Tertia sententia est S. Aug. tract. 101.
 cum Beda, cui primum *modicum* est à tempore
 quo tunc loquebatur, usque ad ascensionem,
 quando iret ad Patrem, ipsumque amplius non
 essent visuri: *eundo quippe ad Patrem, facturus*

IN CAP.

rat, ut cum non
 cundum modicum
 novissima hora,
 tis, inter labores
 ri, gaudente m
 judicium; quare
 ris post partum v
 num, à nemine
 interrogaturi; q
 inquit Aug. N

¶. 24. Usque

nomine meo,

sti nomine d

¶. 1. petierit

¶. 9., ut fide

lutaria: tam

rita Christi,

vocatoque e

trem & homi

Rupert. Pet

gaudium vest

altera vita,

perdituros su

ad plenitudin

¶. 25. H

Venit hora,

bis, sed palā

quod nunc h

& gaudio, sub

phylact.; ite

jam vobis vi

bolica; sed

tellecturis o

meam, Chr

Spiritum S.

turum quæ

¶. 26. &

IN CAP. XVI. JOANNIS. 611

erat, ut eum non viderent, inquit Aug.; tùm secundum modicum, à Joanne in Epistola vocatum novissima hora, quo, instar mulieris parturientis, inter labores & persecutiones essent ploraturi, gaudente mundo, est ab ascensione usque ad judicium; quando eorum tristitia, sicut mulieris post partum vertenda sit in gaudium sempiternum, à nemine tollendum, ipsique nil ultra sint interrogaturi; quod & *universa promisit Ecclesia*, inquit Aug. Nunc sequitur diversa sententia:

ψ. 24. *Usque modò non petistis quidquam in nomine meo*, à Patre: licèt enim invocato Christi nomine dæmones ejecissent; item Lucæ 11. ψ. 1. petierint, ut orare eos doceret; Matt. 6. ψ. 9., ut fidem eis augetet, quæ certè erant salutaria: tamen nihil hucusque à Patre per merita Christi, utpote hætenus sibi præsentis, invocatoque ejus tamquàm Mediatoris inter Patrem & homines nomine petierant, Cyril., Leont., Rupert. *Petite, in hac vita, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum*, tam in hac, quàm altera vita, Cyril., Euthym. Consolatur eos nil perdituros suâ absentia, sed omnia obtenturos ad plenitudinem.

ψ. 25. *Hæc in proverbii locutus sum vobis. Venit hora, cùm jam non in proverbii loquar vobis, sed palàm de Patre annuntiabo vobis*; id est, quod nunc hætenus dixi de modico, de tristitia & gaudio, sub parabola mulieris parientis, Theophylact.; item de Spiritu S. aliisque mirabilibus, jam vobis videntur obscura, ænigmatica, parabolica; sed brevi apertiùs annuntiabo vobis intellecturis omnia clariùs, post resurrectionem meam, Chryf., Theophyl., Euthym., tum per Spiritum S. à me mittendum, & de meo accepturum quæ annunciet, Beda.

ψ. 26. & 27. *In illo die, à tempore jam dicto*

612 IN CAP. XVI. JOANNIS.

ascensionis & missionis Spiritus S., in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem pro vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos &c. Non negat Christus, se quia hominem immortalem in caelis, sicut fecerat homo mortalis in terris, Patrem pro Discipulis rogaturum, Aug., Beda, Rupert.; utpote, semper vivens ad interpellandum pro nobis; ad Hebr. 7. v. 25.; qui etiam interpellat pro nobis, ad Rom. 8. v. 34.; quem Advocatum habemus apud Patrem, 1. Joan. 2.: sed tantum asserit, ipsos à Patre exaudiendos, vel se non rogante; quia Pater aded amat illos; ita Cyril. & Leont., sicut simili sensu dixerat cap. 5. v. 45., nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud Patrem, tamquam si ita opus esset mea accusatione, ut aliàs non accusaremini; quia, est qui accusat vos Moyses, sufficienter, etsi ego non accusarem.

v. 28. Exivi à Patre, & veni in mundum &c.
 " Sic ad mundum veniens exiit à Patre, ut non
 " desereret Patrem: & sic vadit ad Patrem, reli-
 " cto mundo, ut non deserat mundum: exiit
 " enim à Patre, quia de Patre est; & in mun-
 " dum venit, quia mundo suum corpus osten-
 " dit. Reliquit mundum corporali discessione,
 " perrexit ad Patrem hominis ascensione, nec
 " mundum deserit praesentiae gubernatione. ,,
 Aug. tract. 102.

v. 29. Dicunt ei discipuli: ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Aug. tract. 103.,
 " cum ergo adhuc promittatur hora illa, in qua
 " sine proverbii locuturus est: cur isti dicunt, ecce
 " nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis;
 " nisi quia illa quae scit ipse non intelligentibus
 " esse proverbialia, illi usque aded non intelligunt,
 " ut nec saltem non se intelligere intelligant, ,,
 quae se intelligere putant.

v. 30. Nunc scimus, quia scis omnia, quando-

IN CAP
 quidem secretis
 ferendum à te re
 cum non interro
 cogitationes volu
 circa istud mod
 responsione pra
 credimus, firmis
 ril., Leont., qui
 Dei Filius natural
 v. 7. & 8. asserit
 Petrus omnium
 tu es Christus
 v. 31. Resp
 tant Chryl., T
 Theod. Heracl
 discipulorum
 v. 32. Ecce
 venit, in pra
 nox erat, qu
 mini unusquis
 sulturus, qu
 Apostoli fide
 v. 33. Hae
 post cenam,
 ril., ut in me
 mus cap. 14.
 nem & prospe
 fiducia vincen

C
 Oratio Ch
 V Erl. 1.
 tuum. Q
 cum Patre co
 nem, Aug. tr
 tionem tam

IN CAP. XVI. JOANNIS. 613

quidem scrutaris corda, & non opus est tibi, ad ferendum à te responsum, ut quis te interroget; cum non interrogatus perspiciens tacitas nostras cogitationes voluntatemque te interrogandi ψ .19., circa istud modicum & itionem ad Patrem, nos responsione præveneris, Aug. cit., Cyril. *In hoc credimus*, firmiùs, hâc experienciâ ducti, Cyril., Leont., quia à Deo existi, missus à Patre Dei Filius naturalis, ut ψ .27. asseruerat, & cap.17. ψ .7. & 8. asserit ipse Christus eos credidisse, & Petrus omnium nomine fuerat antè confessus; *tu es Christus Filius Dei vivi, &c.*

ψ .31. Respondit eis Jesus: modò creditis? Notant Chryl., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., Theod. Heracleot., Christum voluisse aliqualem discipulorum jactantiam de sua fide reprimere.

ψ .32. Ecce venit hora, in præsentì, & jam venit, in præterito, ut est in Græco; quia jam nox erat, quâ brevi veniret Judas; ut dispergamiini unusquisque in propria, seorsum, sibi consulturus, quò feret casus & impetus timoris. An Apostoli fide exciderint, vide Matt.26. ψ .31.

ψ .33. Hæc locutus sum vobis, omnia hæctenus post cœnam, Chryl., Theophyl., Euthym., Cyril., ut in me pacem habeatis; id est, sicut diximus cap.14. ψ .27., omnem salutis benedictionem & prosperitatem, etiam ad meo exemplo cum fiducia vincendas mundi pressuras, ut sequitur.

CAPUT XVII.

Oratio Christi ad Patrem finito sermone.

Vers. 1. Pater venit hora, clarifica Filium tuum. Quâ homo, rogat; quâ Deus, unâ cum Patre conspirat in suam à Patre glorificationem, Aug. tract. 104.; suam, inquam, clarificationem tam secundum formam servi in gloriosa

614 IN CAP. XVII. JOANNIS.

resurrectione, ascensione, collocatione ad dexteram Patris, Aug. tract. 105.; quàm secundùm formam Dei, etiam hanc, in illo quasi magis latentem hæctenus, hominibus ampliùs manifestando. Vide cap. 12. *ψ. 28. Ut Filius tuus clarificet te*, manifestiùs super terram: nam *ψ. 4.* ait; jam *te clarificavi*. Rectè Aug. cit. " in seipsa claritas " Patris nec minui nec augeri potest: apud homines autem procul dubio minor erat, quando in Judæa tantummodò Deus notus erat. Hoc autem quia per Evangelium Christi factum est, ut per Filium Pater innotesceret gentilibus, propter hæc Patrem clarificavit & Filius. Tamquàm diceret: resuscita me, ut innotescas toti orbi per me.,,

ψ. 2. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. Aug. & Beda rò sicut referunt ad, *ut Filius tuus clarificet te*: ut sensus sit; quemadmodùm tu Filio omnis carnis dedisti potestatem, ita fac, ut Filius tuus clarificet te apud omnem carnem. Rupertus refert ad *clarifica Filium tuum*; ut sensus sit: quia dedisti mihi, ò Pater, potestatem auctoritatemque in omnes homines, da pariter & claritatem ad potestatem hanc exercendam necessariam ac proportionatam, ut, sicut potestas mea est amplissima, sic & claritas mea in omnes gentes spargatur. Quid obstat ad utrumque sic referri cum Leontio? *Ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam*, Christus quantum in se est, Chrysost., Theophyl., Euthym.; scilicèt omnibus præparando & offerendo gratiam sufficientem ad vitam æternam per fidem adipiscendam; tùm quibusdam largiendo ipsam fidem radicem æternæ beatitudinis; denique prædestinatis dando perseverantiam ipsamque gloriam. Sicut ergo Christus accepit *potestatem omnis carnis*, etiam proprio vitio reprobandæ, ità significatur omnem carnem

IN CAP.
 velle salvare. In
 na., explicat *ψ. 3.*
ψ. 3. Hæc est
cant te, solum De-
sum Christum A-
est: ut te & q-
noscant solum ve-
 tull., vel quisqu
 lar. lib. 9. de Tr
 fide cap. 2., qui
 nitione Christus
 nam, ille triq
 vitam æternam
 & se Deum
 in quo Arian
 tem ponebant
 insuper Patre
 Euthym., C
 verbis, *solum*
 quàm hi hæc
 terum quasi
 Filium aut S
 an vita ætern
 Spiritus S.?
 agi; quia C
 de se & Pat
 difficili cred
 adventum cr
 se procedere
 Hæc est vi
 11. cap. 16. i
 choata per
 atque origine
 tis virtutem
 rectè de vit
 completa b
 &. tamquàm

velle salvare. In quo autem sita sit illa vita æterna, explicat ψ . sequenti.

ψ . 3. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum.* Aug. tract. 105.; ordo verborum est: *ut te & quem misisti Jesum Christum, cognoscant solum verum Deum.* Consentiant Tertull., vel quisquis est autor libri de Trinit., Hilar. lib. 9. de Trinit., Beda, Ambros. lib. 5. de fide cap. 2., qui & rectè sic notat: in ejus cognitione Christus hic dicit positam esse vitam æternam, ille utique Deus est: atqui dicit hanc esse vitam æternam, ut cognoscant Patrem & se: ergo & se Deum asserit. Atque ità ex hoc ipso loco, in quo Ariani magnum sibi contra Verbi Divinitatem ponebant prælidium, eos convincebant. Rectè insuper Patres Græci passim, Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., quatenus aiunt, his verbis, *solum Deum verum*, excludi idola. Quamquàm hi hæc ipsa verba referant ad Patrem, cæterum quasi præscindendo, seu non excludendo Filium aut Spiritum S., sed solum idola. Verùm an vita æterna non consistit etiam in cognitione Spiritus S.? \mathcal{R} . Consistere; sed de eo hic non agi; quia Christus totus erat in inculcanda fide de se & Patre, tamquàm re hominibus novâ & difficili creditu; quâ creditâ, faciliùs post ejus adventum crederetur in Spiritum S., quem & à se procedere, & à se mittendum jam dixerat.

Hæc est vita æterna, ut cognoscant. Cyril. lib. 11. cap. 16. id intelligit de vita æterna in via, inchoata per cognitionem fidei, dicens: *radicem atque originem æternæ vitæ fidem & veræ pietatis virtutem esse affirmat.* Aug. tract. 105. etiam rectè de vita æterna patriæ. Quid ergo? An completa beatitudo in Dei intuitione consistit? \mathcal{R} . tamquàm in radice proxima ac fundamento,

unde necessariò oriatur amor beatificus, sufficiente ad definitionem convenientem omni & soli, quamvis non totaliter. Nam, sicut vita æterna viæ non totaliter in solo intellectu sive in sola fide est sita; etenim *nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc*; ità videtur dicendum, æternam vitam patriæ, in creaturis intellectu & voluntate præditis, non consistere totaliter in sola Dei intuitione, sed simul etiam in amore beatifico: cum hæc tamen differentia, quòd Dei intuitio sine amore beatifico esse non possit, fides autem esse queat sine charitate.

¶. 4. & 5. *Ego te clarificavi super terram, nomen tuum, ut exponit ¶. 6., cognitum faciendo, Theophyl. & Rupertus. Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam, universim, adedque Incarnationis, prædicationis & redemptionis per instantem mortem complendæ, Chryf., Theophyl., Leont. Et nunc; clarifica me tu Pater apud te metipsum, claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te; claritate proin æternâ divinitatis, non quoad se, sed eam gloriosè derivando, & elucescere faciendo in natura mea humana, resurrectione, ascensione, ad dexteram tuam collocatione: ut homo igitur, quasi jam consummato opere, tamquam mercedem hinc petit sic à Patre clarificari; ità Hilar. lib. 3. & 9. de Trinit., Cyril., Theodor. Heracleot., Leont., Chryf., Theophyl., Euthym. qui &, cum Cypriano lib. 1. contra Judæos cap. 1., ex hoc loco probant Christi Divinitatem hoc argumento: Christus, antequàm mundus fieret, gloriam apud Patrem dicitur habuisse: ergo jam tum erat: gloriam enim habere, supponit esse, &, si nondum erat, habere eam profectò non potuisset.*

¶. 6. & c. *Manifestavi nomen tuum, Aug. tract.*

IN CAP.
106. "Non ergo
"sent Judæi?
"Judæa Deus,
"Ergo manifest
"vocaris Deus
"meus., Co
thym. *Hominib*
id est, non gene
nec omnibus sic
bus Judæis int
thym., Leo
nomen mani
liter divinâ
diderunt ¶.
"his solis,
"loqui inte
"paulò pò
"bam eos i
"nio: uno
"sua dixit
"teros suc
"tantum
"verbum e
"dit, quò
"tibus sup
"manifest
"si mihi
"illa dicer
de illis agit
is perit,
18., & e
proin. sequ
¶. 9. & c
sed pro bis
sunt: nen
mine tuo,
phyl. & E
& cum D

106. " Non ergo noverant Dei nomen, cum es-
 " sent Judæi? Et ubi est, quod legitur, *notus in*
 " *Judæa Deus, in Israël magnum nomen ejus?*
 " Ergo manifestavi, non illud nomen tuum, quo
 " vocaris Deus, sed illud, quo vocaris Pater
 " meus., Consentiant Chryf., Theophyl., Eu-
 " thym. *Hominibus, quos dedisti mihi de mundo:*
 id est, non generaliter omni carni sibi datæ *ψ. 2.*,
 nec omnibus fidelibus (etsi id de tunc credenti-
 bus Judæis intelligant Chryf., Theophyl., Eu-
 thym., Leont., Rupert., iisque etiam Patris
 nomen manifestasset) sed Apostolis, qui specia-
 liter divinâ Patris providentiâ dati & electi cre-
 diderunt *ψ. 7. & 8.*, probatque Aug. cit. " ut de
 " his solis, quos tunc habebat, discipulis hæc
 " loqui intelligatur, illud magis urget, quod
 " paulò post ait: *cum essem cum eis, ego serva-*
 " *bam eos in nomine tuo: nunc autem ad te ve-*
 " *nio:* unde manifestum est, eum de corporali
 " sua dixisse præsentia. Post verò adjungit & cæ-
 " teros suos, ubi dicit: *non pro his autem rogo*
 " *tantum, sed & pro his, qui credituri sunt per*
 " *verbum eorum in me.* Ubi manifestius osten-
 " dit, quòd non de omnibus ad eum pertinen-
 " tibus superiùs loqueretur, ab eo loco ubi ait:
 " *manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedi-*
 " *sti mihi:* sed de his tantum, qui eum, cum
 " illa diceret, audiebant., Et confirmatur: quia
 de illis agit, de quibus *ψ. 12.* ait: *& nemo ex*
his perit, nisi filius perditionis, Judas: item *ψ.*
18., & ego eos misi in mundum: de quibus
 proin. sequitur;

ψ. 9. & c. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo,
sed pro his quos dedisti mihi, Apostolis; quia tui
sunt: nempe rogo, Pater, ut serves eos in no-
mine tuo, in tua protectione & potentia, Theo-
phyl. & Euthym. Rogo, ut sint unum, inter se
& cum Deo per fidem, amorem & gratiam, si-

618 IN CAP. XVII. JOANNIS.

cut & nos per naturam ψ . 11.; ità Cyril., Ambrosius libro 4. de fide cap. 2., Leont., Theophyl., Euthym. *Ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis*, ψ . 13. *Non ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo*, ψ . 15.; id est, à mundo maligno, Cyril., Leont.; Rupert., à dæmone; Leont. à malo præsertim culpæ, præservando, vel post lapsum liberando, ut Petrum. *Sanctifica eos in veritate*, ψ . 17.; hocque est contentum orationis Christi pro Apostolis. *Pro his, quos dedisti mihi*: Aug. tract. 106. "hominem se accepisse hanc potestatem ut eos haberet, ostendit: quoniam qui semper omnipotens fuit, non semper homo fuit. Quamobrem cum Patri potius tribuisse videatur, ut ab eo illos acceperit, quoniam ex ipso est, quidquid est de quo est, etiam ipse sibi eos dedit, hoc est, cum Patre Deus Christus, homini Christo quod cum Patre non est, homines dedit."

ψ . 10. *Et mea omnia tua sunt*, exceptâ filiatione, & tua mea, exceptâ paternitate: Pater enim realiter non est Filius, nec Filius Pater, qui naturâ sunt idem. Hinc infert Aug. tract. 107., cum dicantur æqualiter pertinere ad Patrem & Filium, æqualis Patri ostenditur Filius: ad quem enim nisi ad Creatorem subdita pertineat creatura? *Et clarificatus sum in eis*, sicut Dominus in servis, & Magister in docibilibus Discipulis, Theophyl. & Euthym. Porro ψ . 10., 11. & c. rationes miscet Christus, cur à Patre pro relinquendis discipulis sit exaudiendus.

ψ . 11. *Et jam non sum in mundo*. Quomodo corporaliter præsens non est in mundo, qui ψ . 13. ait: *hæc loquor in mundo*: nisi quia citò erat absens futurus à mundo? *An non quotidie dicimus, jam non est hic, de aliquo quantociùs abituro?* Quamquam & ipse Dominus tamquam prævidens, quid lecturos movère posset, adjecit: **ET EGO AD**

IN CAP.
TE venio: sic e
JAM NON SUM
 ψ . 12. Cum e
quà homo, Eg
ex tua commi
tentia mihi da
stia exemplo n
quà Deus etia
sibi eos dedit
& nemo ex ii
Scriptura im
Psalm 40.,
Psalm. 108.
copatum eju
Christus de
tione Juda
ut, juxta
tum, sed e
 ψ . 17. J
jam erant
tui sunt.
cut & ego
 ψ . 10. & c
tate, id est
ritas & v
sermo tuus
busdam co
proit Eva
umbris L
Lex per
Jesum Chr
108., & d
gunt Chr
Leont.,
 ψ . 18.
eos nisi in
licos & c
contristet

TE venio : sic exponens quodammodo cur dixerit,
JAM NON SUM IN MUNDO : Aug. citatus.

ŷ. 12. *Cum essem cum eis, mortalis versans, quâ homo, Ego servabam eos in nomine tuo, seu ex tua commissione sub tua protectione & potentia mihi datos : ubi, quamvis solitæ modestiæ exemplo non afferat, tamen non negat, quòd quâ Deus etiam ipse suo nomine potentiâque sibi eos dederit atque servaverit : vide Aug. ŷ. 9., & nemo ex iis perit, nisi filius perditionis; ut Scriptura impleatur. Puto hoc meliùs referri ad Psalm. 40., de quo cap. 13. ŷ. 18., quàm ad Psalm. 108. ŷ. 8., fiant dies ejus pauci, & Episcopatum ejus accipiat alter : non enim loquitur Christus de supplendo Episcopatu, sed de perditione Judæ ob scelus prodicionis. rò Ut, pro ita ut, juxta Chryf., rursus hic non finem intentum, sed effectum consequentiamque significat.*

ŷ. 17. *Sanctifica eos, ampliùs; nam Apostoli jam erant gratiâ sanctificati, ut habetur ŷ. 9., tui sunt. Tùm ŷ. 16., de mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo : & vide cap. 13. ŷ. 10. & cap. 15. ŷ. 3.; sanctifica eos in veritate, id est, in me, qui cap. 14., sum via, veritas & vita : hocque etiam est quod sequitur; sermo tuus (seu verbum tuum, prout est in quibusdam codicibus, teste Aug.) veritas est. Item, prout Evangelii veritas opponitur ceremoniis & umbris L. V. secundum illud cap. 1. ŷ. 17., Lex per Moysen data est; gratia & veritas per Jesum Christum; ita quoad omnia S. Aug. tract. 108., & de veritate Evangelicæ doctrinæ intelligunt Chryf., Theophyl., Euthym., Cyril., Leont., Theodor. Heracleotes.*

ŷ. 18. *Sicut tu me misisti in mundum, & ego eos misi in mundum, pariter ad labores Apostolicos & cruces; quamvis hoc non exprimat, ne contristet : ita ut proin ipsi, homines, egeant*

specialiter sanctificari, servari, &c. : & sic co-
hæret contextus. *Misi*, id est, jam nunc decrevi
mittere, vel cum Chryf. & Euthym. brevi mittam.

¶ 19. *Et pro eis ego sanctifico meipsum* : non
quòd Christus creverit sanctitate, & non semper
fuerit sanctissimus, ut vide Lucæ 2. ¶ 52. ; sed,
ut habet Aug. cit., quando Verbum Caro factum
est, tunc sanctificavit se in se, id est, hominem
se in Verbo se, quia unus est Christus Verbum
& homo : propter sua verò membra dicit ; *Et pro
eis ego sanctifico meipsum* ; hoc est, ipsos in me,
quoniam in me & ipsi sunt & ego, qui caput sum
corporis Ecclesiæ. Vel etiam cum Athanas. lib.
de Incarnat., Chryf., Theophyl., Euthym.,
Cyril., Theodor. Heracleot., Leont., Rupert.,
in sanctam hostiam me pro illis sacrificandum
offero & immolo in cruce, ut, per illam, sint
Et ipsi sanctificati in veritate.

¶ 20. *Non pro eis rogo tantum*, Apostolis ;
ergo tamen iterum etiam pro iis rogat : *sed Et
pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in
me. Ubi omnes suos intelligi voluit, NON SOLUM
QUI TUNC ERANT IN CARNE, sed etiam qui
futuri erant, quicumque, ubicumque postea in
eum credituri*, inquit Aug. tract. 109. Sed quo-
modò Christus hic orat pro multis suis tunc vi-
ventibus Discipulis aliis absentibus, qui utique
jam antè crediderant? Quomodò pro B. Paulo,
qui de suo Evangelio loquens dicit ad Galat. 1.
¶ 12., *neque enim ego ab homine accepi illud,
neque didici, sed per revelationem Christi* ; qui
proin non fuerit crediturus per verbum Aposto-
lorum, sed per revelationem Christi? Respon-
det Aug. de primis intelligendum esse, quòd per
verbum Apostolorum post resurrectionem essent
ampliùs vel perfectiùs credituri. Quoad Paulum
(& simile respondet de bono latrone, qui cre-
didit in cruce) ait : " Sic intelligamus, ut ipsum

IN CAP.
" verbum eorum
" runt in mundo
" Dictum autem
" ab ipsis est prim
" enim ab ipsis
" revelationem
" Paulus accepit
" gelium., Ad
" Actor. c. 9., qui
" stat immediata
" qua eatenus n
" sunt : ergo n
" orat ; cum fi
" per gratiam
" multi creden
" ¶ 21. U
" in me, & e
" vide dicta p
" missi. Res
" Et equalita
" terant, sed p
" ESTOTE M
" Aug. tract.
" ut mundu
" est creden
" est, muna
" fiunt. Si v
" audiamus
" que ponam
" nifestior :
" Pater in m
" nobis unu
" tu me mis
" tio, quã ll
" fidem, m
" consumma
" tis, special
" gratiam san

IN CAP. XVII. JOANNIS. 621

" verbum eorum, *verbum fidei*, quod prædicave-
 " runt in mundo, hîc significatum esse credamus.
 " Dîctum autem esse *per verbum eorum*, quoniam
 " ab ipsis est primitus ac præcipuè prædicatum: jam
 " enim ab ipsis prædicabatur in terra, quando per
 " revelationem Jesu Christi ipsum verbum eorum
 " Paulus accepit: unde & contulit cum eis Evan-
 " gelium., Addo: numquid didicit ex Anania
 " Actor. c. 9., quid eum oporteret facere? Cum quo
 " stat immediata revelatio illa à Christo accepta,
 " quæ eatenus non erat ab homine. *Qui credituri*
 " *sunt*: ergo non pro solis justis & prædestinatis
 " orat; cum fides esse possit sine justitia, quæ est
 " per gratiam habitualem; & sine salute; cum
 " multi credentes pereant. Quid oret, videamus:

" *ÿ. 21. Ut omnes unum sint, SICUT tu Pater*
 " *in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint;*
 " *vide dicta ÿ. 9.; ut credat mundus, quia tu me*
 " *misti. Rectè Chryl.: iterum, SICUT, non exa-*
 " *ctè æqualitatis est; neque enim ita unum esse po-*
 " *terant, sed pro humana facultate, sicut cum dicit:*
 " **ESTOTE MISERICORDES, SICUT PATER.** Et
 " Aug. tract. 110. " *Quid est, omnes unum sint:*
 " *ut mundus credat?* Ipsi quippe omnes mundus
 " est credens: hoc est, *omnes unum sint*, quod
 " est, *mundus credat*: quoniam credendo, unum
 " fiunt. Si verbum, quod ait, *rogo*, tertio sub-
 " audiamus, vel potius, quo plenius fiat, ubi-
 " que ponamus, erit hujus expositio sententiæ ma-
 " nifestior: *rogo, ut omnes unum sint, sicut tu*
 " *Pater in me, & ego in te: rogo, ut & ipsi in*
 " *nobis unum sint: rogo, ut mundus credat, quia*
 " *tu me misisti.*., Amplissima est hæc Christi ora-
 " tio, quâ illis credituris impetravit unitatem per
 " fidem, mediaque ulteriora verè sufficientia ad
 " consummationem unionis in cœlo; aliis, sibi no-
 " tis, specialiùs insuper unitatem per charitatem ac
 " gratiam sanctificantem; aliis specialissimè etiam

ad ipsam perseverantiam & salutem. Quomodo Pater in Christo, & Christus in Patre, vidimus cap. 14. ψ . 9. & 20.

ψ . 22. & c. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis.* Quæ habentur ab hoc versu usque ad finem, videri possunt dici de solis Apostolis, ad quos redeat Christus; quia utitur verbis præteriti temporis, *claritatem dedi; dilexisti eos; quos dedisti mihi; hi cognoverunt; notum feci eis nomen tuum.* Aug. tract. 110. de omnibus prædestinatis intelligens scribit, Christum uti præterito pro futuro, ob certitudinem eventus futuri æternæ prædestinationis, dicens: *propter immobilitatem prædestinationis præteriti temporis verbis futura significat, quod nunc clarificandus, hoc est, suscitandus à Patre, & ipse sit nos ad eam claritatem suscitaturus in fine.* Itaque claritatem intelligit immortalitatem, quam natura humana in illo fuerat acceptura, quamque sibi à Patre datam, etiam ipse sibi dedisse intelligendus est quæ Deus, suisque communicaturus. Tùm ψ . 23., *ut sint consummati in unum, ut perfectâ beatitudine, cui jam nihil potest adjici, perfruantur: & cognoscat mundus, id est, homines de mundo prædestinati, quia tu me misisti:* quandoquidem de consummatione loquitur, talis est intelligenda cognitio, qualis erit per speciem, non qualis nunc est per fidem. *Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* Diligit Filium secundum Divinitatem, quia genuit illum æqualem sibi; diligit etiam eum secundum id, quod homo est: nos autem diligit, quia sumus ejus membra, quem diligit. Dein ψ . 24., *volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum, in cælo, scilicet, ut videant claritatem meam:* fidei merces est ista, non fides. Si secundum id, quod Filius Dei Deus est, accipiamus hoc dictum, *volo, ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum, in Patre cum Chri-*

IN CA
sto erimus: se
Tùm ψ . 25.,
novit, quia iust
prio vitio in inf
 ψ . 26., & notum
dem, & notum
omnia Aug. tra
Verum, five
five cum Aug.
tione, five sob
teriti temporis
nibus Fidelib
& voluntas D
gi, salvandi c
nes) simul
quenti salvan
hæc, inquam
possunt, ut f
juxta Chryf
signorum &
à te Patre L
dedisti mihi
ut credant,
unum sumus
Chryf. de u
& illud ψ .
de perfectio
Leont., de p
cum-Deo &
brorum cum
pore Ecclesi
sum, cum
cognoscat m
est sensus,
 ψ . 24., Pat
quantum ef
minus fiat;
donato, id

IN CAP. XVII. JOANNIS. 623

sto erimus : sed ille sicut ille, nos sicut nos. Tùm ψ . 25., *Pater juste, mundus te non cognovit*, quia justus es, meritis tuis malis & proprio vitio in infidelitate relinquendus. Denique ψ . 26., *& notum feci eis nomen tuum*, per fidem, *& notum faciam*, per speciem; ità quoad omnia Aug. tract. 110. & 111.

Verùm, sive hæc intelligantur de Apostolis; sive cum Aug. de salvandis sub dicta *prædestinatione*, sive sub *prædefinitione* quoad verba præteriti temporis, ob certitudinem eventûs, de omnibus Fidelibus, de quibus ψ . 20. & 21.; cùm & voluntas Dei antecedens, ut vocant Theologi, salvandi omnes fideles (quin & omnes homines) simul stet nec repugnet voluntati consequenti salvandi aliquos, nempe prædestinatos: hæc, inquam, cum citandis PP. explicari etiam possunt, ut sequitur. ψ . 22.; *& ego claritatem*, juxta Chryf. hom. 81., Theophyl., Euthym., signorum & doctrinæ, nempe circa meam Filiâ à te Patre Divinitatem, missionem &c., *quam dedisti mihi, dedi eis*, ostendi, communicavi, ut credant, sicque, *ut sint unum, sicut & nos unum sumus*: & vide dicta ψ . 9. & 21. Et certè Chryf. de unitate concordie interpretatur; sicut & illud ψ . 23., *ut sint consummati in unum*, de perfectione concordie; nec non Cyril. & Leont., de perfecta unione eorum in hac vita, cum Deo & inter se tamquam multorum membrorum cum uno capite, quod est Christus in corpore Ecclesie; quod est, *ego in eis*; subintellige, *sum*, cum Aug., Beda, Theophyl., Euthym. *Et cognoscat mundus, quia tu me misisti*: idem hic est sensus, qui ψ . 21., inquit Maldonat. Dein ψ . 24., *Pater quos dedisti mihi, volo*, intellige, quantum est ex me, nisi per quosdam stet, quominus fiat; saltem quatenus Cyrillus, teste Maldonato, id de omnibus credentibus & credituris

exponit, quorum sanè non pauci damnantur : nam respectu salvandorum hæc Christi voluntas est absoluta, efficax, consequens : *ut, ubi ego sum, & illi sint mecum*, in cælo, scilicèt, *ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi*, tam Divinitatis, cum Chryf., Euthym., quàm humanitatis, cum Cyril. & Leont. ; quia, secundùm utramque, *dilexisti me ante constitutionem mundi* ; at secundùm futuram claritatem humanitatis, in æterna prædestinatione, Cyril. & Leont. Tùm illud *ÿ. 25.*, *Pater juste, mundus te non cognovit*, manet explicatum ex Aug. hìc suprâ de incredulis permansuris. Denique *ÿ. 26.*, *& notum feci eis nomen tuum, & notum faciam*, post resurrectionem & adventum Spiritûs S., ad quem hoc referunt Chryf., Cyril., Leont., Theophyl., Euthym. ; per quem nempe pleniùs docturus erat Apostolos, & , ùt habet Leont., alios dein etiam per illos. *Ut dilectio, quâ dilexisti me* (August. ex veteri versione legit, *quam dilexisti me*, per Hellenismum) *in ipsis sit, & ego in ipsis* : Chryf., Leont., Theophyl., Euthym. explicant, per cognitionem, id est, ut fide cognoscant, me abs te diligi : & Cyril. ac Beda, ut dilectione, quâ me dilexisti, eos diligas, per fidem & charitatem factos mecum unum corpus ; ac propterea addidisse, *& ego in ipsis*, tamquàm caput in membris.

CAPUT XVIII. XIX. XX. XXI.

Passio & Resurrectio Domini Nostri Jesu Christi, &c. Matt. 26. 27. 28.

F I N I S.

Ad majorem Dei gloriam.

Pag. 2. lin. 11. Para
Pag. 10. lin. 22. hab
Pag. 16. lin. 7. Jeb
Ibid. lin. 11. xxi
Pag. 19. lin. 20. j
Pag. 20. lin. 22. di
Pag. 38. lin. 2. vos
Ibid. lin. 10. Jauuar
Ibid. lin. 26. Galile
Pag. 60. lin. 7. H
Ibid. lin. 36. Luc
Pag. 62. lin. 19.
Ibid. lin. 32. cap
Pag. 65. lin. 36.
Pag. 67. lin. 20.
judicio
Pag. 74. lin. 29.
Pag. 79. lin. 31.
Pag. 87. lin. 17.
Pag. 94. lin. 22.
Pag. 113. lin. 26.
Pag. 118. lin. 3
Pag. 120. lin. 2
Pag. 128. lin. 2
Ibid. lin. 24. fi
Pag. 129. lin.
Ibid. lin. 33. p
tentia quoa
cognatos no
ÿ. 16. §. Q
Pag. 144. lin.
Pag. 154. lin.
Pag. 170. lin.
Pag. 182. lin.
Pag. 205. lin.
Ibid. lin. 13.
Pag. 207. lin.
Ibid. lin. 34.

Errata aliqua sic corrige.

- Pag. 2. lin. 11. Paralip. lege, 1. Paralip.
Pag. 10. lin. 22. habetur. lege sine puncto.
Pag. 16. lin. 7. Jehoscua, lege, Jehoscua;
Ibid. lin. 11. χειρος, lege, χειρος,
Pag. 19. lin. 20. iu cap. 2. lege, in cap. 2.
Pag. 20. lin. 22. disparatione, lege, disparitione.
Pag. 38. lin. 2. vos, lege, vox
Ibid. lin. 10. Jauuar. lege, Januar.
Ibid. lin. 26. Galileæ, lege, Galilææ;
Pag. 60. lin. 7. Hypocryta, lege, Hypocrita
Ibid. lin. 36. Lucæ 18. lege, Lucæ 18.
Pag. 62. lin. 19. sequentibus, lege, sequentibus
Ibid. lin. 32. caput 4. lege, capite 4.
Pag. 65. lin. 36. condientis, lege, condentis
Pag. 67. lin. 20. comma post, enim, pone post,
judicio
Pag. 74. lin. 29. typis, lege, typus
Pag. 79. lin. 31. ad gratum, lege, id gratum
Pag. 87. lin. 17. dimitti, lege, demitti
Pag. 94. lin. 22. omuibus, lege, omnibus
Pag. 113. lin. 26. Evangelicum, lege, Evangelium
Pag. 118. lin. 36. Æthiopia, lege, Æthiopia
Pag. 120. lin. 28. hic ψ. 19. lege, Lucas ψ. 19.
Pag. 128. lin. 22. ubi & citat. lege sine puncto
Ibid. lin. 24. filiasq. lege, filiasque
Pag. 129. lin. 12. Apostolatum, lege, Apostolum
Ibid. lin. 33. post, tabulâ 4. addi potest: Hæc sen-
tentia quoad Cleopham & dictos patruëles &
cognatos non repugnat tertiæ sententiæ Mat. 1.
ψ. 16. §. Quæritur 2.
Pag. 144. lin. 34. exuntem, lege, exeuntem
Pag. 154. lin. 31. tract. lege, tract.
Pag. 170. lin. 19. Theophil., lege, Theophyl.
Pag. 182. lin. 27. primum, lege, primùm
Pag. 205. lin. 11. duos esse, lege, duo esse
Ibid. lin. 13. & 27. philacteria, lege, phylacteria
Pag. 207. lin. 4. anetum, lege, anethum,
Ibid. lin. 34. Lucæ 11. ψ. 18. lege, ψ. 48.

- Pag. 221. lin. 9. post, *novissima tuba*, adde, *canet enim tuba*,
Pag. 229. lin. 18. mperf. *lege*, imperf.
Pag. 231. lin. 27. dispositis, *lege*, dispositis,
Pag. 233. lin. 31. quam, *lege*, quam
Pag. 242. lin. 28. confirmatur, *lege*, confirmatur
Pag. 247. lin. 19. Theophyl. *lege*, Theophil.
Pag. 250. lin. 20. & 24. Actor. cap. 1. *lege*, cap. 2.
Ibid. lin. 30. post, *Pentecoste Christianorum*. addi
potest : Attamen quid ni sic intelligi queat ?
Cum complerentur dies Pentecostes Judæorum;
id est, cum jam primùm immediatè imple-
tæ essent, pridè nimirum dationis Spiritûs
Sancti; qui postridè, Dominicâ die, datus
fuit in Novam Pentecosten consequentem No-
vum Pascha Ecclesiæ Christi.
Pag. 263. lin. 18. post, *Chrysof.* addi *potest* : Et
quidem de Petro ibid. *ψ. 32.* addit Christus :
Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.
Pag. 266. lin. 26. fieri, *lege*, fieri
Pag. 267. lin. 3. filiis, *lege*, filiis :
Pag. 273. lin. 17. operiebantur, *lege*, operiebantur,
Pag. 278. lin. 4. accesserunt, *lege*, accesserunt
Pag. 283. lin. 2. quæ perierunt, *lege*, qui
Pag. 313. lin. 30. inauguratæ, *lege*, inauratæ
Pag. 327. lin. 25. addir, *lege*, addit
Pag. 333. lin. 18. nuncupatur, *lege*, nuncupabatur,
Pag. 338. lin. 29. constituit, *lege*, constituit.
Pag. 346. lin. 3. adversum, *lege*, adversus
Pag. 369. lin. 10. fidei, *lege*, fidei
Pag. 386. lin. 5. cum & illis, *lege*, cum illis
Pag. 395. lin. 15. Babilonica, *lege*, Babylonica
Pag. 404. lin. 4. Garysim, *lege*, Garizim
Pag. 409. lin. 6. contra, *lege*, contra
Pag. 423. lin. 18. Scripturarum, *lege*, Scripturarum
Pag. 470. lin. 28. Ang. *lege*, Aug.
Pag. 485. lin. 30. Lucæ 6. *ψ. 36.* *lege*, *ψ. 26.*
Pag. 522. lin. 1. sumendam, *lege*, sumendam
Ibid. lin. 9. dele, dispositioni
Pag. 540. lin. 36. & si, *lege*, etsi

... verissima taba, aile, co-

ment. lege, imperf.

... pmissis, lege, dispositis

... um, lege, quam

... nuntur, lege, confirmat

... copul. lege, Theophil.

... Actor. cap. i. lege, cap. 2.

... de Christianorum. addi

... sic intelligi queat?

... Pentecostes Judaeorum:

... primum immediate mole-

... rum dationis Spiritus

... .e, Dominica die, datus

... cessionem consequentem No-

... tate Christi.

... Chrysol. addi potest: Et

... . 7. 32. addit Christus:

... te, ut non desinat sedes sua.

... lege, fieri

... lege, filis:

... ebantur, lege, opperiebantur,

... lerunt, lege, accesserunt

... erunt, lege, qui

... gura, lege, inaurita

... i, lege, addit

... capatur, lege, unncup datur,

... pntur, lege, constituit.

... riam, lege, advenit

... i, lege, fidei

... & illis, lege, cum illis

... ionica, lege, Babylonica

... yim, lege, Garizim

... ra, lege, contra

... urum, lege, Scripturarum

... g. lege, Aug.

... ca. 6. y. 36. lege, y. 2.

... ndam, lege, fumentia

... olitioni

... lege, eti



Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

M	Y	C	K	G	W	M	B	G	R	A
17	15	14	11	9	8	6	5	3	2	1



III 1368

